Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Je

M

13.3.25

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

14-15-N-7

ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΤΗΧΗΣΕΙΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI HIEROSOLYMORVM ARCHIEPISCOPI CATECHESES,

EX VARIIS BIBLIOTHECIS, PRÆCIPVE Vaticana, Græcè omnes nunc primùm in lucem editæ, cum Latina interpretatione IOANNIS GRODECII, pleriſque in locis aucta & emendata,

Studio & opera IOAN. PREVOTII *Burdegalenſis.*

AD PAVLVM V. PONT. MAX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud CLAVDIVM MORELLVM, via Iacobæa, ad inſigne Fontis.

M. DC IX.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISS.

Sanctiſſ. ac Beatiſſ. Domino noſtro

PAVLO V. PONTIFICI MAXIMO S. ET HVMILLIMA PEDVM OSCVLA.

IN ea ſemper fui ſententia, Beatiſſime Pater, vt cum de ſacro-ſanctis fidei myſteriis ageretur, antiqua admirari, & amplecti, quàm noua perquirere maluerim. Veteres enim Apoſtolorum ſeculo propius accedentes, cum doctrinæ puritate, tum morum probitate præcelluiſſe quis dubitauerit? Itaque huiuſce meæ propenſionis ſpecimen aliquod editurus, Antiquiſſimi Patris monumenta Beatitudini tuæ ſuppliciter conſecro, ac ſub ſacri Nominis tui auſpiciis

produco: Cyrilli, inquam Hieroſoly-mitani Lacteas introductiones, quibus Antiſtes ille grauiſſimus Animas recens in Chriſtianum corpus cooptatas, tanquam eximio quodam pabulo ſuſtentabat, Publici iuris facio: quæ quidem olim Latinè tantùm emiſſæ, ob vitioſi fortè manuſcripti defectum, quaſi non euulgatæ cenſeri debebant. Meliores igitur nactus Codices in celeberrima ac copioſiſſima S. T. Bibliotheca Vaticana, Græcarũ aliquot Catecheſeωn excuſarum infinitas propè lacunas ſuppleui, mendas correxi: Reliquas verò nec paucas, nec vnquam editas, multumque ab omnibus deſideratas accuratè deſcripſi, & quanta potui diligentia cum verſione Latina contuli: adeò vt qui Græca non norint, tutius quàm antea legant interpretationem: ſiquidem illam multo emendatiorem futuram ſpero. Cæterùm B. P. à S. T. ſupplex peto, vt cona-

tum meum æqui boniq́ue conſulere, ac tenue iſtud munuſculum placido excipere vultu non dedignetur, ampliora oblaturus, ſi vires voluntati adæquarentur. Certior interea factus, meam de Patre iſto publicando, fidem qua me S. T. obſtrinxeram, venia in Galliam ob id conceſſa, tandem liberaſſe. Faxit Deus vt Eccleſia tot tantiſque oppugnata hæreſibus, Tum demum ſub prudentiſſimo Pauli V. moderamine omnibus expurgata fæcibus, in priſtinum reſtituatur nitorem, ſummóque ſuo Pontifice diu multúmque potiatur. Lutetiæ Pariſiorum Kal. Sept. M. DC VIII.

Tuæ Beatitudinis,

Humillimus ſeruus
Io. PREVOTIVS.

AD LECTOREM.

CVM veterum Patrum locos contra noua aduerſariorum dogmata producimus, bifariam illos plerumque reÿcere ſolent: aut enim, inquiunt, à Catholicis deprauati fuerunt, aut ſunt partus ſpurÿ & ſuppoſititiÿ, falſoque autoribus attribuii, quemadmodum de noſtro Cyrillo cenſent, cuius quidem Catecheſes Ioanni cuidam Epiſcopo Hieroſolymitano attribuunt: ſed audiãt antiquorum teſtimonia qui variis ſæculorũ interuallis ſcribentes, Catecheſes iſtas ſub Cyrilli nomine perpetuo laudant; nec in poſterum dubitent Cyrillum Hieroſolym. harum inſtitutionum verum ac legitimum eſſe auctorem. Theodoretus igitur (vt ab antiquiore exordiamur) dialogo 2. qui inſcribitur ἀσύγχυτος, *in hanc loquitur ſententiam:* Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ τετάρτου λόγου περὶ τῶν ι'. δογμάτων περὶ τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως. πίστευε δὲ ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν ὁμοιοπαθῆ ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἁγίας παρθένου, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ δοκήσει, καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γενομένης, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, οὐδὲ ὥσπερ διὰ σωλῆνος διελθὼν τῆς παρθένου, ἀλλὰ σαρκωθεὶς ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς· φαγὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ γαλακτοτροφηθεὶς ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς· εἰ γὰρ φαντασία ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. διπλοῦς ἦν ὁ χριστός, ἄνθρωπος μὲν τὸ φαινόμενον· θεὸς δὲ τὸ μὴ φαινόμενον· ἐσθίων

μὲν ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς ὡς ἡμεῖς· εἶχε γὰρ τῆς σαρκὸς τὸ ὁμοιοπαθὲς ὡς ἡμεῖς· τρέφων δὲ ἐκ πέντε ἄρτων τοὺς πεντακισχιλίους ὡς θεός· ἀποθνήσκων μὲν ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς· νεκρὸν δὲ τετραήμερον ἐγείρων ὡς θεός· καθεύδων εἰς τὸ πλοῖον ὡς ἄνθρωπος, καὶ περιπατῶν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὡς θεός. *Horum autem verborum interpretationem habes Catecheſi 4. Sectione, de generatione ex virgine. Sequitur Ioannes Damaſcenus qui eiuſdem Cyrilli meminit oratione 3. de Imaginibus, hæc verba adducens ex Catecheſi 12. ſubque huiuſmodi titulo,* Κυρίλλου πατριάρχου Ἱεροσολύμων, τῆς δωδεκάτης κατηχήσεως. Εἰ βούλει ζητεῖς τῆς χριστοῦ παρουσίας τὸ αἴτιον, ἀνάδραμε ἐπὶ τὸ πρῶτον τῶν γραφῶν βιβλίον. ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ὁ κόσμος, διὰ τὸν ἄνθρωπον. ἥλιος μὲν γὰρ λαμπρότατος, αὐταῖς, ἀποστίλβων, ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον φανὲν ἐγένετο *(lege* ἀλλὰ διὰ τὸ, ἀνθρώπῳ φαινὸν ἐγένετο, *&c. Ioannes Cypariſsiotus, quem Latinè tantùm euulgauit Franciſcus Turrianus) decade 6. cap. 4. Adhæc, inquit, Cyrillus Hieroſolymitanus in decima Catecheſi: quandoquidem nemo faciem Dei videre & viuere potius, aſſumpſit faciem humanitatis, vt eam videntes viuamus: & cum voluit eum oſtendere cum modica dignitate, quando facies eius ſplenduit ſicut ſol, tunc diſcipuli territi cadunt, &c. Michaël Glycas Latinè tantummodò editus, Epiſtolæ quam D. Cyrillus ſcripſit Imperatori Conſtantio, locum citat in hæc verba: Patre tuo regnante, crux in terris reperta eſt. Rurſum te regnante crux de cœlo eſt patefacta. Nam in Golgothæ loco, circiter horã diei tertiam, in ipſo Quinquaſimæ feſto, ſignum crucis conſpectum eſt, de luce quadam fulgentiſsima compactũ: neque tantum ab vno cõſpectum eſt, vel per imaginationem quamdam: ſed ab omnibus, & multas quidem in horas.*

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO, D. GASPARI DEI *gratia Epiſcopo Vratiſlauien. Domino colendiſsimo, Ioannes Grodecius, Decanus Glogouienſis, florentem Felicitatem.*

CATECHESEON noſtri temporis, quæ nouæ ſemper à nouis authoribus cuduntur, plena ſunt omnia: per quas plerique omnes nouatores, opiniones ſuas de religione, imperitæ iuuentuti tradere, & vulgò ſpargere contendunt: Sed ſi quis eas cum veteribus patrum Catecheſibus comparare velit, δὶς διὰ πασῶν diſcrepare ab illis conſpicientur. Tutius autem ac multò conſultius fuerit, principia noſtræ religionis, è puris fontibus Patrum haurire, quàm turbidos degenerum filiorum riuulos conſectari. Quamuis enim noui homines iſti de puritate doctrinæ plurimùm glorientur, quam è ſacræ ſcripturæ fontibus, ſe hauſiſſe fingunt: ſi quis tamen ſano mentis oculo preſſiùs intueatur, nil niſi turbidum cœnum, & volubiles arenas, ſub ſplendido verbi Dei prætextu, ab illis ſpargi conſpiciet. Nam & cum ipſis ſcripturis ſacri ſanè intellectis: & cum orthodoxis patribus, qui eodem ſpiritu quo ſcriptæ fuerant, interpretabantur ſcripturas, principia & progreſſus doctrinæ illorum minimè conueniunt: & ipſi inter ſe mutuò tam de myſterijs, quàm de alijs religionis dogmatibus vehementer diſcrepant. In qua varietate, & diſſenſione, puritas & veritas doctrinæ nequaquàm cõſiſtere poteſt: Verum enim non niſi vnum & ſimplex eſſe poteſt: falſum autem, vt noſter inquit Cyrillus, varium eſt ac multiplex. Vnde iſta varietas Catecheſeôn nata eſt, dum quælibet ſecta ſuis ſectarijs nouos tradit catechiſmos, nouas myſteriorũ inſtitutiones, nouos ritus ſacrorum effingit. Quam varietatem & cõiunctam illi falſitatem, qui vitare vult, ad puritatem doctrinæ Catholicæ, & proxima creſcẽtis Eccleſiæ principia, recurrat neceſſe eſt, atque diligenter cõſideret, quæ tum fuerint ſacræ inſtitutiones, quæ catecheſes, quę myſteriorum explicationes. Quod cùm ex alijs vetuſtiſſimis ſanctorum Patrum ſcriptis: tum verò ex his Cyrilli Hieroſolymitani catecheſibus perſpicere licet: quibus ille populum Hieroſolymitanum ad pietatem inſtituebat, & ea ſacroſanctæ fidei dogmata tradebat, quæ nunc à nouarum

opinionum cultoribus. Quas quidem Catecheſes, longè commodius eſſe puto, è tenebris lucem proferre, & noſtræ tempeſtatis hominibus paſſim legendas proponere quàm nouas aliquas inſtitutiones, vt cunque varijs elegantijs exornatas, deſcribere. Authoritas enim & maieſtas doctrinæ Chriſtianæ, præclara eſt apud antiquos illos & orthodoxos antiſtites, qui ſanam doctrinam, & veras traditiones Apoſtolicas, ritusque eccleſiæ à viris Apoſtolicis, inſtinctu Spiritus ſancti inſtitutos, in Orientali eccleſia docuerunt, & ad poſteros deinceps literis mandarunt. Atque hoc ſtudio antiquitatis & ſynceræ veritatis adductus ego, cùm ante aliquot annos in vrbe, apud Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Dominum Staniſlaum Hoſium, Cardinalem Varnien. nunc S. ſedis Apoſtolicæ in Concilio Tridentino de latere Legatum ampliſſimum, ac Dominum meum clementiſſimum, nactus eſſem Græcum exemplar Catecheſeôn Cyrilli Hieroſolymitani Præſulis vetuſtiſſimi, manu-ſcriptum, neque vnquàm anteà, quod ſciam, in ſermonem Latinum tranſlatum, aut editum: facturum me nonnullum operæpretium putaui, ſi illud Latinitate donatum, alijs quoque ſynceræ pietatis ſtudioſis paſſim legendum proponerem. In quo opere perficiundo cùm verſarer, planeque iam illud peregiſſem, Reuerendiſſ. Dominus, D. Iacobus Vchanski Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus natus, regnique Poloniæ primas, antiquitatis, priſcæque fidei ſtudioſiſſimus, & in tuenda, propagandaque Catholica religione vigilantiſſimus: poſteaquàm intellexit, me Græcolatinas Cyrilli Hieroſolymitani catecheſes habere: (quas ille ante complures annos, Slauonum idiomate conſcriptas, ex Macedonia & Bulgaria nactus fuerat, & in linguam Polonicam tranſtulerat) ſuum exemplar Slauonopolonum earundem catecheſeôn pro ſua benignitate mecum communicauit, atque vt tranſlatio vtraque vna cum origine Græca conferretur, diligenter curauit. Quo factum eſt, vt ex mirabili quadam concordia diuerſæ linguæ, & tranſlationis, conſtans veritas inſtitutionum commodiſſimè eluceſceret. Quamuis enim menda nonnulla & hiatus, qui vitio librariorum committi ſolent, in vtroque exemplari non deeſſent: ex mutua tamen collatione ſublatis illis, & quæ deſiderabantur, in integrum reſtitutis: ſeries orationis & doctrinæ, ſic in omnibus concordabat, vt nulla ſupereſſe poſſit ſuſpitio, quin iſtæ catecheſes Cyrilli ſint veriſſimæ, & veteri orthodoxæ doctrinæ coniunctiſſimæ. In quibus transferendis veritatis maiorem, quàm elegantiæ rationem habendam putauimus, vt quàm proximè ad phraſim Cyrilli accederemus. Nam vbi verba diuina, & ſacra traduntur myſteria, periculum eſt, & grande nefas, procul ab ipſis verbis recedere, & ſplendori potiùs orationis, quàm proprietati ſimplicis doctrinæ ſtudere. Cùm autem mihi probè perſpectum ſit, Antiſtes, & D. Reuerendiſſime, quantæ iam curæ, & ſolicitudines animum

tuum afficiant, quantum elaborare ſtudeas, vt pro tua diuina vocatione, ſanctoque officio paſtorali nouas ſectariorum nimium vulgatas inſtitutiones, & doctrinas dæmoniorum, ex patria, diœceſique tua extirpare, & veterem diſciplinam religionis catholicæ introducere queas, cumque me quoque exiguum clientem, in hac diœceſi tua ſingulari beneficio afficere, & in vineam Domini aſciſcere non dubitaueris: opportunum eſſe putaui, veteres haſce Cyrilli Catecheſes, Celſitudini tuæ dicare, vt ſub tuo ampliſſimo nomine, & authoritate in lucem prodeant, & potiùs quàm peſtiferæ nouatorum catecheſes à iuuentute priſcæ fidei ſtudioſa, paſſim lectitentur. Nam cùm pro tua præclara vigilantia paſtorali, ab alijs collegis meis crebris adhortationibus exigere id non dubites, vt non torpeſcant otio, ſed verbi Dei præconum fungantur officio: me quoque ſingularis hæc pietas tua, & ſtudium religionis catholicæ propagandæ vehementer commouit, ita vt primo quoque tempore tam pijs illis admonitionibus, cuperem lubens ſatisfacere: ſed cùm nondum adſit eius rei præſtandæ facultas, & alio me nunc tradat legum neceſſitas, has interim Cyrilli Catecheſes, in quibus confirmandæ catholicæ doctrinæ cauſa, pro mea virili elaboraui, tibi pientiſſime Præſul, qua ſumma poſſum animi mei ſubmiſſione offero, atque dedico. Quas vt benignè acceptare, & reliqua ſtudia mea fauore tuo proſequi non graueris, etiam ſubmiſsè peto. Quis autem fuerit author his Cyrillus, & quo tempore floruerit: tum quæ ſit ratio ſcriptorum illius, ex his quæ ex Scriptoribus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ de vita illius collegi, inferiùs patebit.

CYRILLVS *Hieroſolymitanus inter veteres Eccleſiæ Patres ſanctos illos verè catholicæ & Apoſtolicæ doctrinæ aſſertores, ac propugnatores clariſſimus antiſtes recenſetur: nam & complu̇ribus ex illis Eccleſiæ columnis æqualis, multis etiam antiquior fuit, doctrinam verò orthodoxam communem cum omnibus catholicis habebat. Claruit ante mille ducentos, & amplius annos, temporibus Conſtantij Imperatoris, & aliquot eius ſucceſſorum. Quod multis in locis plerique Scriptores eccleſiaſticæ hiſtoriæ, vt Socrates, Theodoritus, Sozomenus, & alij demonſtrant, & honorificam ſemper illius faciunt mentionem.* Lib 9. cap. 14. Eccleſiaſt. hiſt. *A quibus etiam Nicephorus id accipiens & catalogum Patrum, qui circiter tempora Sardicenſis Concilij floruerunt (quod de Conſtantij & Conſtantis voluntate inſtitutum erat) longa ſerie recenſens: inter cæteros æquales Cyrilli, magnæ authoritatis vnà cum illo, & clariſſimos fuiſſe, ſanioris doctrinæ defenſores, commemorat, Paulum Conſtantinopolitanum, Athanaſium Alexandrinum, Antonium Ægyptium, vnà cum vniuerſo Ægyptiorum monachorum cætu. Deinde ſubdit: Multi denique alij ſpectati viri eiſdem annis viguere, atque in Eccleſiis Dei enituere. Inter quos præcipuè eruditione & eloquentia floruit Euſebius Emeſenus Epiſcopus, Titus Boſtrenſis, Serapion Tumæus, Baſilius Ancyranus, Eudoxius Germanicenſis. Acacius Cæſarienſis, Euſebij ſucceſſor, Cyrillus, qui poſt Maximum Hieroſolymitanam adminiſtrabat eccleſiam, & Theodorus Perintius, tum & Ephraim Syrus. Hæc & alia permulta ſcribit eo in loco Nicephorus, de claris & catholica pietate excellentibus illius ſeculi viris: inter quos cùm & Cyrillus Hieroſolymitanus recenſeatur, quæ ſit & quanta illius authoritas, facilè quiuis perſpicere poteſt. Legitur quoque de eodem Cyrillo, non modò alijs virtutibus vero Epiſcopo dignis illum fuiſſe præditum: verùm etiam dono prophetiæ non caruiſſe.* Lib. 3. cap. 20. *Nam cùm Iulianus Imperator, vt ſcribit in Eccleſiaſtica hiſtoria Socrates Iudæis templum Hyeroſolymis inſtaurare iuſſiſſet, & de publico ſumptus ſubminiſtraſſet: tum temporis Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus, memor vaticinij Danielis prophetæ, quod & Chriſtus in ſanctis Euangeliis confirmauit, ac multis futurum prædixit, quod in eo templo lapis ſuper lapidem non maneret: hoc, inquit, Seruatoris oraculum adimplebitur. Quum hoc dixiſſet Epiſcopus, noctu terræmotus magnus factus, lapides fundamentales veteris templi ſtructuræ euulſit, ac cunctos vnà cum contiguis ædificiis diſperſit. Et cùm multi ad miraculum Iudæi conueniſſent ... ioris cælitus delapſus, cuncta artificum inſtrumenta conſumpſit. ... octe ſigna crucis, inſtar radij ſolaris ſplendentia, veſtibus illoru ... comparuerunt, quæ extergere nullo pacto potuerunt. Hæc adeò ſtupenda prodigia, vnum illud Cyrilli verbum, diuino, planeque prophetico ſpiritu prolatum, conſequuta ſunt. Neque vero his tantùm in terra prodigijs, prædictionem eius confirmare, verumetiam in cælo longè maiori miraculo Epiſcopatum illius Deus illuſtrare digna-*

tus eſt. Nam illo Præſide ſacrorum Hieroſolymis, ſignum Crucis in cœlo ex lumine, ſuper ſacrum montem Caluariæ diebus Pentecoſtes, hora ferè diei tertia apparuit, & ſole tunc lucente radios ſolis, illius Crucis fulgores longè praecelluerunt, ita vt lucis illius, excellentia, vniuerſus populus Hieroſolymitanus concitatus, maxima cum admiratione, ſignum illud filij hominis aliquandiu ſpectauerit. Nam & magnitudine Crux illa fuit tanta, vt quindecim ſtadia excederet, ab ipſoque ſacro Golgotha, ad montem vſque Oliueti protenderetur: & luce tanta, vt non modo Chriſtiani omnes iſtic illuſtratos ſeſe, confirmatoſque ſentirent: verumetiam Iudæi ac Gentiles aduenæ, ab erroribus tenebrarum auerſi, illuminarentur, & crucifixum verum eſſe Deum profiterentur. Quemadmodum ipſe Cyrillus optimè id deſcribit in epiſtola ſua, quam de eodem admirando ſigno, ad Conſtantium Imperatorem dederat, Et Nicephorus in hiſtoria Eccleſiaſtica idem pluribus commemorat. Ita ſanè tum coruſcabat Hieroſolymis verbum Dei, multò ampliùs quàm hiſce noſtris poſtremis temporibus apud nos, non modò prædicatione Cyrilli, verum etiam virtute Dei, ſequentibus tam admirandis ſignis.

Succeſſit autem Cyrillus in Hieroſolomitana Epiſcopo Maximo, & ipſe quoque iſtic maximus fidei catholicæ defenſor erat. Sic enim ſcribit Theodoritus: Sed Hieroſolymis poſt Macarium illum cuius non ſemel fecimus mentionem, præſulatum gerebat Maximus, vir in propugnanda pietate excellens, & oculum dextrum ideò amiſerat, & inciſum habebat dextrum brachium. Lib. 5. cap. 5 Eccleſiaſt. hiſt. *Hoc & ipſo inexpertem ſenectutis vitam tranſgreſſo, collata dignitas Epiſcopalis gratiæ Cyrillo fuerat, promptiſſimo defenſori Apoſtolicorum dogmatum. Qua de cauſa maximas etiam paſſus eſt perſecutiones ab Arrianis. Nam cùm animaduertiſſent illum vehementer hæreſibus obſtare, & Apoſtolica dogmata adeò ſtrenuè tueri, congeſtis quibuſdam calumniis, in quodam conciliabulo ſuo, accuſare illum, & deinceps, ita vt alios permultos catholicos Epiſcopos more ſuo deponere non dubitarunt, idque ex negotio pietatis illius erga egenos, quæſito prætextu, vt author eſt Sozomenus. Cæterùm Epiſcopi catholici centum quinquaginta, qui non ita multò pòſt Seleuciam ad Synodum conuenerant, depoſitionem illam ratam non habuerunt, vt teſtatur Theodoritus: imò ipſum potiùs aduerſarium illius, & authorem depoſitionis Acatium, quàm Cyrillum, ab illa Synodo excludere maluerunt. Nicephorus verò de eiuſdem Seleuciana Synodi actis, & de Acatianis ſcribens: Neque eandem, inquit, cum aliis fidem profiteri, neque ad obiecta crimina reſpondere ſuſtinuere. Quinetiam ad Cyrilli Hieroſolymitani cauſam audiendam inuitati, quem ipſi Epiſcopatu abire iuſſerant, non affuere: neque enim qui eos cogeret, aderat quiſquam. At alteri illi (nempè catholici) non modo liberè hæc egerunt, ſed Acatium, & quicunque ad eum confugiſſent, quippe qui intentata eis crimina diluere timuiſſent, dignitate priuarunt. Ex his patet, quanta fuerit Cyrilli integritas, quem ne accuſare quidem coram legitimis Iudicibus aduerſarij veritatis audebant, ſed tantùm apud ſuos ſectarios, quorum adeò tum creuerat potentia & audacia, cùm intelligerent Imperatorem ſuarum eſſe partium, vt ipſi*

Lib. 4. cap 25. Eccleſiaſt. hiſt.
Cap. 26. Eccleſiaſt. hiſt.

nihilominus quos ſemel iniquè depoſuiſſent, iniquius vi & armis de ſuis ſedibus exturbarent, & alios pro arbitrio ſuo ſubſtituerent. Quemadmodum accidit & Cyrillo, quo de ſede Hieroſolymitana deiecto, Heraclius eſt illi
Lib 9. cap. 49. *ſubſtitutus, vt ait Nicephorus, atque huic rurſum ſucceſſit Hilarius. Iſti nanque vſque ad Theodoſii imperium, eam eccleſiam adminiſtraſſe traditi ſunt. Poſt quos diuus Cyrillus deinceps ſedem ſuam recuperauit. Quomodo autem is denuò ad ſedem ſuam peruenerit, & quo pacto in ea ſeſe geſſerit, ex literis Synodi Conſtantinopolitanæ (quæ Nectario præſide ſub Theodoſio celebrata eſt) ad Damaſum, Ambroſium, & reliquos Epiſcopos Romæ coactos, videre eſt,*
Nicephorus libro 22. cap. 16. *cùm ſcribunt: In ea verò eccleſia, quæ aliarum omnium mater eſt, Hieroſolymis Reuerendiſſimum, & Deo amantiſſimum Cyrillum Epiſcopum eſſe ſcimus, ritè iamdudum à prouincialibus Epiſcopis electum, qui ſanè diuerſis in locis plurimùm aduerſus Arrianos decertauit. Epiphanius quoque lib. 3. tomo 1. hereſi 73. Cyrilli huius meminit quod præter Acatium Arrianum, cum aliis quoque illius ſectæ Epiſcopis contendere religionis ergò non dubitauit. Et Hieronymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum de illo ſcribit: Cyrillus Hieroſolymæ Epiſcopus ſæpè pulſus Eccleſia & receptus, ad extremũ ſub Theodoſio principe octo annis inconcuſſum Epiſcopatum tenuit. Itaque ex his, et aliis permultis eccleſiaſticorum Scriptorum teſtimoniis certum eſt, Cyrillum fortiſſimum Chriſti athletam, & orthodoxæ fidei aſſertorem conſtantiſſimum, multis annis pro veritate fidei decertaſſe, perſecutiones varias pertuliſſe, atque hoc bonum certamen certaſſe, à primis ferè annis Conſtantij Imperatoris, vſque ad complures annos Theodoſii: Curſum autem ſuum tum demùm cõſummaſſe, cùm Theodoſius deuicto Maximo tyranno (qui Romanum Imperium in Occidente inuaſerat) rebus Romanis rectè conſtitutis Conſtantinopolim reuerſus, filiòs ſuos Arſenio erudiendos traderet, vt ſcribit Nicephorus. Eadem tempeſtate Timotheus & Cyrillus, qui in Alexandrina & Hieroſolymitana eccleſiæ thronis enituerant, vita defuncti, alter quidem Alexandriæ Theophilum, alter autem Hieroſolymis Ioannem ſucceſſorem habuit, vſque ad tempora Anaſtaſii & Innocentij Pontificum Romanorum. Ioannis verò ſucceſſor erat Hieroſolymis Nepos. Hactenus Nicephorus. Et Cyrillus quidem ita vt legimus, bonum certamen certauit, curſumque vitæ ſuæ conſummauit: De cetero autem repoſita eſt illi corona gloriæ, quam retribuet illi iuſtus iudex. Quàm præclaram autem, & ſanctam ſui memoriam apud poſteros etiam reliquerit Cyrillus, tum ſcripta illius quæ extant: tum Orientalis eccleſiæ faſti, ſeu Calendaria, in quibus preces anniuerſariæ, & commemorationes ſanctorum deſcriptæ ſunt, abundè teſtatur. Nam vt aliorum Patrum, qui in ſanctorum cœtu clariores habentur: ita huius quoque Cyrilli Hieroſolymitani, die decima octaua Martij, in eccleſiis Græcis ſancta celebratur memoria. Ac ſcriptis quoque illius apud Græcos, nomen ſancti patris præfixum vbique reperitur.*

CYRILLIA vocata fuiſſe in orientali eccleſia, ſcripta Cyrilli Hieroſolymitani, narrat Nicephorus, & alij ſcriptores non pauca fuiſſe teſtantur. Cùm enim vir doctus & eloquens eſſet, & tot annis præfuiſſet Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua non modò ſingulis diebus Dominicis, vt ex eius inſtitutionibus perſpicere licet: verumetiam ſingulis diebus per totam quadrageſimam concionari conſueuiſſet: proculdubiò & catecheſes, & conciones illius longè plures ſunt literis mandatæ, quàm quæ ad nos peruenere. Hæc enim præcipua erat conſuetudo Patrum illius temporis, præſertim qui inter alios eruditione, & eloquentia præclari erant, vt quæ ad populum verba feciſſent, ea etiam literis mandarent: vt certa orthodoxæ fidei, & doctrinæ illorum ratio conſtaret, & hæreticorum falſæ opiniones, tam concionibus, quàm ſcriptis, etiam poſt fata ſcriptorum confutarentur. Quòd ſi qui ita eſſent occupati, vt ipſis manu ſua. quæ animo concipiebant, & populo tradebant, exarare non vacaret, certos amanuenſes ſtudioſos habebant tam celeri calamo verba notantes, vt conciones illorum integras, eadem, qua dicebantur, ſerie orationis conſcriberent. Quod quidem Græcis illis duplici de cauſa præſtare, non fuit difficile: nam & dictionum ferè omnium mirificas habebant abbreuiationes, quarum vix aliqua pars ad nos peruenit: & Patres illi ſancti prædicando verbum Dei, magna quadam cum maieſtate, venerationeque lentè pronuntiabant, vt populus venerando ſermone magis afficeretur, & commodiùs quæ dicerentur perciperet, memoriaque teneret. Quamobrem facilè tum quoque fuit, ſcribis amanuenſibus, & ſtudioſis alicuius præclari concionatoris, ſingula verba calamo excipere. Quod ſanè Cyrillo quoque concionante factitatum eſſe, tum Græca quædam annotatio vetuſtiſſima, quam catecheſibus eius affixam reperi: tum ipſa inſcriptio catecheſeon, quæ extemporaneæ, ſeu ex tempore dictatæ vocantur, clarè teſtatur. Sic autem dicit annotatio illa: Multæ quidem & aliæ dictatæ ſunt inſtitutiones à Cyrillo, ſingulis annis, & ante baptiſmum, & poſt baptiſmum, his qui recens fuerant illuminati. Has autem cùm dicebantur, trecenteſimo trigeſimo ſecundo anno, aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quidam ſtudioſi excipientes deſcripſerunt, in quibus magna ex parte reperies, ſecundum ſcripturas, de omnibus neceſſariis fidei dogmatibus, quæ expediat venire in cognitionem. Ex qua annotatione id quod ſuperiùs commemorauimus patet, & alia complura Cyrillia dictata, ſeu ſcripta extitiſſe: & has quæ ad nos peruenere, quæque nunc in lucem prodeunt catecheſes decem octo, & Myſtagogicæ quinque, à ſtudioſis illius inter dicendum literis eſſe mandatas, ab ipſo autem Cyrillo deinceps proculdubiò recognitas (quarum etiam Hieronymus facit mentionem, & extitiſſe eas Catecheſes Cyrilli tempore ſuo dicit, quas in adoleſcentia compoſuerat.) Atque vel ac etiam de cauſa extemporaneas inſcribi: quòd non longa meditationem, verborumque fuco expolirentur: ſed ſimplici puraque puri verbi Dei interpretatione, prout ſpiritus dabat eloqui illi, ad captum populi accommodarentur. Id vel ex ipſa phraſi Cyrilli, & orationis compoſitione agnoſcere licet: quæ non perſuaſibilibus hu-

manæ ſapientiæ verbis, ſed virtute verbi Dei nititur. Non enim philoſophicis hic vtitur argumentationibus: non ſapientum huius ſeculi grandiloquas profert opiniones: non ſui capitis, quemadmodum noui catechiſtæ noſtri temporis ſolent, ſomnia, & phantaſmata inculcat auditoribus, ſed purum putum Dei verbum annuntiat, meraſque crepat ſcripturas: non in priuatum aliquem prauumque ſenſum detortas. ſed iuxta ſenſum & conſenſum illius, quæ tum florebat orthodoxæ catholicæque eccleſiæ. Vnde manifeſtè apparet, non priuatæ opinionis aliquos catechiſmos illum inſtituiſſe, neque ſuam aliquam nouam doctrinam populo tradidiſſe: ſed eam quam à Iacobo Apoſtolo anteceſſore ſuo, & ab aliis Apoſtolis per manus traditam acceperat: quam ab eccleſia catholica didicerat: quam recenti martyrum ſanguine confirmatam intellexerat. Neque verò minorem propterea catecheſes iſtæ authoritatem habere debebunt, quòd extemporaneæ vocantur: quin potiùs multò maiorem orthodoxæ religionis, & ſanctæ inſpirationis certitudinem retinebunt. Nam quæ per longi temporis meditationem ex mente hominis ſcriptitantur, rectè commentaria vocantur, vel eò quòd plerunque humana commenta, & menda permixta habent. Cùm enim perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis nitantur, plus carnis, quàm ſpiritus, plus fuci, quàm veri candoris habere ſolent. Quæ verò ex tempore ad proximi ædificationem in verbo Dei inſtructiones fiunt, ab ipſius inſpiratione proficiſcuntur, qui dixit: Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri loquetur in vobis. Et: Nolite cogitare quid loquamini, ſed in illa hora dabitur vobis, quod loquamini. Et hoc perſæpè vſu venire videmus, vt optimi quique concionatores, cùm non peruerſo aliquo ſtudio, ſed zelo Dei ducuntur, quando ad populum verba faciunt, longè commodiùs plerunque quàm fuerant meditati, animi ſenſa ſui eloquuntur. Quandoquidem non iam ſuo, ſed ſpiritu Dei aguntur, & loquuntur ſine vllo reſpectu perſonarum magnalia Dei, prout ſpiritus dat eloqui illis. Atque hoc etiam Cyrillo contigiſſe, cùm haſce diuinas inſtitutiones in cathedra Moyſi ſedens dictaret, & populo traderet Hieroſolymitano, certius eſt, quàm vt dubitari poſſit. Cernimus enim in his, quàm plenus erat diuinis eloquiis, quàm copioſus in proferendis ſcripturis, quàm animoſus in confutendis hæreticis, quàm fortis rectorum Eccleſiæ catholicæ dogmatum propugnator. Ac in prioribus quidem octo & decem catecheſibus φωτιζομένους eos, qui recenti fide in Chriſtum erant illuminati, inſtruit de rebus ab baptiſmum pertinentibus, & cum primis agit de agnitione peccati, quod germen liberi arbitrij eſſe docet: tum de confeſſione, quæ baptiſmum pertinentibus, & cum primis agit de agnitione peccati, quod germen liberi arbitrij eſſe docet: tum de confeſſione, quæ baptiſmum in adultis præcedere ſolebat: quin & exorciſmos commendat plurimùm, & quam vim aqua baptiſmatis habeat oſtendit. Deinde dogmata eccleſiæ catholicæ, ſummatim pleraque omnia proponit: quæ poſtremò vnà cum vniuerſo ſymbolo Apoſtolico latiùs explicat, & interpretatur. In poſterioribus verò quinque Myſtagogicis inſtitutionibus, his qui iam ad ſolidiorem aliquantò doctrinam erant aptiores, ſolidum cibum tradit, diuinaque explicat

myſteria

myſteria, de Baptiſmo, Chriſmate, Euchariſtia, & tremendo Miſſæ ſacrificio. Commemorat autem ferè omnes eas ceremonias, quæ & nunc in Eccleſia catholica in exhibendis iſtis ſacramentis obſeruari ſolent, vt ſunt: Renuntiare ſathanæ & omnibus operibus eius, ſymbolum fidei profiteri, Chriſmate perungi in baptiſmo. Manus abluere, oſculari inuicem, angelorum, omniſque cæleſtis militiæ facere commemorationem, ſanctos inuocare, pro viuis & defunctis orare, & ſacrificium Chriſti corporis & ſanguinis offerre, in tremendo Miſſæ ſacrificio. In omnibus autem his ſacris inſtitutionibus, non ſuam aliquam priuatam, ſed publicam, purámque Eccleſiæ doctrinam, ſacris oraculis confirmatam, ac ab Apoſtolis traditam defendit: hæreticorum nugas & errores oppugnat, & his qui recens in Chriſti militiam nomina dedere tyronibus, aduerſus Iudæos & gentiles Græcos, contra hereticos, & Antichriſtos arma porrigit. Quibus armis etiam aduerſus noſtri temporis hæreticos, veteres errores renouantes, fortiter pugnare, & victores euadere poterimus. Vſus eſt his etiam armis Cyrilli Ioannes Damaſcenus contra Iconomachos, vt videre licet in libro tertio Apologetico pro veneratione ſanctarum imaginum, vbi inter alias orthodoxorum patrum authoritates, citat etiam ex 12. Catecheſi hæc verba Cyrilli: Cauſam igitur ſi Chriſti aduentus quæris, recurre ad primum ſcripturarum librum. Sex diebus Deus creauit mundum, ſed mundus propter hominem & alia complura, vſque ad ea verba. Imago lignea terreni regis honoratur, quantò magis rationalis imago Dei. Vnde etiam liquet eaſdem catecheſes Cyrilli in Orientali eccleſia olim tempore Damaſceni extitiſſe, quæ nunc poſt multa ſecula in Occidentali & Latina Eccleſia primùm eduntur Latinè: non ſine nutu, & prouidentia quadam diuina, vt quo tempore ferè indies exoriuntur noui hæretici, veteres hæreſes renouantes: eodem quoque inter alios ſanctos patres prodeat in medium Cyrillus, & in acie Dei viuentis conſiſtens, ſuo etiam præclaro priſcæ catholicæque fidei teſtimonio os hereticis obſtruat. Obmuteſcunt itaque, vt cum Cyrillo loquamur, & pudefiant noſtri temporis hæretici, qui negant liberum arbitrium, & inducunt Stoicam quandam rerum omnium neceſſitatem: cùm videant hæc ſua dogmata, in illa primitiua eccleſia, ante tot ſecula etiam à diuo Cyrillo, Dei verbo oppugnata & hereſeos damnata. Obmuteſcant hæretici, qui negant opera noſtra requiri ad iuſtificationem: qui tollunt confesſionem peccatorum: qui vitam cœlibem, & virginalem coronam, exercitationméque monaſticam ſtultè reprobant, cùm & Cyrillum legamus, hæc quidem ad cælum vſque tollentem, & angelicæ vitæ æquantem: illa verò maxima regni cæleſtis præmia, habere confirmantem. Diſpereant heretici omnes, qui ritus & ſacramenta Eccleſiæ catholicæ tollunt, & humanas eſſe, pernicioſaſque traditiones, nuper adeò à Pontificibus quæſtus cauſa excogitatas nugantur: cùm videamus vel Cyrillo teſte, in illa veteri catholica & Apoſtolica eccleſia, ritus illos & myſteria ſacroſancta, tanquàm verbo Dei conſentanea, & ab ipſis Apoſtolis inſtituta, ac per manus tradita, deinceps ſemper obſeruata fuiſſe. Obſtupeſcant Sacramentarij, qui blaſphemant verum

corpus & ſanguinem Chriſti, ſub ſpeciebus panis & vini: cùm tam diſertis verbis doceat Cyrillus, veritatem hanc, quam omnes aſſerimus Catholici, vt iubeat non modò intellectum, verumetiam ſenſus omnes captiuare in obſequium fidei, & plus credere veritati, de veritate corporis ſui dicenti. Hoc eſt corpus meum, quàm ſenſibus renuntiantibus falſò, hic eſt panis quem ſentimus, ſimplex. Obmuteſcant denique omnes hæretici, & diſpereant doctrinæ illorum, qui tollunt ſacerdotium & ſacrificium: qui tremendum Miſſæ officium, impia lingua proſcindunt. Cùm olim ante mille ducentos & triginta annos, vt indicat Cyrillus, in Hieroſolymitana eccleſia, idem quod nunc ſit in Romana, in ſacro Miſſæ officio, fuerint commemorationes & innocationes ſanctorum, orationes & obſecrationes, pro viuis & mortuis, incruentum denique illud ſacrificium Chriſtus Ieſus Dei filius, Deo patri, pro peccatis tam viuorum quam mortuorum offerebatur. Hæc & alia eiuſcemodi veteris & orthodoxæ eccleſiæ dogmata, aduerſus erroneas hæreticorum opiniones tradit & defendit Cyrillus, in his quæ nunc Latinæ primùm iſto ſeculo, in lucem prodeunt catecheſibus, quas omnibus veritatis ſtudioſis legendas proponimus. Scriptum Tridenti durante Concilio œcumenico, die nona Iulij, Anno Domini M. D. LXIII.

P1

CYRILLI ARCHIEPISCOPI Hieroſolymitani Catecheſeωn Index.

INtroductoria ad Baptiſmum: & lectio ex Eſaia. lauamini, &c. *Catec.* 1. *fol.* 23
De *pænitẽtia, & remiſsione peccatorum, & de aduerſario. lectio ex Ezechiele: Iuſtitia iuſti*, &c. *Catech.* 2. *f.* 31
De baptiſmo. lectio ex Epiſtola ad Rom. An ignoratis, &c. *Catech.* 3. *fol.* 51
De decem Dogmatibus. *lectio ex Epiſt. ad* Coloſſ. *Cauete ne quis vos*, &c. *Catech.* 4. *fol.* 68
De fide. & lectio ex Epiſt. ad Hebræos: Eſt autem fides, &c. *Catech.* 5. *f.* 104
De *monarchia Dei, & in illud, Credo in vnum Deũ, item de hæreſibus. & lectio ex Eſaia: Innouemini ad me inſulæ*, &c. *Catech.* 6. *fol.* 119
De patre. & lectio ex Epiſt. ad Epheſ. huius rei gratia, &c. *Catech.* 7. *f.* 159
De omnipotente: & lectio ex Hieremia: Deus *magnus & fortis*, &c. *Catech.* 8. *fol.* 172
In illud, Factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibiliũ. lect. ex Iob: quis eſt iſte, &c. *Cat.* 9. *f.* 108
In illud, & in vnum Dominum *Ieſum Chriſtum. lect. ex* 1. *Epiſt. ad* Cor. *etenim ſiquidẽ*, &c. *Cat.* 9. *f.* 196
In illud, filium Dei *vnigenitum, ex patre natum ante omnia ſæcula*, &c. *& lectio ex Epiſt. ad* Hebræos. *Multifariam multiſque*, &c. *Catech.* 11. *f.* 219
In illud, Incarnatus eſt, & homo factus eſt: lectio ex Eſaia: & adiecit Dominus, &c. *Cat.* 12. *fol.* 244

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἱεροσολύμων Κατηχήσεων πίναξ.

* Εἰσαγωγικὴ τοῖς τῷ βαπτίσματι προσελθοῦσι, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, λούσασθε, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. α'.

* Περὶ μετανοίας καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ περὶ ἀντικειμένου, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, δικαιοσύνη δικαίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. β'.

* Περὶ βαπτίσματος, καὶ ἀνάγνωσις, ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους, ἢ ἀγνοεῖτε, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. γ'.

Περὶ τῶν δέκα δογμάτων ἀκροθιγῶς, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς, βλέπετε μή τις ἡμᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. δ'.

* Περὶ πίστεως, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους, ἔστι δὲ πίστις, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ε'.

Περὶ θεοῦ μοναρχίας, καὶ εἰς τὸ, πιστεύω εἰς ἕνα θεόν. καὶ περὶ αἱρέσεων. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, ἐγκαινίζεσθε πρός με νῆσοι, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ϛ'.

* Περὶ πατρὸς, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους, τούτου χάριν, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ζ'.

Περὶ παντοκράτορος, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰερεμίου, ὁ θεὸς ὁ μέγας κύριος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. η'.

Εἰς τὸ ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰὼβ, τίς οὗτος, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. θ'.

Εἰς τὸ, καὶ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους α'. ἐπιστολῆς, καὶ γὰρ εἴπερ, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ι'.

* Εἰς τὸ Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους, πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ια'.

* Εἰς τὸ, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, καὶ προσέθετο κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς. κατηχ. ιβ'.

* Εἰς τὸν, σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, κύριε τίς ἐπίστευσε, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιγʹ.

* Εἰς τὸν, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς. καὶ ἀνάγνωσις, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους αʹ. ἐπιστολῆς γνωρίζω δὲ ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιδʹ.

Εἰς τὸν, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Δανιὴλ, ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι. καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιεʹ.

* Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρακλήτου, καὶ ἀνάγνωσις, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης, περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιϛʹ.

* Τῶν περὶ ἁγίου πνεύματος τὰ λοιπὰ, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης· ᾧ μὲν γὰρ δίδοται λόγος, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιζʹ.

Εἰς τὸν, καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. ιηʹ.

ΤΟΥ ΕΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

Κατηχήσεων Μυσταγωγικῶν πίναξ.

ΠΡΟΣ τοὺς νεοφωτίστους· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς προτέρας ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, νήψατε, γρηγορήσατε, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. αʹ.

Περὶ βαπτίσματος· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι, καὶ τὰ ἑξῆς. κατήχ. βʹ.

Περὶ χρίσματος· καὶ ἀνάγνωσις, ἐκ τῆς Ἰωάννου καθολικῆς πρώτης ἐπιστολῆς, ἀπὸ τοῦ, καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε, καὶ τὰ ἑξῆς. κατ. γʹ.

Περὶ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθ. ἐπιστολῆς· ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. κ. δʹ.

Ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς ἐπιστολῆς· διὸ ἀποθέμενοι, καὶ τὰ ἑξῆς. κατ. εʹ.

In illud, Crucifixus eſt pro nobis, & ſepultus. lectio ex Eſaia: Domine quis credidit, &c. *Cat.13.f.*280

In illud, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cælum. lect. ex 1. *ad* Cor. *notũ autẽ vobis,* &c. *Cat.*14.*f.*324

In illud, & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. & de Antichriſto. lectio ex Daniele, *Aſpiciebam, donec throni,* &c. *Cat.*15.*fol.*359

De ſpiritu ſancto. & lectio ex 1. *ad* Cor. *De ſpiritualibus,* &c. *Cat.*16.*fol.*396

Reliqua de ſpiritu ſancto. & lectio ex eadem 1. *ad* Cor. *huic quidem per ſpiritum,* &c. *Cat.*17.*fol.*431

In illud, & in vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam, & carnis reſurrectionem, & in vitam æternam. lectio ex Ezechiele: Et facta eſt ſuper me manus domini, &c. *Catech.*18.*f.*471

Aſteriſcis notatæ Catecheſes Græcè nunc primùm prodeunt.

EIVSDEM CYRILLI CATECH. Myſtag. Index

AD *eos qui recens ſunt baptizati. & lectio ex prima* Petri *Catholica Epiſt. ab eo quod legitur: Sobrij eſtote,* &c. *Catech.*1. *fol.*507

De *baptiſmo. & lectio ex Epiſtola ad Rom. ab eo: An ignoratis, quòd quicunque,* &c. *Cat.*2.*fol.*516

De *chriſmate. & lectio ex prima Ioannis* Catholica *Epiſt. ab eo loco: Et vos vnctionẽ,* &c. *Cat.*3.*f.*523

De *corpore & ſanguine Chriſti. & lectio ex Epiſt. ad* Cor. *Ego enim accepi à* Domino, &c. *Cat.* 4.*fol.*528

Ex epiſt. Petri *Catholica: Itaq. abiiciẽtes,* &c. *ca.*5.*f.*554

ELOGIVM SANCTI CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI

e Diui Hieronymi libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis deſumptum.

SOPHRONIVS.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, πολλάκις ἐξεωθεὶς τῆς ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος; ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ὀκτὼ ἀσάλευτον ἔσχε τὴν ἐπισκοπὴν, οὗ τινος εἰσὶ κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

D. HIERONYMVS.

CYRILLVS, Hieroſolymæ Epiſcopus, ſæpe pulſus Eccleſia & receptus, ad extremum ſub Theodoſio Principe octo annis inconcuſſum Epiſcopatum tenuit. Extant eius Κατηχήσεις, *quas in Adoleſcentia compoſuit.*

ΠΡΟΚΑΤΗΧΗΣΙΣ

Η ΤΟΙ ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤΗΧΗΣΕΩΝ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

ΚΕ ΕΥΛΟΓΗΣΟΝ.

ΗΔΗ μακαριότητος ὀσμὴ πρὸς ὑμᾶς, ὦ φωτιζόμενοι. ἤδη τὰ νοητὰ ἄνθη συλλέγετε πρὸς πλοκὴν ἐπουρανίων στεφάνων· ἤδη τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἔπνευσεν ἡ εὐωδία. ἤδη περὶ τὴν προαυλιν τῶν βασιλείων γεγόνατε. γένοιτο δὲ ἵνα καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰσαχθῆτε. ἄνθη γὰρ νῦν ἐφάνη τῶν δένδρων. γένοιτο δὲ ἵνα καὶ ὁ καρπὸς τέλειος ᾖ. ὀνοματογραφία τέως ὑμῖν γέγονε, καὶ στρατείας κλῆσις, καὶ νυμφαγωγίας λαμπάδες καὶ οὐρανίου πολιτείας ἐπιθυμία, καὶ πρόθεσις ἀγαθὴ, καὶ ἐλπὶς ἐπακολουθοῦσα· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ὁ μὲν γὰρ θεὸς δαψιλὴς ἐστὶν εἰς εὐεργεσίαν περιμένει δὲ ἑκάστου τὴν γνησίαν προαίρεσιν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ ἀπόστολος λέγων, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. ἡ πρόθεσις γνησία οὖσα, κλητόν σε ποιεῖ. κἂν γὰρ τὸ σῶμα ὧδε ἔχῃς, τὴν δὲ διάνοιαν μὴ ἔχῃς, οὐδὲν ὠφελῇ. προσῆλθέ ποτε καὶ Σίμων τῷ λουτρῷ ὁ μάγος, ἐβαπτίσθη, ἀλλ᾽ οὐκ ἐφωτίσθη· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔβαψεν ὕδατι, τὴν δὲ καρδίαν οὐκ ἐφώτισε πνεύματι· καὶ κατέβη μὲν τὸ σῶμα. καὶ

15

PRAEFATIO CATECHESEON SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMORVM.

IOANNE GRODECIO INTERPRETE.

IAM eſt beatitudinis odor in vobis, ô illuminati: iam ſpiritales colligitis flores ad plectendas cœleſtes coronas: iam Spiritus ſancti ſpirauit fragrantia: iam circa porticum regalis palatij fuiſtis, vtinam verò & ab ipſo rege introducamini. Flores nunc arborum apparuerunt: vtinam verò & fructus perficiatur. Nomina iam in Chriſti militiam vocati dediſtis, & ſponſales lampades vobis donatæ, & regni cœleſtis deſiderium, bonúmque propoſitum, & ſpes ſubſequens. Neque enim falſus eſt qui dixit: *quod, diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Liberalis namque eſt Deus, & pronus ad beneficentiam: expectat tamen cuiuſlibet propriam voluntatem. Propterea ſubiecit Apoſtolus: *Secundùm propoſitum vocatus ſanctis.* Propoſitum cùm adeſt proprium, vocatū te facit: nam etiamſi corpus hîc habeas, mentem verò non adhibeas, nihil tibi proderit. Accefferat aliquando Simon Magus ad hoc lauacrum, baptizatus eſt, ſed non illuminatus: & corpus quidem lauit aqua: cor autem non illuſtrauit ſpiritu. Deſcendit quidem corpus &

Rom. 8, 28.

Ibid.

Act. 8, 13.

aſcendit, anima verò non eſt conſepulta Chriſto, neque cum illo reſurrexit. Equidem profero exempla caſuum
1. Cor. 10. 6 humanorum, ne & tu cadas: *hæc enim in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem in admonitionem eorum*, qui hodie quoq. huc accedunt: ne quis veſtrûm reperiatur,
Heb. 12. 15. qui tentet Dei gratiam: *ne aliqua radix amaritudinis ſurſum germinans perturbet vos*: ne quis veſtrûm hæc dictitans ingrediatur; Sine videamus, quid agant fideles: ingreſſus videbo, & diſcam ea quæ fiunt, viſurum te propoſueras, videri verò te non putabas? Et exiſtimas te quidem ea quæ fiunt apud fideles, penitus perſcrutari, Deum autem cor tuum non perſcrutari? Scruta-
Matt. 22. 12. batur olim quidam nuptias illas, vt eſt in Euangeliis, & veſtem capiẽs minimè decoram, ingreſſus accubuit & comedit, admittebat enim ſponſus: ſed oportebat ipſum, cùm videret omnes ſplẽdidè veſtitos, eiuſcemodi quoq. capere amictum: verùm ille, cibum quidem vna cum aliis ſumebat æqualem, inæqualem autẽ ornatum & propoſitum habebat. Atqui ſponſus, quamuis liberalis, non tamen indiſcretus. Circumiens namque ſingulos conuiuas, & circunſpiciẽs, (curabat enim, non quomodò comedebãt, ſed quomodò eſſent ornati) vidit quendam externum, non habentem veſtem nuptialẽ, dixitq. illi: *Amice, quomodò huc intraſti?* quo colore? qua conſcientia? Eſto: oſtiarius non prohibuit, propter
Veſtes nuptiarum ſplendida. eius liberalitatem, qui exhibuit conuiuium. Ignorabas quali amictu ingrediendũ eſſet ad conuiuium; ſit ita ſanè. Sed cùm iam intraueras, vidiſti ſplendida diſcumbentium veſtimenta, nónne te oportuit, vel ex his quæ cernebas diſcere? nónne oportunè te ingredi fuerat neceſſe, vt opportunè exires? nunc autẽ importunè intraſti, vt importunè eiiciaris. Et iubet miniſtris: Ligate pedes illius, confidẽter intrãtes: ligate & manus ipſius, quæ ſplendido illum neſcierunt ornare veſtitu, & proiicite ipſum in tenebras exteriores. Indignus enim eſt, qui ſponſales lampades ferat. Vides quid tum illi acciderit? caue ergo tibi. Nos enim, qui ſumus miniſtri

ἀνέβη, ἡ δὲ ψυχὴ οὐ συνετάφη Χριστῷ, οὐδὲ συνηγέρθη. Ἐγὼ δὲ λέγω τὰς ὑπογραφὰς τῶν πτωμάτων, ἵνα μὴ σὺ ἐμπέσῃς· ταῦτα γὰρ τυπικῶς ἐγίνετο ἐκείνοις, γέγραπται δὲ πρὸς νουθεσίαν τῶν μέχρις σήμερον προσερχομένων. μή τις ὑμῶν εὑρεθῇ πειράζων τὴν χάριν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, μή τις ὑμῶν εἰσέλθῃ λέγων, ἄφες ἴδωμεν τί ποιοῦσιν οἱ πιστοὶ, εἰσελθὼν ἴδω ἵνα μάθω τὰ γινόμενα. ἰδεῖν προσδοκᾷς. τὸ δὲ ὀφθῆναι οὐ προσδοκᾷς; καὶ νομίζεις ὅτι σὺ μὲν πολυπραγμονεῖς τὰ γινόμενα, θεὸς δὲ οὐ πολυπραγμονεῖ τὴν καρδίαν. ἐπολυπραγμόνησέ τις ποτὲ τὸν γάμον ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, καὶ ἀνάξιον ἔνδυμα λαβὼν, εἰσῆλθε, καὶ ἀνέπεσε καὶ ἔφαγε, συνεχώρησε γὰρ ὁ νυμφίος· ἔδει δὲ αὐτὸν ἰδόντα τὸ λευχείμονον πάντων, καὶ αὐτὸν ἀναλαβέσθαι τοιοῦτον ἔνδυμα. ἀλλ᾽ ἴσων μὲν μετελάμβανε βρωμάτων, ἀνισότητα δὲ εἶχε σχημάτων καὶ προαιρέσεως. ἀλλ᾽ ὁ νυμφίος εἰ καὶ δαψιλὴς, ἀλλ᾽ οὐκ ἄκριτος· περιερχόμενος δὲ τῶν ἀνακειμένων ἕκαστον, καὶ θεωρῶν, ἔμελε γὰρ, οὐχ ὅπως φάγωσιν, ἀλλ᾽ ὅπως εὐσχημονῶσιν, ἰδών τινα ἀλλότριον μὴ ἔχοντα γάμου ἔνδυμα, ἔλεγεν, ἑταῖρε πῶς εἰσῆλθες ὧδε, ποίῳ χρώματι, ποίᾳ συνειδήσει; ἔστω, θυρωρὸς οὐκ ἐκώλυσε, διὰ τὸ δαψιλὲς τοῦ παρέχοντος. ἔστω, ἄγνοιαν εἶχες, ποδαπῷ δὲ σχήματι εἰσελθεῖν εἰς τὸ συμπόσιον εἰσῆλθες; εἶδες ἀστράπτοντα τὰ σχήματα τῶν ἀνακειμένων, οὐκ ἔδει σε κἂν ἐκ τῶν φαινομένων διδαχθῆναι; οὐκ ἔδει σε εἰσελθεῖν εὐκαίρως. ἵνα εὐκαίρως ἐξέλθῃς; νυνὶ δὲ ἀκαίρως εἰσῆλθες, ἵνα ἀκαίρως ἐκβληθῇς. καὶ προστάσσει τοῖς ὑπηρέταις, δήσατε αὐτοῦ τοὺς πόδας τοὺς τολμηρῶς εἰσβαλλόντας; δήσατε αὐτοῦ τὰς χεῖρας, τὰς μὴ εἰδυίας ἔνδυμα περιβαλέσθαι φαιδρόν. ἐμβάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἀνάξιος γὰρ ἐστὶ λαμπάδων νυμφικῶν. εἶδές τι συνέβη τῷ τότε; ἀσφάλισαι τὰ σεαυτοῦ. ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ διάκονοι

Χριστοῦ δεδέγμεθα ἕκαστον, καὶ θυρωρῶν ὥσπερ τάξιν ἐπέχοντες, ἀνετὴν ἀφήκαμεν τὴν θύραν· ἐγχωρεῖ δέ σε βεβορβορωμένην ἔχοντα τὴν ψυχὴν ἁμαρτίαις, καὶ τὴν προαίρεσιν ἐσπιλωμένην εἰσελθεῖν; εἰσῆλθες· κατηξιώθης· ὄνομά σου ἐνεγράφη. βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα; θεωρεῖς μοι τάξιν, καὶ ἐπιστήμην; γραφῶν ἀνάγνωσιν, κανονικῶν παρουσίαν; διδασκαλίας ἀκολουθίαν; δυσωπήθητι τὸν τόπον, καὶ παιδεύθητι ἐκ τῶν φαινομένων. ἔξελθε εὐκαίρως τανῦν, καὶ εἴσελθε αὔριον εὐκαιρότατα. εἰ φιλάργυρον εἶχες τὸ σχῆμα τῆς ψυχῆς, ἄλλο ἐνδυσάμενος εἴσελθε· ἔκδυσαί μοι πορνείαν, καὶ ἔνδυσαί μοι σωφροσύνης λαμπροτάτην στολήν. Ἐγὼ παραγγέλλω πρὶν ὁ νυμφίος τῶν ψυχῶν εἰσέλθῃ Ἰησοῦς, καὶ ἴδῃ τὰ σχήματα. πολλή σοι ἡ προθεσμία. τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετάνοιαν ἔχεις, ἔχεις πολλὴν εὐκαιρίαν, καὶ ἐκδύσασθαι καὶ ἀποπλύνασθαι· καὶ ἐνδύσασθαι, καὶ εἰσελθεῖν. εἰ δὲ ἐπιμένεις κακῇ προαιρέσει, ὁ μὲν λέγων ἀναίτιος. σὺ δὲ μὴ προσδόκα λήψεσθαι τὴν χάριν. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ σε δέξεται, τὸ δὲ πνεῦμα οὐ δέξεται. εἴτις συνοίδεν ἑαυτῷ τὸ τραῦμα, τὴν ἔμπλαστρον λαβέτω. εἴτις ἔπεσεν, ἐγειρέσθω. μηδεὶς ἐν ὑμῖν Σίμων· μηδὲ ὑπόκρισις, μηδὲ περιεργία τοῦ πράγματος. ἐγχωρεῖ σε καὶ προφάσει ἄλλῃ ἐλθεῖν, ἐγχωρεῖ καὶ ἄνδρα βούλεσθαι γυναικὶ καθικετεῦσαι, καὶ διὰ τοῦτο προσελθεῖν, ἀντιστρέφει καὶ ἐπὶ γυναικῶν τὸ ὅμοιον ὁ λόγος, καὶ δοῦλος πολλάκις δεσπότῃ, καὶ φίλος φίλῳ ἀρέσαι ἠθέλησε. δέχομαι τὸ δέλεαρ τοῦ ἀγκίστρου, καὶ καταδέχομαι σε κακῇ προαιρέσει μὲν ἐλθόντα, ἐλπίδι δὲ ἀγαθῇ σωθησόμενον. ἴσως οὐκ ᾔδεις ποῦ ἔρχῃ, οὐδὲ ποία σε σαγήνη λαμβάνει. γέγονας εἴσω δικτύων ἐκκλησιαστικῶν, ζωγρήθητι, μὴ φύγῃς· ἀγκιστρεύει γάρ σε Ἰησοῦς, οὐχ ἵνα θανατώσῃ, ἀλλ' ἵνα θανατώσας ζωοποιήσῃ· δεῖ σε γὰρ ἀποθανεῖν καὶ ἀναστῆναι. ἤκουσας γὰρ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος. νεκροὶ

Chriſti, quemlibet ſuſcipimus, & tanquàm in ordine oſtiariorum conſtituti, apertum eſſe ſinimus oſtiùm: permiſſum eſt tibi, etiam contaminatam peccatis habenti animam, & ſordidam voluntatem, intrare: intraſti, eo loco dignus habitus, nomen tuum inſcriptum eſt. Aſpice venerandum hoc Eccleſiæ inſtitutum: circumſpice ordinem & diſciplinam, ſcripturarum lectionem, regularium præſentiam, & doctrinæ ſeriem: reuerearis locum, & erudiaris ex his quæ apparent. Exi potiùs nunc opportunè, vt cras ingrediaris opportuniſſimè. Si auaram, cupidamque habes animæ formam, exue illam & ingredere. Exue ſcortationem, & indue ſplendidam temperantiæ ſtolam. Ego te admoneo, priuſquàm Ieſus, animarum ſponſus, ingrediatur, & amictum tuum videat: ſatis longum habes interuallum, cùm pœnitentia dierum quadraginta tibi datur: habes magnam opportunitatem, & exuendi, ac rurſus induendi, atque intrandi. Sin autem in mala voluntate perſeueraris, ille quidem, qui te admonet, vacat culpa, tu verò fruſtrà exiſtimas te gratia potiturum. aqua enim te capiet, ſed ſpiritus non recipiet. Si quis vulneris alicuius ſibi conſcius eſt, emplaſtrum accipiat: ſi quis cecidit, reſurgat. nullus ſit inter vos Simon, nullus ſimulator, nulla huius rei curioſitas. Contingit & alio prætextu eò venire. Fieri poteſt, vt vir cupiens mulieri complacere, vel ea de cauſa ingrediatur: Idem de mulieribus dici poteſt, Et ſeruus ſæpè domino, & amicus amico placere voluit. Capio ineſcatum hamo, & recipio te, malo quidem propoſito venientem, ſpe autem bona ſaluatum. Fortaſſis ignoras, quò venis, cuiuſmodi te capiat rete: incidiſti in retia eccleſiaſtica, viuus captus ſeruaberis, ne fugias: captat enim te Ieſus, non vt occidat, ſed vt cæſum viuificet: nam & mori te, & reſurgere oportet: audiſti apoſtolum dicentem, *Mortui*

Retia Eccleſiaſtica.

1 Pet.2.24 *quidem peccato, viuentes autem iuſtitiæ.* Iam ab hodierna die vitam agens conſidera, quantam tibi Ieſus dignitatem contulerit: catechumenus vocabaris, foris ſubſiſtens: audiebas ſpem, & neſciebas: audiebas myſteria, & non intelligebas: audiebas ſcripturas, & profunda illarum ignorabas. Nunc verò non ampliùs foris, ſed intùs ſonas: inhabitans enim ſpiritus, diuinas deinceps ædes in mente tua ædificat. Cùm audieris ea, quæ de myſteriis ſunt ſcripta, tunc intelliges quæ neſciebas. Neq. verò rem exiguam te accipere putes: homo enim cùm eſſes miſerãdus, Dei cognomen accipis. audi Paulum dicentem: *Fidelis Deus.* audi aliam ſcripturam: *Deus fidelis, & iuſtus.* Hoc præuidens pſaltes, inquit in perſona Dei, quandoquidem homines Dei cognomen eſſent accepturi: *Ego dixi, dij eſtis, & filij altiſsimi omnes.* Sed caue ne ſit cognomen tantùm, fidelis, infidelis autem voluntas. Ingreſſus es in certamen, perfice curſum, aliud tempus eiuſmodi non habebis. Si tibi dies nuptiarum proponeretur, an non relictis cæteris rebus omnibus, de apparatu conuiuij eſſes ſollicitus? Sanctificaturus autem, ſeu deſponſaturus animam cæleſti ſponſo, an non poſtpones corporea, vt accipias ſpiritalia? Non licet bis aut ter, hoc lauacro vti, vt ſi fortè ſemel fueris eo fruſtratus, deinceps corrigas: ſi enim ſemel illo fruſtraberis, ampliùs id correctionem non patitur: vnus enim Dominus, & vna fides, & vnum baptiſma. Nam ſoli hæretici rebaptizantur: ſi quidem prius illud non erat baptiſma. Nihil aliud à nobis Deus requirit, præter voluntatem bonam: ne dixeris, quomodò mea delebuntur peccata? ego affirmo tibi, quod volendo, & credendo. Quid autem his facilius? Si verò labia quidem tua dicant ſe velle, cor autem neget: ſcrutator eſt cordium ille, qui iudicat. Ceſſato iam hodierna die ab omni turpi negotio: non proferat lingua tua obſcœna verba, non peccet ampliùs oculus tuus, neque commoditatibus inhiet, &

Marginal notes: 1.Cor.1.9. — *Homo Dei cognomen accipit.* — Pſal 81 6. — *Rebaptizantur hæretici.* — *Volendo, & credendo peccata remitti.*

μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντες δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. ἀπὸ τοῦ σήμερον ζῆσον. βλέπε μοι τηλίκην ἀξίαν ὁ Ἰησοῦς χαρίζεται. κατηχούμενος ἐλέγου, ἔξωθεν περιηχούμενος ἀκούων ἐλπίδα, καὶ μὴ εἰδώς. ἀκούων μυστήρια, καὶ μὴ νοῶν. ἀκούων γραφάς, καὶ μὴ εἰδὼς τὸ βάθος· οὐκ ἔτι περιηχῇ ἀλλ' ἐνηχῇ· τὸ γὰρ ἔνοικον πνεῦμα λοιπὸν οἶκον θεῖον ἐν τῇ διανοίᾳ σου ἐργάζεται. ὅταν ἀκούσῃς τὰ περὶ τῶν μυστηρίων γεγραμμένα, τότε νοήσεις ἃ μὴ ᾔδεις. καὶ μὴ νομίσῃς ὅτι μικρὸν πρᾶγμα λαμβάνεις. ἄνθρωπος ὢν οἰκτρὸς, θεοῦ λαμβάνεις προσηγορίαν. Ἄκουε Παύλου λέγοντος πιστὸς ὁ Θεὸς, ἄκουε ἄλλης γραφῆς λεγούσης, Θεὸς πιστὸς καὶ δίκαιος· τοῦτο προβλέπων ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγεν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐπειδὴ μέλλουσιν ἄνθρωποι Θεοῦ προσηγορίαν λαμβάνειν· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ἀλλὰ βλέπε μὴ πιστοῦ μὲν ἡ προσηγορία, ἀπίστου δὲ ἡ προαίρεσις. εἰσῆλθες εἰς ἀγῶνα, κάμε τὸν δρόμον. ἄλλον καιρὸν τοιοῦτον οὐκ ἔχεις. εἴ σοι γάμων ἡμέραι προσέκειντο, οὐκ ἂν κατεφρόνησας πάντων, καὶ περὶ τὴν ἑτοιμασίαν τῆς ἑστιάσεως ἐγένου; μέλλων δὲ τὴν ψυχὴν καθοσιοῦν τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, οὐκ ἀργήσῃς σωματικῶν, ἵνα ἄρῃς πνευματικά; οὐκ ἔνι δὶς καὶ τρὶς λαβεῖν τὸ λουτρὸν, ἐπεὶ ἦν ἅπαξ ἀποτυχὸν δεύτερον κατορθῶσαι. ἐὰν δὲ τὸ ἅπαξ ἀποτύχῃς ἀδιόρθωτον τὸ πρᾶγμα. εἷς γὰρ κύριος καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα. μόνοι γὰρ οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ τὸ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα. οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρ' ἡμῶν ζητεῖ ὁ θεὸς εἰ μὴ προαίρεσιν ἀγαθήν. μὴ λέγε, πῶς μου ἐξαλείφονται αἱ ἁμαρτίαι. ἐγώ σοι λέγω τῷ θέλειν, τῷ πιστεύειν. τί τούτου συντομώτερον. ἐὰν δὲ τὰ μὲν χείλη σου λέγῃ τὸ θέλειν, ἡ δὲ καρδία μὴ λέγῃ, καρδιογνώστης ὁ κρίνων. ἄρνησον ἀπὸ τῆς σήμερον ἀπὸ παντὸς φαύλου πράγματος, μή σου λαλησάτω ἡ γλῶσσα ἄσεμνα ῥήματα, μή σου τὸ βλέμμα ἁμαρτανέτω, μηδὲ ῥεμβέσθω περὶ τὰ

ἀχρήσιμα· οἱ πόδες σου εἰς τὰς κατηχήσεις σπευδέτωσαν. τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆς, κἂν ἐμφυσηθῇς, κἂν ἐπορκισθῇς, σωτηρία σοὶ τὸ πρᾶγμα νόμισον εἶναι. ἀργὸν χρυσὸν, καὶ δεδολωμένον ποικίλαις ὕλαις ἀναμεμιγμένον, χαλκῷ, καὶ κασσιτέρῳ, καὶ σιδήρῳ, καὶ μολίβδῳ, ζητοῦμεν τὸν χρυσὸν μόνον ἔχειν. χρυσὸς μὴ δύναται ἄνευ πυρὸς καθαρθῆναι τὰ ἀνοίκεια· οὕτως ἄνευ ἐπορκισμῶν οὐ δύναται καθαρθῆναι ψυχή. εἰσὶ δὲ θεῖοι, ἐκ θείων γραφῶν συνειλεγμένοι. ἐσκέπασαί σου τὸ πρόσωπον, ἵνα σχολάσῃ λοιπὸν ἡ διάνοια, ἵνα μὴ τὸ βλέμμα ῥεμβόμενον, ποιήσῃ ῥέμβεσθαι καὶ τὴν καρδίαν. τῶν δὲ ὀφθαλμῶν σκεπασμένων, οὐκ ἐμποδίζεται τὰ ὦτα δέξασθαι τὸ σωτήριον. ὃν γὰρ τρόπον οἱ τῆς χρυσοχοϊκῆς ἐργασίας ἔμπειροι, διά τινων λεπτῶν ὀργάνων τὸ πνεῦμα τῷ πυρὶ παρεμβάλλοντες, καὶ τὸ ἐν τῇ χώνῃ κεκρυμμένον χρυσίον ἀναφυσῶντες, τὴν παρακειμένην ἐρεθίζοντες φλόγα εὑρίσκουσι τὸ ζητούμενον, οὕτω τῶν ἐπορκιζόντων διὰ πνεύματος θείου ἐμβαλλόντων τὸν φόβον καὶ ὥσπερ ἐν χώνῃ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἀναζωπυρούντων, φεύγει μὲν ὁ ἐχθρὸς δαίμων, παραμένει δὲ ἡ σωτηρία, καὶ παραμένει ἡ ἐλπὶς τῆς αἰωνίου ζωῆς. καὶ λοιπὸν ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα τῶν ἁμαρτημάτων, ἔχει τὴν σωτηρίαν. παραμείνωμεν τοίνυν τῇ ἐλπίδι, ἀδελφοὶ, καὶ δῶμεν ἑαυτοὺς, καὶ ἐλπίσωμεν, ἵνα ὁ θεὸς τῶν ὅλων τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν ἰδὼν καθάρῃ μὲν ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν, ἐλπίδας δὲ ἡμῖν ἀγαθὰς παράσχῃ τῶν πραγμάτων, καὶ δώῃ ἡμῖν μετανοίας σωτηρίαν. θεὸς ἐκάλεσε, σὺ δὲ ἐκλήθης. παράμενε ταῖς κατηχήσεσιν, εἰ καὶ πολλὰ παρατείνωμεν λέγοντες, μή ποτε ἡ διάνοια σου ἐκλυθῇ. ὅπλα γὰρ λαμβάνεις κατὰ ἀντικειμένης ἐνεργείας, ὅπλα λαμβάνεις κατὰ αἱρέσεων, κατὰ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν καὶ ἐθνῶν. πολλοὺς ἐχθροὺς ἔχεις, πολλὰ βέλη λάμβανε. πρὸς πολλοὺς γὰρ ἀκοντίζεις καὶ χρεία σοι μαθεῖν πῶς καταακοντίσῃς τὸν Ἕλληνα, πῶς ἀγωνίσῃ πρὸς αἱρετικὸν, πρὸς Ἰουδαῖον καὶ Σαμαρείτην.

inſiſtat: feſtinent pedes tui ad Catecheſes audiendas. Exorciſmos ſtudioſè ſuſcipe, etiamſi inſpiratus iam ſis, & exorciſatus: ſalubris enim eſt tibi res iſta. Nam vt rude, infectumque aurum, vel adulteratum, multíſque aliis commixtum mineris, vti cum ære, ſtanno, ferro, plumbo, ſi cupimus aurum tantùm habere, non poterit illud ſine igne ab diuerſis à ſe metallis purgari: ſic abſque exorciſmis anima purgari non poterit. Diuini enim ſunt, ex diuiniſque ſcripturis collecti. Velatus eſt vultus tuus, vt mens tua vacet, néue oculus vagus efficiat, vt & mens vagetur: clauſis verò oculis, aures minimè impediuntur ſalutaria ſuſcipere. Quemadmodum enim aurifabri, per quædam ſubtilia inſtrumenta, ſufflantes ventulum igni, & aurum in fornace conflantes, excitanteſque propoſitam flammam, id quod quærunt, reperiunt. Sic cùm exorciſtæ per Spiritum ſanctum incutiunt timorem, & in corpore, tanquàm in fornace, animam accendunt: fugit tunc inimicus Dæmon, adeſt autem ſalus & ſpes vitæ æternæ aſſiſtit: denique anima repurgata à peccatis, ſalutem conſequitur. Perſiſtamus ergo in ſpe fratres, atque illi nos tradentes certò ſperemus, vt Deus vniuerſorum, voluntatem noſtram videns, mundet nos à peccatis, & ſpem nobis bonam ſemper de rebus noſtris præbeat, & donet nobis pœnitentiam ſalutarem. Deus enim vocauit, tu verò vocatus es. Perſeueres in catecheſibus, etiamſi longo ſermone producantur, ne fortè aliquando mens tua deficiat. Arma enim accipis contra aduerſarias poteſtates: arma capis aduerſus hæreticos, aduerſus Iudæos & Samaritas, & Ethnicos. Multos habes hoſtes, multa tela accipe. Cum plurimis haſta concurris. Opus ergo eſt diſcere, quomodò transfigas Græcum, quomodò pugnes contra hæreticum, contra Iudæum, & Samaritam?

Exorciſmi ſunt ſalubres.

Exorciſmos fugit demon.

Catecheſeon vſus.

Et arma quidem parata ſunt, gladiuſque ſpiritus promptiſſimus: dexteram verò per bonam voluntatem extendere neceſſe eſt, vt bellum Domini conficias, & vincas aduerſarias facultates: vt à nullo deinceps hæreticorum conatu ſuperari poſſis. Accipe hanc admonitionem, vt ea quæ in catecheſibus traduntur, ſic diſcas, quò poſſis ea in perpetuum cuſtodire. Non exiſtimes inſtitutiones iſtas eſſe ſimiles homiliis. Quamuis & illæ bonæ ſint, & fide dignæ: verùm ſi quid in illis hodie neglexerimus, cras diſcere poterimus. Hæc verò, quæ de lauacro regenerationis per ordinem tradimus documenta, ſi hodie neglexeris, quando tandem corrigentur? Exiſtima tempus id eſſe plantationis arborum, quo niſi fodiamus & inſeramus, quando tandem poterit rectiùs plantari, quod ſemel eſt malè plantatum? Ædificium quoddam eſſe intelligas catecheſim, ac niſi ordine vinculis conſtringamus ſtructuram, ne quid laxum & hians reperiatur, debile fiet ædificium: ſed eſt operæpretium, lapidi lapidem apponi, & angulum angulo coniungi, atque ſuperfluis abſciſſis, perfectas ædes efficere. Ad eundem modum, adferimus tibi tanquàm lapides cognitionis: audire oportet de Deo viuente: audire opus eſt de Chriſto: audire neceſſe eſt de reſurrectione, & alia permulta ex ordine dicenda ſunt: quæ nunc tantùm ſummatim recenſentur, deinceps verò ſuo loco ſatis explicabuntur. Si vel vnum ex his non perceperis, etiamſi primorum aut ſecundorum memineris: ædificator quidem benè ædificat, tu verò fluxum & debile habebis ædificium. Cùm autem Catecheſis recitatur, ſi catechumenus ex te quæſierit, quid dicebant Doctores: nihil dicas externo: myſteria enim tibi, & ſpem futuri ſeculi tradidimus. Cuſtodi hoc myſterium retributori, nec vnquam dicentem aliquem audi: Quid obeſt, ſi & ego didicero? Etiam ægroti vinum quandoque poſtulant, quod ſi intempeſtiuè illis detur, phreneſim conciliat: & duo hinc

Catecheſis eſt veluti ædificium.

Myſteria Eccleſiæ extrà non proferẽda.

Myſteria nocet aliquibus noſſe.

καὶ τὰ μὲν ὅπλα ἕτοιμα, καὶ τὸ ξίφος ἑτοιμότατον τοῦ πνεύματος. Δεῖ δὲ καὶ δεξιὰς τείνειν διὰ προαιρέσεως ἀγαθῆς, ἵνα πόλεμον Κυρίου πολεμήσῃς, ἵνα νικήσῃς ἀντικειμένας ἐνεργείας, ἵνα ἀήττητος γένῃ παντὶ αἱρετικῷ πράγματι. παραγγελία δέ σοι καὶ τοῦτο ἔστω. τὰ λεγόμενα μάνθανε, καὶ τήρει εἰς τὸν αἰῶνα. μὴ νομίσῃς τὰς συνήθεις εἶναι ὁμιλίας, κἀκεῖναι μὲν γὰρ ἀγαθαὶ καὶ πίστεως ἄξιαι, ἀλλ' ἐὰν σήμερον ἀμελήσωμεν, αὔριον μανθάνομεν. τὰ δὲ περὶ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας κατ' ἀκολουθίαν διδόμενα διδάγματα ἐὰν σήμερον ἀμεληθῇ, πότε κατορθωθήσεται; νόμισον φυτείας εἶναι δένδρων καιρόν. ἐὰν μὴ σκάψωμεν καὶ βαθύνωμεν, πότε δύναται ἄλλοτε καλῶς φυτευθῆναι τὸ ἅπαξ κακῶς φυτευθέν; νόμισόν μοι οἰκοδομὴν εἶναι τὴν κατήχησιν, ἐὰν μὴ κατ' ἀκολουθίαν δεσμοῖς οἰκοδομῆς ἁρμολογήσωμεν τὸν δόμον, ἵνα μὴ εὑρεθῇ τι χαῦνον, καὶ σαθρὰ γένηται ἡ οἰκοδομή. ἀλλὰ δεῖ κατ' ἀκολουθίαν λίθον μὲν λίθῳ ἀκολουθεῖν, καὶ γωνίαν γωνίᾳ ἕπεσθαι. ἀποξεόντων δὲ περισσά, οὕτω δεῖ λίαν οἰκοδομὴν ἀναβαίνειν. οὕτω προσφέρομέν σοι λίθους ὥσπερ γνώσεως. δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ θεοῦ ζῶντος· δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ κρίσεως. δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ χριστοῦ. δεῖ ἀκούειν τὰ περὶ ἀναστάσεως, καὶ πολλά ἐστιν ἀκολούθως λεγόμενα. νῦν μὲν σποράδην εἰρημένα. τότε δὲ κατὰ ἁρμονίαν προσφερόμενα. ἐὰν δὲ μὴ συνάψῃς ἐν τῷ ἑνὶ, καὶ μνημονεύσῃς τῶν πρώτων καὶ τῶν δευτέρων, ὁ μὲν οἰκοδόμων οἰκοδομεῖ, σὺ δὲ σαθρὰν ἕξεις τὴν οἰκοδομήν. ὅτε τοίνυν κατήχησις λέγηται, ἐὰν σε κατηχούμενος ἐξετάσῃ τί εἰρήκασιν οἱ διδάσκοντες, μηδὲν λέγε τῷ ἔξω. μυστήριον γάρ σοι παραδίδομεν, καὶ ἐλπίδα μέλλοντος αἰῶνος. τήρησον τὸ μυστήριον τῷ μισθαποδότῃ. μή ποτέ σοι τις εἴπῃ, τί βλάπτῃ, ἐὰν κἀγὼ μάθω. καὶ οἱ νοσοῦντες τὸν οἶνον ζητοῦσιν. ἀλλ' ἐὰν ἀκαίρως δοθῇ φρενῖτιν ἐργάζεται, καὶ δύο κακὰ

γίνεται, καὶ ὁ νοσῶν ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰατρὸς διαβάλλεται. οὕτως ὁ κατηχούμενος, ἐὰν ἀκούσῃ παρὰ πιστοῦ, καὶ ὁ κατηχούμενος φρενιτιᾷ· οὐκ οἶδε γὰρ τί ἤκουσε, καὶ ἐλέγχει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκμυκτηρίζει τὸ λεγόμενον, καὶ ὁ πιστὸς ὡς προδότης κατακρίνεται. ἤδη δὲ σὺ μεθορίῳ στήκεις, βλέπε μοι μὴ ἐκλαλήσῃς, οὐχ ὅτι οὐκ ἄξια λαλιᾶς τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ὅτι ἡ ἀκοὴ ἀναξία τοῦ δέξασθαι. ἧς ποτὲ καὶ σὺ κατηχούμενος, οὐ διηγησάμην σοι τὰ προκείμενα. ὅταν τῇ πείρᾳ λάβῃς τὸ ὕψωμα τῶν διδασκομένων, τότε ἂν γνώσῃ ὅτι ἀνάξιοι οἱ κατηχούμενοι τῆς ἀκοῆς. μιᾶς μητρὸς γεγόνατε υἱοὶ καὶ θυγατέρες οἱ ἀπογραφέντες. ὅταν εἰσέλθῃς πρὸ τῆς ὥρας τῶν ἐπορκισμῶν, εἷς ἕκαστος ὑμῶν λαλείτω τὰ πρὸς εὐσέβειαν. κἄν τις ὑμῶν μὴ παρῇ, ἐπιζητήσατε. εἰς τράπεζαν εἰ ἐκλήθης, οὐκ ἂν περιέμενες τὸν συγκεκλημένον; ἀδελφὸν εἰ εἶχες, οὐκ ἂν τῷ ἀδελφῷ τὸ ἀγαθὸν ἐζήτεις; μὴ πολυπραγμόνει λοιπὸν πραγμάτων ἀνωφελῶν. μή τι ἐποίησε πόλις, μή τι ἐποίησε κώμη, μή τι ἐποίησε βασιλεὺς, μή τι ἐποίησεν ἐπίσκοπος, μή τι ἐποίησε πρεσβύτερος. ἄνω βλέπε. καιρὸς ὁ σὸς ἐκείνου χρείαν ἔχει. σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός. ἐὰν ἴδῃς τοὺς πιστοὺς διακονοῦντας, καὶ μὴ μεριμνῶντας, ἔχουσι τὸ ἀσφαλές. οἴδασι τί ἔλαβον, κατέχουσι τὴν χάριν. σὺ δὲ ἀκμὴν ἐν ζυγῷ στήκεις, ἢ δεχθῆναι, ἢ μὴ δεχθῆναι. μὴ μιμήσῃ τοὺς ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον, ἀλλὰ μέτελθε τὸν φόβον. καὶ ὅταν ἐπορκισμὸς γίνηται, ἕως ὅτου οἱ ἄλλοι ἐπορκιζόμενοι, παραγένωνται, ἄνδρες μετὰ ἀνδρῶν, καὶ γυναῖκες μετὰ γυναικῶν. νῦν γάρ μοι χρεία τῆς τοῦ Νῶε κιβωτοῦ, ἵνα ᾖ Νῶε καὶ οἱ υἱοί αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ. εἰ γὰρ καὶ μία ἦν ἡ κιβωτὸς καὶ κεκλεισμένη ἦν ἡ θύρα. ἀλλὰ ἐσχημάτιστο τὰ πράγματα. εἰ κέκλεισται ἡ ἐκκλησία καὶ πάντες ὑμεῖς ἔνδον. ἀλλὰ διεστάλθω τὰ πράγματα, ἄνδρες μετ' ἀνδρῶν, καὶ γυναῖκες μετὰ γυναικῶν, μὴ γίνηται

naſcuntur mala: nam & æger interit, & medicus malè audit. Sic & catechumenus, ſi audiat myſteria à fideli, phreneſim patitur: neſcit enim quid audiuerit, & tamen arguit rem ignotam, dictaque irridet: fidelis verò tanquàm proditor condemnatur. Iam ergo tu in finibus noſtris conſtitutus, caue ne quid effutias: non quòd digna non ſint narratione ea, quæ ibi dicuntur, ſed quòd indignus eſt ille audire, cui referres. Fueras & tu aliquando catechumenus, neque tamen propoſita myſteria tibi enarrabantur. Quando autem ſublimitatem eorum, quæ nunc traduntur, experientia didiceris, tunc planè intelliges dignos non eſſe catechumenos, qui ea audiant. Vnius matris filij & filię facti eſtis omnes, quicumque hîc nomina dediſtis. Cum ante horam exorciſmorum ingrediemini, vnuſquiſque veſtrûm pietatis verba proferat, & ſi quis veſtrûm aberit, perquirite. Ad cœnam ſi vocatus fueris, nónne expectares alium pariter vocatum? fratrem ſi haberes, nónne & fratri benefacere velles? Ne ſis deinceps curioſus in rebus vanis: ne quęras quid fecerit oppidum, quid Rex, quid Epiſcopus, quid egerit ſacerdos: ſurſum reſpice, tempus hoc ipſum expoſcit. *Vacate & cognoſcite quia ego ſum Deus.* Si videris fideles in miniſterio ſecuros, rem certam tutámque habent, ſciunt quid acceperint, gratiam ſuſceperunt. Tu verò adhuc in bilance aut conſequendi, aut non conſequendi, conſiſtis. Ne imiteris illos, qui nulli vacant meditationi: ac reuerentiam adhibe cum fit exorciſmus: quouſque alij exorcizati aderunt, viri cum viris, & mulieres cum mulieribus. Nunc enim opus eſt proponere exemplum arcæ Noæ, in qua erat & vxor eius, & vxores filiorum, ac filiæ eius: ſiquidem & arca erat vna, & oſtium clauſum. Sed quid hæc ſignificabant? Si concluſa eſt Eccleſia, & vos omnes intus: hæc tamen ſeparentur, viri vt ſint cum viris, mulieres cum mulieribus: ne ſtudium

Curioſitas vitanda.

Pſal. 45. 11.

Exorciſmi reuerenter audiendi.

ſalutis ſit perditionis occaſio. Et ſi enim pulchrum ſit inſtitutum proximum aſſidere proximo, ſed procul tamen ſint affectiones. Tum verò aſſidentes viri librum aliquem vtilem habeant, & alius quidem legat, alius verò audiat: ſi autem deſit liber, alter oret, alter boni aliquid dicat. Conuentus porrò virginalis ſic congregetur, vt vel pſallat, vel oret, vel legat, ita vt labia quidem loquantur, vox autem ad alienas aures non perueniat. *Mulierem enim loqui in Eccleſia non permitto.* Et nupta quoque ſimiliter agat, *& oret labia mouendo, vt naſcatur Samuel*, vt ſterilis anima tua pariat exaudientis Dei ſalutem: Samuel enim ita ſonat. Videbo cuiuſque ſtudium, videbo cuiuſlibet deuotionem. Accendatur mens ad pietatem, excitetur anima, excutiatur durities infidelitatis, decidant ſuperflui ſcabriciei cortices, & maneat ſola ſinceritas: detergatur ferri erugo, vt maneat proprius ſplendor. Tunc vobis oſtendet Deus noctem illam, & tenebras in die apparentes, de quibus dictum eſt: *Tenebræ non obſcurabuntur à te.* Tunc vnicuique veſtrûm porta paradiſi aperietur. Tunc ex aquarum vſu, Chriſtophororum, hoc eſt Chriſtum ferentium, fragrantiam habebitis. Tunc appellationem Chriſti, & rerum diuinarum virtutem accipietis. Iam verò mentis oculos aperite, iam choros angelicos recogitate, & Dominum vniuerſorum Deum præſidentem, & filium vnigenitum in dextra illius aſſidentem, & ſpiritum ſimul perſiſtentem. Thronos autem & dominationes miniſtrantes, & quemlibet noſtrum ſaluatum & ſaluatam. Iam auribus veſtris, quemadmodum inſtruebamini, perſonet vox illa pulcherrima, quando ſaluatis vobis angeli concinent. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*: quando tanquàm columbæ, ſplendida ſpecie, lucenteque anima Eccleſiam Dei ingrediemini. Magnum eſt ſanè propoſitum hoc baptiſma: captiuitatis liberatio, peccatorum remiſſio, mors peccati, animæ regeneratio, veſtimentum candidum, ſignaculum ſanctum, & indelebile,

Virginum conuentus & oratio ſubmiſſa.

2. Cor. 14. 34.

1. Reg. 1. 13.

Pſal. 138. 12

Pſal. 31.

Baptiſmi encomia.

ἡ ὑπο-

ἡ ὑπόθεσις τῆς σωτηρίας, πρόφασις ἀπωλείας. καὶ ἡ ὑπόθεσις καλὴ πλησίον ἀλλήλων καθέζεσθαι, ἀλλὰ μακρὰν ἔστω τὰ πάθη. εἶτα οἱ ἄνδρες καθεζόμενοι ἐχέτωσαν βιβλίον χρήσιμον. καὶ ὁ μέν τις ἀναγινωσκέτω, ὁ δέ τις ἀκουέτω. καὶ μὴ βιβλίον παρῇ, ὁ μὲν προσευχέσθω, ὁ δέ τι χρήσιμον λαλείτω. καὶ ὁ σύλλογος πάλιν ὁ παρθενικὸς οὕτω συνειλέχθω, ἢ ψάλλων, ἢ ἀναγινώσκων, ἠρέμα. ὥστε λαλεῖν μὲν τὰ χείλη, μὴ ἀκούεσθαι δὲ τὰ ἀλλότρια ὦτα. γυναικὶ γὰρ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐπιτρέπω. καὶ ἡ ἐν γάμοις δὲ ὁμοίως μιμείσθω καὶ προσευχέσθω, καὶ τὰ χείλη κινείσθω· φωνὴ δὲ μὴ ἀκουέσθω, ἵνα παρέλθῃ Σαμουήλ, ἵνα σου ἡ στεῖρα ψυχὴ γεννήσῃ τὴν σωτηρίαν θεοῦ ἐπακούσαντος· ὁ γὰρ Σαμουὴλ ταύτην ἔχει τὴν ἑρμηνείαν. ὄψομαι τὴν σπουδὴν ἑκάστου. ὄψομαι δὲ εὐλάβειαν ἑκάστης. πυρούσθω ἡ διάνοια πρὸς εὐλάβειαν. χαλκευέσθω ἡ ψυχή. σφυροκοπείσθω τὸ σκληρὸν τῆς ἀπιστίας. ἀποπεσάτωσαν αἱ περισσαὶ τοῦ σιδήρου λεπίδες· μενέτω τὸ καθαρόν. ἀποπεσάτω τοῦ σιδήρου ὁ ἰός. μενέτω δὲ γνήσιον. πότε μὲν ὑμῖν δείξῃ ὁ θεὸς ἐκείνην τὴν νύκτα, τὸ σκότος τὸ ἡμεροφανὲς περὶ οὗ εἴρηται, σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡ ἡμέρα φωτισθήσεται. πότε ὑμῶν ἑκάστου παραδείσου θύρα ἀνεωχθῇ. πότε ὑδάτων ἀπολαύσητε Χριστοφόρων ἐχόντων εὐωδίαν. πότε Χριστοῦ προσηγορίαν λάβητε, καὶ ἐνέργειαν θείων πραγμάτων. ἤδη μοι τῆς διανοίας τὸ ὄμμα ἀναβλέψατε. ἤδη μοι χοροὺς ἀγγελικοὺς ἐννοήσατε, καὶ δεσπότην τῶν ὅλων θεὸν καθεζόμενον, υἱὸν δὲ μονογενῆ ἐν δεξιᾷ συγκαθήμενον, καὶ πνεῦμα συμπαρόν. θρόνους δὲ καὶ κυριότητας λειτουργοῦντας, καὶ ὑμῶν δὲ ἕκαστον καὶ ἑκάστην σωζόμενον καὶ σωζομένην. ἤδη ὑμῶν τὰ ὦτα ὥσπερ κατηχείσθω. ποιήσατε ἐκείνην τὴν καλὴν ἠχὼ ὅτε ὑμῶν σωθέντων οἱ ἄγγελοι ἐπιφωνήσουσι, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. ὅτε ὡς περιστεραὶ τῆς ἐκκλησίας εἰσέλθητε φαιδροὶ τῷ σώματι καὶ φωτεινοὶ τῇ ψυχῇ· μέγα τὸ προκείμενον βάπτισμα, αἰχμαλώτοις λύτρον· ἁμαρτημάτων ἄφεσις· θάνατος ἁμαρτίας· παλιγγενεσία ψυχῆς· ἔνδυμα φωτεινόν· σφραγὶς ἁγία

ἀκατάλυτος, ὄχημα πρὸς οὐρανόν· παραδείσου τρυφή. βασιλείας πρόξενον· υἱοθεσίας χάρισμα. ἀλλὰ δράκων παρὰ τὴν ὁδὸν τηρεῖ τοὺς παριόντας, βλέπε μὴ δάκῃ τῇ ἀπιστίᾳ. βλέπει τοσούτους σωζομένους, καὶ ζητεῖ τίνα καταπίῃ. πρὸς πατέρα πνευμάτων εἰσέρχῃ, ἀλλὰ δι᾽ ἐκείνου τοῦ δράκοντος διέρχῃ, πῶς οὖν αὐτὸν διέλθῃς; ὑπόδησαι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἵνα κἂν δάκῃ μὴ βλάψῃ. πίστιν ἔνοικον ἔχε. κραταιὰν ἐλπίδα, κρηπῖδα ἰσχυράν, ἵνα διέλθῃς τὸν ἐχθρόν, καὶ εἰσέλθῃς πρὸς τὸν δεσπότην· τὴν σαυτοῦ καρδίαν ἑτοίμασον εἰς ὑποδοχὴν διδασκαλίας, εἰς κοινωνίαν ἁγίων μυστηρίων. εὔχου πυκνότερον, ἵνα ὁ θεός σε καταξιώσῃ τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἀθανάτων μυστηρίων. μήτε ἡμέραν ἀργεῖ, μήτε νύκτα· ἀλλ᾽ ὅτε ὕπνος ἐκ τῶν ὀμμάτων σου ἐκπέσῃ, τότε ἡ διάνοια εἰς προσευχὴν σχολαζέτω· κἂν ἴδῃς λογισμὸν αἰσχρὸν ἀναβαίνοντα εἰς τὴν διάνοιάν σου, λάβε κρίσεως ὑπομνηστικὸν σωτηρίας, σχόλασον τὴν διάνοιαν εἰς τὸ μαθεῖν, ἵνα ἐπιλάθῃ φαύλων πραγμάτων. ἐὰν ἴδῃς τινά σοι λέγοντα, καὶ εἰσέρχῃ εἰς τὸ ὕδωρ καταβῆναι; ἄρτι γὰρ οὐκ ἔχει πόλις βαλανεῖα; γίνωσκε ὅτι ὁ δράκων τῆς θαλάσσης ταῦτά σοι κατασκευάζει. μὴ πρόσεχε τοῖς χείλεσι τοῦ λαλοῦντος, ἀλλὰ τῷ ἐνεργοῦντι θεῷ· φύλαξαι τὴν σαυτοῦ ψυχήν, πῶς ἄληπτος γένῃ, ἵνα παραμείνας τῇ ἐλπίδι κληρονόμος γένῃ σωτηρίας αἰωνίου. ἡμεῖς μὲν ταῦτα ὡς ἄνθρωποι καὶ παραγγέλλομεν, καὶ διδάσκομεν· μὴ ποιήσητε δὲ τὴν οἰκοδομὴν ἡμῶν χόρτον, καλάμην, καὶ ἄχυρα, ἵνα μὴ τοῦ ἔργου κατακαέντος, ζημιωθῶμεν· ἀλλὰ ποιήσατε τὸ ἔργον χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ λίθους τιμίους· ἐν ἐμοὶ γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ἐν σοὶ δὲ τὸ προσθέσθαι, ἐν θεῷ δὲ τὸ τελειῶσαι. νευρώσωμεν τὴν διάνοιαν· συντείνωμεν τὴν ψυχήν. ἑτοιμάσωμεν τὴν καρδίαν. περὶ ψυχῆς τρέχομεν. περὶ αἰωνίων πραγμάτων ἐλπίζομεν. δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς ὁ τὰς καρδίας ὑμῶν εἰδώς, καὶ γινώσκων τίς μὲν ἐστὶ δίκαιος, τίς δὲ ὑποκριτής, τὸν μὲν γνήσιον φυλάξαι, τὸν δὲ ὑποκριτὴν πιστοποιῆσαι. δύναται γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἄπιστον πιστοποιῆσαι, ἐὰν μόνον

currus ad cœlum, delitiæ paradiſi, regni cæleſtis conciliatio, chariſmáque adoptionis filiorum. Cæterùm draco circa viam tranſeuntes obſeruat, caue, ne te veneno infidelitatis inficiat. videt tot ſaluatos, & quærit quem deuoret. Ad patrem ſpirituum ingrederis, ſed per illum draconem tranſis. quomodò igitur illum præteribis? *Indue pedes tuos apparatu Euangelij pacis*, vt etiam ſi te mordeat, nihil noceat. Fidem habeas inhabitantem & firmam ſpem, calceum fortem, vt prætereas hoſtem, & ad Dominum intres. Cor tuum præpara ad ſuſceptionem diſciplinæ, & ſanctorum myſteriorum communicationem. Frequenter ora, vt Deus te dignum efficiat: neque interdiu, neque noctu ſis otioſus, & cùm ſomnus ab oculis receſſerit, tunc mens vacet orationi. Si quam turpem cogitationem in mentem tuam venire animaduerteris, ſuſcipe iudicij ſalutarem commemorationem: intende animum ad diſcendum, vt rerum turpium obliuiſcatur. Si videris aliquem dicentem tibi, ingredere aquam vt ſubmergaris, adhuc ciuitas balnea non habet? Agnoſce draconem marinum hæc tibi obiicere: non loquentis attendas verbis, ſed operantis. Cuſtodi animam tuam vt ſis irreprehenſibilis, vt in ſpe perſeuerans, hæres vitæ æternæ fias. Nos quidem hæc tanquam homines & adhortamur, & docemus, *ne veſtrum ædificium ex fœno, ſtipula, & paleis conficiatis, ne cùm opus arſerit, detrimentum patiamini: ſed vt ſit opus veſtrum, aurum, argentum, & lapides pretioſi.* Meum eſt dicere, tuum verò agere, Dei autem perficere. Intendamus mentem, dirigamus animam, præparemus cor, de anima enim nobis certamen eſt, æternáſque res ſperamus. Potens eſt autem Deus, qui nouit corda veſtra, & ſcit qui ſit verus, qui verò ſimulator, germanum quidem ſuum ſeruare, hypocritam verò fidelem efficere. Poteſt enim Deus facere fidelem, ſi modò

[Margin notes: 1. Pet. 5. 8. — Eph. 6. 15 — Orandum ſæpè. — 1. Cor. 3. 12.]

cor illi præbuerit, & factum contra nos chirographum delere. Obliuionem autem vobis tribuet rerum priorum, atque Eccleſiæ vos inſeret, & induens vos armis iuſtitiæ ſibi deliget, cæleſtibusque rebus ac noui teſtamenti replebit, & ſpiritus ſancti ſignaculum indelebile dabit in ſempiternum: in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Catecheſes iſtas illuminatorum, accedentibus quidem ad baptiſmum, & his qui hoc lauacrum habent iam fidelibus, legendas exhibeas: catechumenis verò, & alijs qui non ſunt Chriſtiani, ne dederis: alioquin redditurus es Domino rationem.

δῷ τὴν καρδίαν· καὶ ἐξαλείψαι τὸ καθ' ὑμῶν χειρόγραφον· ἀμνηστίαν δὲ ὑμῶν παράσχοι τῶν προτέρων παραπτωμάτων. φυτεύσοι δὲ ὑμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ στρατεύσοι ὑμᾶς ἑαυτῷ, ὅπλα περιβαλὼν τῆς δικαιοσύνης. οὐρανίων τε πραγμάτων καινῆς διαθήκης πληρώσειε, καὶ πνεύματος ἁγίου σφραγίδα δῴη ἀνεξάλειπτον εἰς τοὺς αἰῶνας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Τὰς τῶν φωτιζομένων κατηχήσεις ταύτας τοῖς μὲν τῷ βαπτίσματι προσερχομένοις, καὶ τοῖς τὸ λουτρὸν ἔχουσιν ἤδη πιστοῖς εἰς ἀνάγνωσιν παρεχόμενος, μὴ δὸς τὸ σύνολον, μήτε κατηχουμένοις, μήτε ἄλλοις τισὶ τοῖς μὴ οὖσι χριστιανοῖς. ἐπεὶ τῷ κυρίῳ λόγον δώσεις. καὶ ἐὰν ποιῇς ἀντίγραφον, ὡς ἐπὶ κυρίου ταῦτα πρόγραψον.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

κατήχησις, α΄. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα εἰσαγωγικὴ τοῖς τῷ βαπτίσματι προσελθοῦσι, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, λούσασθε, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΚΑΙΝΗΣ διαθήκης μαθηταὶ, καὶ Χριστοῦ μυστηρίων κοινωνοὶ, νῦν μὲν τῇ κλήσει, μετ᾽ ὀλίγον δὲ καὶ τῇ χάριτι, καρδίαν ἑαυτοῖς ποιήσατε, καινὴν καὶ πνεῦμα καινὸν, ἵνα εὐφροσύνη γένηται τοῖς οὐρανίοις. εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ γίνεται κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, πόσῳ μᾶλλον ἡ τοσούτων σωτηρία ψυχῶν κινήσει πρὸς εὐφροσύνην τοὺς οὐρανούς. ἀγαθῆς ὁδοῦ καὶ καλλίστης ἐφαψάμενοι, τὸν τῆς εὐσεβείας εὐλαβῶς δράμετε δρόμον. εἰς γὰρ τὴν ὑμετέραν ἀπολύτρωσιν ἑτοιμότατος πάρεστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ. λέγων, δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, οἱ τὸ χαλεπὸν τῶν πλαισμάτων ἠμφιεσμένοι, καὶ σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐσφιγμένοι, τῆς προφητικῆς φωνῆς ἀκούσατε λεγούσης, λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε. ἀφέλετε τὰς πονηρείας ὑμῶν, ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. ἵνα ἀγγελικὸς, ὑμῖν ἐπιβοήσῃ χορὸς, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. οἱ τὰς τῆς πίστεως λαμπάδας ἐξάψαντες ἀρτίως ἀσβέστους ἐν χερσὶ διατηρήσατε ταύτας, ἵν᾽ ὁ τῷ ληστῇ τότε τὸν παράδεισον ἐν

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI ARCHIEPISCOPI *HIEROSOLYMORVM*

prima Cathecheſis, ſeu inſtitutio illuminatorum Hieroſolymis extemporanea: introductoria ad baptiſmum. Et lectio ex Eſaia: Lauamini, &c.

NOVI Teſtamenti diſcipuli, & myſteriorum Chriſti participes, nunc quidem vocatione, paulò poſt verò & gratia, *Cor nouum vobis ipſis facite, & Spiritum nouum*, vt ex eo lætentur cæleſtes. Si enim *ſuper vno peccatore*, vt eſt in Euangelio, *fit gaudium*, quantò magis tot animarum ſalus ad lætitiam cœleſtes mouebit? Bonum iter & pulcherrimum capeſſendo, cautè curſum pietatis percurrite. Ad veſtram enim liberationem paratus adeſt vnigenitus Dei filius. *Venite*, inquiens, *omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Qui grauitate delictorum eſtis circundati, & ligati cathenis peccatorum veſtrorum, propheticam vocem dicentem audite: *Lauamini, mundi eſtote, auferte prauitates veſtras ab animabus veſtris, coram oculis meis*, vt angelicus vobis chorus acclamare poſſit: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Qui fidei lampades nuper accendiſtis: nunc non extinctas eaſdem manu tenendo cuſtodite, vt qui latroni paradiſum, in

Ezech. 18. 31.
Luc. 15, 7.
Matth. 11, 28.
Eſa. 1, 16.
Pſal. 31.

hoc ſanctiſſimo monte Golgota, per fidem aperuerit, vobis quoque id præſtet, quò poſſitis canticum ſponſi cantare. Si quis eſt hîc ſeruus peccati, paratus ſit per fidem, ad ingenuam adoptionis filiorum regenerationem peruenire, & præcidens peſſimam peccatorum ſeruitutem, atque in beatiſſimum Domini obſequium ſeſe tradens, dignus cenſebitur, regnum cœleſte hereditate poſſidere. *Exuite veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris*: exuite autem per confeſſionem, *vt induatis nouum*, eum qui eſt renouatus, per agnitionem eius qui creauit illum. Arrabonem Spiritus ſancti poſſidete per fidem, vt recipiamini in æterna tabernacula: accedite ad myſticum ſignaculum, vt ſitis bene noti Domino. Recenſeamini in ſancto & ſpiritali grege Chriſti, ad dexteram eius ſegregati, atque paratam vobis vitam hereditate poſſideatis. Quibus adhuc peccatorum aſperitas adhæret, iſti à ſiniſtris conſiſtunt, eò quòd ad gratiam Dei non accedant, quæ datur per Chriſtum, in huius lauacri regeneratione. Regenerationem autem dico non corporis, ſed animæ ſpiritalem renouationem. Corpora enim per eos, qui videntur parentes, generantur: animæ verò, per fidem regenerantur. *Spiritus enim vbi vult ſpirat.* Atque tum ſi dignus eris, licebit tibi audire: *Euge ſerue bone & fidelis*: nempe cùm nihil impuri, nihil ſimulati in tua conſcientia repertum fuerit. Si enim quiſpiam ex his, qui hîc adſunt, tentat gratiam Dei, ſeipſum decipit, & virtutem diuinam ignorat. Caue ſimulatam mentem habere ô homo, propter illum, *qui ſcrutatur corda & renes*. Quemadmodùm qui milites ſunt conſcripturi, & ætatem & corpora, deligendorum ad pugnam, diligenter excutiunt: ſic & Dominus, delectum faciens animarum, voluntatem illarum ſcrutatur, ac ſi quam hypocriſim deprehenderit occultatam, reiicit hominem, tanquàm ad veram illius militiam non idoneum: ſi verò dignum inuenerit, huic

Confeßione exuitur vetus homo.

Eph. 4,22, 24.

Ioan 3,8.

Matth. 25. 21.

Simulatio fugienda.

Pſal. 7, 10.

τα̃ς πᾶρα-

τῷ πνευματικῷ τούτῳ γενέσθαι διὰ τὴν πίστιν ἀνοίξας, ὃ νυμφικὸν ὑμῖν ᾆσαι παρέχοι μέλος. δοῦλος εἴ τις ἐστὶ καὶ ταῦτα τῆς ἁμαρτίας, ἑτοιμότατος γενέσθω διὰ τῆς πίστεως εἰς τὴν ἐλευθέριον τῆς υἱοθεσίας ἀναγέννησιν, καὶ τὴν μὲν τῶν ἁμαρτιῶν κακίστην δουλείαν ἀποθέμενος, τὴν δὲ τοῦ κυρίου μακαριωτάτην δουλείαν κτησάμενος καταξιωθήτω τὴν τῶν οὐρανῶν κληρονομῆσαι βασιλείαν. ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ὅπως ἐνδύσησθε τὸν καινὸν, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' ἐπίγνωσιν τοῦ κτίσαντος αὐτόν. τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου κτήσασθε διὰ τῆς πίστεως, ὅπως δυνηθῆτε δεχθῆναι εἰς τὰς αἰωνίους μονάς. προσέλθετε εἰς τὴν μυστικὴν σφραγῖδα, ἵνα εὔγνωστοι ἦτε τῷ δεσπότῃ· συγκαταριθμηθῆτε τῇ ἁγίᾳ καὶ λογικῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ εἰς τὰ δεξιὰ αὐτοῦ ἀφορισθησόμενοι, καὶ κληρονομοῦντες τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν ζωήν. οἷς γὰρ ἔτι τὸ τραχὺ τῶν ἁμαρτιῶν περίκειται, οὗτοι ἐν τοῖς ἀριστεροῖς τυγχάνουσι διὰ τὸ μὴ προσελθεῖν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τῇ δοθείσῃ διὰ Χριστοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ λουτροῦ ἀναγεννήσει. ἀναγέννησιν δὲ, οὐ σωμάτων λέγω, ἀλλὰ ψυχῆς τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. τὰ μὲν γὰρ σώματα διὰ τῶν φαινομένων γονέων γεννῶνται· αἱ δὲ ψυχαὶ διὰ τῆς πίστεως ἀναγεννῶνται· τὸ γὰρ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. καὶ τότε ἀκοῦσαι ἔχεις, ἐὰν ἄξιος γένῃ, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅταν εὑρεθῇς μηδὲν ἀκάθαρτον ὑποκρίσεως ἔχων ἐν συνειδήσει· εἰ γάρ τις τῶν ἐνταῦθα νομίζοι πειράζειν τὴν χάριν, ἑαυτὸν ἀπατᾷ, καὶ τὴν δύναμιν ἀγνοεῖ. ἀνυπόκριτον ἔχε τὴν ψυχὴν ὦ ἄνθρωπε, διὰ τὸν ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφρούς· ὥσπερ γὰρ οἱ μέλλοντες στρατεύειν ἐρευνῶσι τὰς ἡλικίας καὶ τὰ σώματα τῶν στρατευομένων, οὕτω καὶ ὁ κύριος στρατολογῶν τὰς ψυχὰς, ἐρευνᾷ τὰς προαιρέσεις· κἂν μὲν ὑπόκρισιν ἔχῃ τις κρυπτομένην, ἀπέβαλε τὸν ἄνθρωπον, ὡς τῆς ἀληθοῦς στρατείας ἀνεπιτήδειον· εἰ δὲ ἄξιον καταλάβῃ, τούτῳ δίδω-

σιν ἐπιμόνως τὴν χάριν. οὐ δίδωσι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν· ἀλλ' ὅπου
βλέπει τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν, ἐκεῖ τὴν σωτηριώδη δίδωσι σφραγίδα τὴν θαυμασίαν, ἣν τρέμουσι δαίμονες καὶ γινώσκουσιν ἄγγελοι, ἵνα οἱ μὲν φύγωσιν ἐλαθέντες, οἱ δὲ περιέπωσιν, ὡς οἰκεῖον. τοῖς δὲ λαμβάνουσι τὴν πνευματικὴν ταύτην σφραγίδα καὶ σωτήριον, χρεία καὶ τῆς οἰκείας προαιρέσεως. ὥσπερ γὰρ κάλαμος γραφικὸς ἢ καὶ βέλος χρείαν ἔχει τοῦ συνεργοῦντος, οὕτω καὶ ἡ χάρις χρείαν ἔχει τῶν πιστευόντων. ὅπλον λαμβάνεις οὐ φθαρτόν, ἀλλὰ πνευματικόν. καταφυτεύῃ λοιπὸν εἰς τὸν νοητὸν παράδεισον. λαμβάνεις ὄνομα καινόν, ὃ πρότερον οὐκ εἶχες. πρὸ τούτου κατηχούμενος ἦς· νῦν δὲ πιστὸς κληθήσῃ. καταφυτεύῃ λοιπὸν εἰς τὰς ἐλαίας τὰς νοητὰς ἐξ ἀγριελαίου, εἰς καλλιέλαιον ἐγκεντριζόμενος· ἐξ ἁμαρτιῶν εἰς δικαιοσύνην· ἐκ μολυσμῶν εἰς καθαρότητα. γίνῃ κοινωνὸς τῆς ἁγίας ἀμπέλου· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐπιμείνῃς τῇ ἀμπέλῳ, αὔξῃ ὡς κλῆμα καρποφόρον, ἐὰν δὲ μὴ ἐπιμείνῃς, ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλωθήσῃ. καρποφορήσωμεν τοίνυν ἀξίως. μὴ γένοιτο γὰρ ἵνα ἐν ἡμῖν γένηται τὸ κατὰ τὴν ἄκαρπον ἐκείνην συκῆν, μήποτε ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς καὶ νῦν καταράσηται διὰ τὴν ἀκαρπίαν, ἀλλ' εἴη πάντας ἐκεῖνο λέγειν· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. ἐλαία, οὐκ αἰσθητή, ἀλλὰ νοητὴ φωτοφόρος. αὐτοῦ μὲν οὖν ἐστι τὸ καταφυτεῦσαι, καὶ ποτίσαι· σὸν δὲ τὸ καρποφορῆσαι· θεοῦ τὸ χαρίσασθαι, σὸν δὲ τὸ λαβεῖν καὶ διατηρῆσαι. μὴ διὰ τὸ δωρεὰν δίδοσθαι τὴν χάριν, καταφρόνει, ἀλλὰ λαβὼν συντήρησον εὐλαβῶς. καιρὸς ἐξομολογήσεως ὁ παρών, ἐξομολόγησαι τὰ πεπραγμένα, τὰ ἐν λόγῳ, τὰ ἐν ἔργῳ, τὰ ἐν νυκτί, τὰ ἐν ἡμέρᾳ· ἐξομολόγησαι ἐν καιρῷ δεκτῷ καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας. δέξαι τὸν ἐπουράνιον θησαυρόν. σχόλασον εἰς τοὺς ἐπορκισμούς. προσέδρευε ταῖς κατηχήσεσι, καὶ μέμνησο τῶν λεχθησομένων· λέγεται γὰρ οὐχ ἵνα μόνον ἀκούσῃς, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς πίστεως ἐπισφραγίσῃς τὰ λεγόμενα. πᾶσαν μέριμναν ἀνθρωπίνην

libenter confert gratiam. Non dat ſancta canibus, ſed vbi bonum videt propoſitum, illic ſalutare ſigillum & admirandum imprimit, quod metuentes tremunt dæmones, & agnoſcunt angeli: ita vt illi quidem fugitent abacti: hi verò familiariter circa illud tanquàm domeſtici verſentur. Qui itaque ſpiritale hoc ſignaculum & ſalutare accipiunt, opus eſt vt voluntariè id faciant. vt enim calamus ſcriptorius aut telum, vt ab aliquo impellatur neceſſe eſt: ſic & gratia indiget credentibus. Arma capis non corruptibilia, ſed ſpiritalia, atque deinceps in ſpiritalem paradiſum inſereris, nomenque nouum accipis, quod anteà non habebas. Anteà catechumenus eras, nunc verò fidelis vocaris. Tranſplantaris rurſus in ſpiritales oleas, ex oleaſtro in oleam frugiferam inſertus, ex peccatis in iuſtitiam, ex pollutione in puritatem, & particeps ſanctæ illius vineæ efficeris: ac ſi permanſeris in vinea, tanquàm vitis frugifera creſces: ſin autem non maneas, ignis te conſumet. Fructum ergo ita, vt æquum eſt, feramus, ne ſic agatur nobiſcum, vt actum eſt cum illa ficu ſterili: ne fortè veniens Ieſus, etiam nunc propter ſterilitatem tibi maledicat: ſed vt poſſimus omnes illi dicere, *Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei.* Oliua non corporea, ſed ſpiritalis. Ipſius quidem eſt, qui lucem omnibus adfert, plantare & rigare, tuum verò fructum facere. Dei eſt gratiam conferre, tuum verò acceptare & cuſtodire. Non ideò ſpernas gratiam, quod gratis datur, ſed religioſè potiùs. cùm eam acceperis, cuſtodito. Tempus præſens, eſt tempus confeſſionis. Confiteare quæ perpetraſti, ſiue verbo, ſiue opere, ſiue noctu, ſiue interdiu: Confitearis tempore acceptabili, & in die ſalutis. Suſcipe cæleſtem theſaurum, & in exorciſmis ſtudioſè verſeris. Aſſiſtas catecheſibus, & quæ in illis dicuntur memineris. Dicitur enim non ideò, vt audias tantùm, ſed vt per fidem dicta obſignes. Omnem tunc humanam ſollicitudinem deleas ex

Propoſitũ, & voluntatem Deus intuetur.

Rom. 11. 24

Ioan. 15. 5. 6

Matt. 21. 19

Sterilitas operum maledicta.

Pſal. 51. 10.

Gratiam acceptare eſt in noſtra poteſtate.

Cõfeſſionis tempus.

Exorciſmis vtendum.

animo: nam in animæ cura verſaris. Mundana hæc omninò poſtpone: parua enim ſunt, quæ relinquis, maxima verò, quæ dantur à Domino. Relinque præſentia, & crede futura. Tot annorum circulos tranſegiſti, mundo fruſtrà operam nauans; & quadraginta diebus non vacabis pro anima tua? *Vacate & videte, quia ego ſum Deus*, dicit ſcriptura diuina. Otioſa loqui multa recuſa, ac neque ipſe detrahas, nec detrahentem alicui audi: ſed potiùs in precationibus aſſiduus eſto. Monſtra in exercitio cordis tui, quod erat occluſum: munda vas tuum, vt gratiam capiat abundantiorem. Remiſſio enim peccatorum ex æquo datur omnibus: communicatio autem Spiritus ſancti, ſecundùm fidei vniuſcuiuſque proportionem donatur. Si parum laboraueris, parum accipies: ſi verò multum operaberis, multa te merces manet. In tui ipſius commodum curris, reputa ſi quid contra aliquem habes, ac dimitte. Accedis accepturus peccatorum remiſſionem, neceſſe eſt vt & tu delinquenti ignoſcas. Qua fronte enim diceres Domino, remitte mihi multa mea peccata, ſi tu pauca conſeruo tuo non remiſeris? Sacris conuentibus libenter ſtudeas, non modò nunc, cùm te clerici hortantur, verùm & deinceps cùm iam gratiam acceperis. Si priuſquàm facta eſſet inſitio benè erat, nónne rigari & excoli, etiam poſt plantationem multò pulchrius eſt? Certamen ſuſtineas pro tua ipſius anima, his præſertim diebus, ſacris lectionibus animam tuam recrea. Menſam enim ſpiritalem Dominus tibi parauit: Dic & tu cum Pſalmiſta: *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit*: vt & angeli congratulentur; & ipſe Chriſtus magnus ſummuſque ſacerdos, propoſitum veſtrum ſuſcipiens, & vos omnes offerens, dicat Deo: *Ecce ego & pueri mei, quos dediſti mihi Deus*. Qui omnes vos ſibi placentes cuſtodiat. Cui gloria & nunc & in ſecula infinita. Amen.

Quadrageſimæ tẽporũ. *Pſal. 45. 11.* *Otioſa loqui.* *Gloria ſpiritus pro ratione fidei datur.* *Matth. 18.* *Pſal. 22.* *Iſaiæ. 8. 18. epiſt. ad Hebr. 2. 13.*

ἐξάλειψον ἀπὸ σοῦ· περὶ ψυχῆς γὰρ τρέχεις. τὰ τοῦ κόσμου πάντως καταλιμπάνεις. μικρὰ τὰ καταλιμπανόμενα, μεγάλα δὲ τὰ παρὰ τοῦ κυρίου δωρούμενα. κατάλειπε τὰ παρόντα, καὶ πίστευε εἰς τὰ μέλλοντα. τοσούτους κύκλους ἐνιαυτῶν διῆλθες περὶ τὸν κόσμον, μάτην ἀσχολούμενος, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας οὐ σχολάζεις τῇ προσευχῇ, διὰ τὴν σαυτοῦ ψυχήν. σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός, φησιν ἡ γραφή. τὸ λαλεῖν πολλὰ ἀργὰ παραίτησαι, μήτε καταλάλει, μήτε ἡδέως ἄκουε καταλαλοῦντος· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς προσευχὰς ἕτοιμος ἔσο. δεῖξον ἐν ἀσκήσει τῆς καρδίας σου τὸ ἐντεθυρωμένον. καθάρισον σου τὸ ἄγγος, ἵνα πλείονα δέξῃ τὴν χάριν· ἡ μὲν γὰρ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν ἐξ ἴσου δίδοται τοῖς πᾶσιν· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου κοινωνία κατὰ ἀναλογίαν δεδώρηται τῆς ἑκάστου πίστεως. ἐὰν ὀλίγα κάμῃς, ὀλίγα λαμβάνεις· ἐὰν δὲ ἐργάσῃ πολλά, πολὺς ὁ μισθός· σεαυτῷ τρέχεις, τὸ συμφέρον σκόπει. εἴ τι κατά τινος ἔχεις, ἄφες. προσέρχῃ λαβεῖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀνάγκη καὶ σὲ συγχωρῆσαι τῷ ἁμαρτηκότι. ἐπεὶ ποίῳ προσώπῳ τῷ κυρίῳ λέξεις, ἄφες μοι τὰς πολλάς μου ἁμαρτίας, αὐτὸς σὺ μηδὲ τὰς ὀλίγας τῷ συνδούλῳ συγχωρήσας; εἰς τὰς συνάξεις ἔσο σπουδαῖος, μὴ μόνον νῦν, ὅτε καὶ ὑπὸ τῶν κληρικῶν τὴν σπουδὴν ἀπαιτῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν χάριν. εἰ γὰρ πρὶν λάβῃς καλὸν τὸ γινόμενον, ἆρα οὐχὶ καὶ μετὰ τὴν δόσιν καλόν; εἰ πρὶν ἐγκεντρισθῇς, ἀσφαλὲς τὸ ποτίζεσθαι καὶ γεωργεῖσθαι, μετὰ τὴν φυτείαν ἆρ' οὐχὶ κάλλιον πολύ; ἀγώνισαι περὶ τῆς σαυτοῦ ψυχῆς, μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις ἡμέραις. τρέφον σου τὴν ψυχὴν ἀναγνώσεσι θείαις. ἡτοίμασε γάρ σοι τράπεζαν πνευματικὴν ὁ κύριος. εἰπὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν ψαλμῳδόν· κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει, εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με. τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν· ἵνα καὶ ἄγγελοι συνευφρανθῶσι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ μέγας ἀρχιερεὺς τὴν ὑμετέραν προαίρεσιν ἀποδεξάμενος, προσφέρων ὑμᾶς ἅπαντας, εἴπῃ τῷ πατρί, ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός, ὃς πάντας ὑμᾶς εὐαρεστοῦντας αὐτῷ συντηρήσειεν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ ΦΩΤΙΖΟμένων ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, περὶ μετανοίας καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ περὶ ἀντικειμένου, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιήλ. δικαιοσύνη δικαίῳ ἐπ' αὐτὸν ἔσται.

ΔΕΙΝΟΝ ἡ ἁμαρτία καὶ νόσος χαλεπωτάτη ψυχῆς ἡ παρανομία, ὑποτέμνουσα μὲν αὐτῆς τὰ νεῦρα, καὶ πυρὸς δὲ αἰωνίου γινομένη παραίτιος. κακὸν αὐτεξούσιον, βλάστημα προαιρέσεως. καὶ ὅτιγε αὐτοπροαιρέτως ἁμαρτάνομεν λέγει πού σαφῶς ὁ προφήτης. ἐγώ σε ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν, πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; ἡ φυτεία καλή, ὁ καρπὸς κακός. ἐκ προαιρέσεως τὸ κακόν. ὁ φυτουργὸς ἀναίτιος· ἡ δὲ ἄμπελος καταφλεγήσεται πυρὶ, ἐπειδὴ εἰς ἀγαθὸν ἐφυτεύθη, καὶ εἰς κακὸν ἐκαρποφόρησεν ἐκ προαιρέσεως· ἐποίησε γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον εὐθὺν, κατὰ τὸν ἐκκλησιαστὴν, καὶ αὐτοὶ ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς· αὐτοῦ γὰρ ἐσμὲν ποίημα κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, φησὶν ὁ ἀπόστολος. ὁ μὲν οὖν κτίστης ἀγαθὸς ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς ἔκτισεν. τὸ δὲ κτισθὲν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως εἰς πικρίαν ἐτράπη. δεινὸν μὲν οὖν κακὸν ὡς εἴρηται ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' οὐκ ἀθεράπευτον. δεινὸν τῷ κατέχοντι· εὐίατον δὲ τῷ διὰ μετανοίας ἀποτιθεμένῳ. ὑπόθου γάρ μοι κατέχειν ἐν χειρί τινα τὸ πῦρ. ἕως ὅτου κατέχει τὸν ἄνθρακα, καίεται πάντως, εἰ δὲ ἀπόθοιτο τὸν ἄνθρακα, συναπέβαλε καὶ τὸ φλέγον. εἰ δέ τις νομίζει μὴ κατακαίεσθαι ἁμαρτάνων, τούτῳ λέγει ἡ γραφὴ, ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; καίει γὰρ ἡ ἁμαρτία τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἐρεῖ τις, τί ποτε ἄρα ἐστὶν ἡ ἁμαρτία; ζῶόν ἐστιν. ἄγγελός ἐστι· δαίμων ἐστί; τί ἐστι τοῦτο τὸ ἐνεργοῦν; οὐκ ἔστιν ἐχθρὸς ἔξωθεν ἄνθρωπε καταγωνιζόμενος·

CATECHESIS SECVNDA ILLVMI-natorum Hieroſolymis extemporanea; De pœnitentia, & remiſſione peccatorum. Et lectio ex Ezechiele: Iuſtitia iuſti ſuper ipſum erit, & reliqua.

GRAVIS eſt res peccatum, & morbus animæ acerbiſſimus iniquitas, quæ & neruos illius omnes præcîdit, & æterno igni obnoxiam facit. Malum liberi arbitrij, germenque voluntarium. Nam quòd voluntariè peccemus, dicit quodam in loco apertè propheta: *Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram: quomodò conuerſa es in amaritudinem, vti vinea aliena?* Plantatio quidem bona, ſed fructus ex voluntate malus: atque ideò plantator quidem in culpa non eſt, vinea autem comburetur: quoniam in bonum plantata eſt, & in malum fructificauit. *Fecerat enim Deus hominem rectum*, vt inquit Eccleſiaſtes, *ſed ipſe quæſiuit quæſtiones multas.* Et Apoſtolus dicit: *Ipſius enim factura ſumus, creati in bonis operibus, quæ præparauit Deus, vt ambulemus in illis.* Creator itaque cùm ſit bonus, bonos creauit: creatura verò, voluntate propria, in amaritudinem conuerſa eſt. Graue igitur malum, vt dictum eſt, peccatum, ſed non incurabile: graue retinenti, leue autem per pœnitentiam abiicienti. Poſito enim quòd manu aliquis teneat ignem, quandiu quidem retinet carbonem, procul dubio vritur: ſi verò carbonem abiiciat, ablatus eſt feruor. Quòd ſi quis cùm peccat, vri ſe non ſentit, de hoc ait ſcriptura: *Inuoluat quis ignem in ſinu, & veſtes eius non vrantur?* Vrit enim peccatum neruos animæ, & conterit oſſa mentis ſpiritalia, ac lumen cordis obtenebrat. Sed dixerit aliquis: quid tandem eſt peccatum? animal eſt, vel angelus? num dæmon eſt? Quid eſt hoc quod tantam vim habeat? Non eſt hic inimicus ô homo, qui tecum exteriùs pugnet:

Liberi arbitrij germen, peccatum.

Ierem.2.21

Eccleſ.7.30

Epheſ.2.10

Prou.6.27.

Peccatum quid, & vnde.

ſed eſt mala ſoboles, à te ipſo voluntariè propagata. Rectis vide oculis, & non erit concupiſcentia. Non rapias aliena, & ceſſabit rapina. Memineris iudicij, & non erit ſcortatio, nec adulterium, neque homicidium, neque vlla iniquitas apud te inualeſcet. Nam cùm Dei obliuiſceris, tunc demùm cogitas peruerſa, & iniqua perficis. Neque verò tu ſolus es dux iſtius rei; verùm eſt etiam alius quidam: ille & incitat, ſed non vi ſuperat reluctantem. Quare dicit Eccleſiaſtes:
Eccleſ.10.4 *Si ſpiritus dominantis aſcenderit in te, locum tamen non deſeras:* ſi oſtium occluſeris, minimè tibi nocebit. Si verò neglectè ſuſceperis concupiſcentiæ incitationem, per ratiocinationes, radices in te figet, & mentem tuam ligabit, & te detrahet in foueam malorum. Sed fortè dices: Fidelis ſum, non me apprehendet concupiſcentia, etiam ſi aliquid concupiuero obſcurius. An ignoras quòd etiam in petra quandoque radix agitur, & ſæpè manet? Ne ſuſcipias ſemen, quoniam perdet tuam fidem: priuſquàm floreat, radicitùs erue malum: ne ſi ab initio neglexeris, poſteà nequicquam incidas, & ignem magis excites. Lippitudinem inceptantem tempeſtiuè cura, ne cùm excæcatus fueris, tum demùm fruſtrà medicum quæras. Princeps eſt peccati diabolus, & pater malorum. hoc autem Dominus dixit, non ego: *quod ab initio diabolus peccat*: nam ante illum peccauit nemo. Peccauit autem, non ex neceſſitudine naturæ vitium ſuſcipiens, quò ſic peccati occaſio rurſum in opificem retorqueatur: ſed bonus creatus, propria voluntate factus eſt Diabolus: ab actione capiens cognomen. Archangelus enim cùm eſſet bonus, Diabolus poſteà, ſeu calumniator, à calumniando dictus eſt: bonus cùm eſſet Dei miniſter, ſatanæ deinceps nomen tulit. Satanas autem aduerſarium ſignificat. Non mea ſunt hæc dogmata, ſed Ezechielis ſpiritiferi prophetæ. Ille enim deplorans iſtum, dicit. *Tu ſignaculum ſimilitudinis dei, & corona pulcherrima in paradiſo*

Princeps peccati diabolus. *1.Ioan.3.8.*

Diabolus ex Archangelo.

Eze.28.12. ibid.

ἀλλά

ἀλλὰ βλάστημα κακὸν αὔξαίνει ἀπὸ σοῦ. ὀρθοῖς βλέπε τοῖς ὄμμασί σου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπιθυμία. κάτεχε τὰ σά, καὶ μὴ αἶρε τὰ ἀλλότρια, καὶ ἁρπαγὴ κεκοίμηται. μνημόνευε τῆς κρίσεως, καὶ οὔτε πορνεία, οὔτε μοιχεία, οὔτε φόνος ἰσχύσει παρὰ σοί· ὅταν δὲ ἐπιλάθῃ τοῦ θεοῦ, τότε λοιπὸν ἄρχῃ λογίζεσθαι πονηρά, καὶ συντελεῖν παράνομα. οὐ μόνος δὲ σὺ καθέστηκας τοῦ πράγματος ἀρχηγός, ἀλλὰ καὶ ἄλλος τις ἐστὶ κάκιστος ὑποβολεὺς ὁ διάβολος. ὑποβάλλει πᾶσιν ἐκεῖνος, ἀλλ' οὐκ ἐπικρατεῖ τῶν μὴ πειθομένων. διὰ τοῦτο λέγει ὁ ἐκκλησιαστής· ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σέ, τόπον σου μὴ ἀφῇς. ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, καὶ μάκρυνον ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ βλάψει σε. ἐὰν δὲ ἀδιαφόρως δέξῃ τὴν ἐνθύμησιν ἐπιθυμίας διὰ τῶν λογισμῶν, ῥίζας ἐν σοὶ καταβάλλεται, καὶ καταδεσμεῖ σου τὴν διάνοιαν καὶ κατασπᾷ σε εἰς βόθρον κακῶν. ἀλλ' ἴσως λέγεις, πιστός εἰμι, καὶ οὐ περιγίνεταί μου ἐπιθυμία, κἂν ἐνθυμηθῶ πυκνότερον. ἀγνοεῖς ὅτι καὶ πέτραν ἔρρηξε ῥίζα παραμένουσα πολλάκις. μὴ δέξῃ τὸν σπόρον, ἐπεὶ διαρρήξει σου τὴν πίστιν, πρὶν ἢ ἀνθῆσαι. πρὸ ῥιζῶν ἔξελε τὸ κακόν, μὴ ῥαθυμήσας ἐξ ἀρχῆς, πέλυκας ὕστερον, καὶ πῦρ πολυπραγμονήσῃς. ἀρχόμενος ὀφθαλμιᾶν, θεραπεύου κατὰ καιρόν, ἵνα μὴ τυφλωθεὶς, τότε ζητήσῃς τὸν ἰατρόν. ἀρχηγὸς μὲν οὖν ἁμαρτίας ὁ διάβολος, καὶ γεννήτωρ τῶν κακῶν. τοῦτο δὲ ὁ κύριος εἴρηκεν, οὐκ ἐγώ, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. πρὸ αὐτοῦ ἥμαρτεν οὐδείς· ἥμαρτε δέ, οὐκ ἐκ φύσεως ἐπάναγκες τὸ ἁμαρτητικὸν λαβών, ἐπεὶ πάλιν ἀνατρέχει ἡ τῆς ἁμαρτίας πρόφασις εἰς τὸν οὕτω κατασκευάσαντα. ἀλλ' ἀγαθὸς κατασκευασθεὶς διάβολος γέγονεν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως, ἐκ τῆς πράξεως λαβὼν τὴν προσηγορίαν· ἀρχάγγελος γὰρ ὤν, διάβολος ὕστερον ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν, καὶ ἀγαθὸς ὢν ὑπηρέτης θεοῦ, γέγονε σατανᾶς φερωνύμως· ὁ γὰρ σατανᾶς τὸν διάβολον ἑρμηνεύει. ἔστι δὲ οὐκ ἐμὰ ταῦτα τὰ διδάγματα, ἀλλ' Ἰεζεκιὴλ τοῦ πνευματοφόρου προφήτου. ἐκεῖνος γὰρ λαβὼν θρῆνον ἐπ' αὐτόν, λέγει, σὺ ἀποσφράγισμα ὁμοιότητος, καὶ στέφανος κάλλους, ἐν τῷ παρα-

δείσῳ τοῦ θεοῦ ἐγεννήθης. καὶ μετ' ὀλίγα, ἐγεννήθης ἄμωμος ἐν ταῖς ἡμέραις σου ἀφ' ἧς ἡμέρας σὺ ἐκτίσθης ἕως οὗ εὑρέθη τὰ ἀδικήματα ἐν σοί. πάνυ καλῶς τὸ, εὑρέθη· οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπεισηνέχθη· ἀλλ' αὐτὸς ἐγέννησας τὸ κακὸν, καὶ τὴν αἰτίαν ἑξῆς εἴρηκεν· ὑψώθη ἡ καρδία σου ἐπὶ τῷ κάλλει σου διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν σου. καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου ἐτραυματίσθης, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν ἔρριψά σε. ὁ κύριος τοῦτο συμφώνως πάλιν ἐν εὐαγγελίοις λέγει· ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. βλέπεις παλαιᾶς συμφωνίαν πρὸς καινήν. οὗτος ἐκπεσὼν συναπέστησε πολλούς· οὗτος εἰσβάλλει τὰς ἐπιθυμίας τοῖς πειθομένοις. ἐκ τούτου μοιχεία, πορνεία, καὶ πᾶν εἴ τι κακόν. διὰ τοῦτον ὁ προπάτωρ ἡμῶν Ἀδὰμ ἐξεβλήθη, καὶ ἀντὶ παραδείσου αὐτομάτως θαυμασίους φέροντος καρποὺς τὴν ἀκανθοφόρον ἀντικατηλλάξατο γῆν. τί οὖν, ἐρεῖ τις; ἀπολώλαμεν ἀπατηθέντες· ἆρ' οὐκ ἔστι λοιπὸν σωτηρία; πεπτώκαμεν, ἆρ' οὐκ ἔστιν ἀναστῆναι; ἐτυφλώθημεν, ἆρ' οὐκ ἔστιν ἀναβλέψαι; χωλοὶ γεγόναμεν, ἆρ' οὐκ ἔστιν ὀρθοποδῆσαι; ἵνα δὲ συντόμως εἴπωμεν, ἀπεθάνομεν, ἆρ' οὐκ ἔστιν ἀναστῆναι; ἆρα ὁ τὸν Λάζαρον τὸν τετραήμερον ἐγείρας, ἄνθρωπε, τὸν ὀδωδότα, ἆρα τὸν ζῶντά σε μᾶλλον οὐκ εὐκοπώτερον ἀναστήσει; ὁ τὸ τίμιον αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέας, αὐτὸς ἡμᾶς ῥύσεται τῆς ἁμαρτίας. μὴ ἀπογνῶμεν ἑαυτοὺς ἀδελφοί. μὴ ἀπορίψωμεν ἑαυτοὺς εἰς ἀνέλπιστον κατάστασιν. δεινὸν γάρ ἐστι τὸ μὴ πιστεύειν εἰς μετανοίας ἐλπίδα· ὁ μὴ προσδοκῶν γὰρ τὴν σωτηρίαν, ἀφειδῶς προστίθησι τὰ κακά. ὁ δὲ τὴν ἰατρείαν ἐλπίσας, εὐμαρῶς τὸ λοιπὸν ἑαυτοῦ φείδεται. καὶ γὰρ ὁ λῃστὴς ὁ μὴ δωρεὰν προσδοκῶν, εἰς ἀπόνοιαν αὔξει. ἐλπίσας δὲ τὴν ἄφεσιν, εἰς μετάνοιαν χωρεῖ πολλάκις. εἶτα ὄφις μὲν ἀποτίθεται τὸ γῆρας, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀποθησόμεθα τὴν ἁμαρτίαν; καὶ ἀκανθώδης γῆ γεωργηθεῖσα καλῶς, εἰς καρποφορίαν μετεβλήθη· ἡμῖν δὲ ἀδιόρθωτος ἡ σωτηρία. ἡ μὲν οὖν φύσις ἐπιδέχεται τὴν σωτηρίαν, ζητεῖται δὲ λοιπὸν ἡ προαίρεσις. φιλάνθρωπος ὁ θεὸς, καὶ

Dei factus. Et paucis interiectis: *Factus es immaculatus tu in diebus tuis, quibus tu creatus es, vſquequo inuentæ ſunt iniquitates in te*: valde appoſite dixit; *inuentæ ſunt*. Neque enim exterius congeſtum eſt, ſed ipſe genuiſti malum; & cauſam mali deinde dixit: *Eleuatum eſt cor tuum ſuper pulchritudinem tuam, Propter multitudinem peccatorum tuorum: & propter iniquitates tuas vulneratus es: in terram proieci te.* Et Chriſtus in Euangeliis ſimiliter: *Vidi*, inquit, *Satanam tanquàm fulgur cadentem de cælo.* Cernis veteris Teſtamenti cum nouo conſonantiam. Iſte cadens traxit ad ruinam multos, iſte obſequentibus ſibi, ſuggerit concupiſcentias: ex hoc ſcortatio & adulterium, ac omne denique genus mali. Per hunc pater noſter Adam pulſus eſt, & pro paradiſo, admirando quodam modo ſponte ſua fructus ferente, terram ſpiniferam accepit. Quid igitur (dixerit aliquis) decepti periimus: nunquid non eſt deinceps ſalus? cecidimus, an non licet reſurgere? excæcati ſumus, ergo non licet proſpicere? claudi ſumus effecti, licebit ne incedere? In ſumma, mortui ſumus, num fieri poteſt vt reſurgamus? Qui Lazarum quatriduanum excitauit, ô homo, nónne te viuentem multò faciliùs ſuſcitauerit? Qui pretioſum ſanguinem ſuum effudit pro nobis, ipſe nos à peccato liberabit. Non deſperemus in ipſo fratres: non abiiciamus nos ipſos in ſtatum deſperationis. Graue enim ſcelus, non credere ſpem pœnitentiæ. Qui non expectat ſalutem, temerè accumulat peccata: at qui ſperat medicinam facilè deinceps ſibi temperat. Latro enim, qui non ſperat condonationem, deuenit in contumaciam, qui verò ſperat remiſſionem, perſæpè pœnitentiam ſuſcipit. Si poteſt ſerpens deponere ſenectutem, cur nos peccatum non deponamus? Ac terra quoque ſpinoſa, cùm fuerit bene exculta, in frugiferam tranſmutatur: noſtra autem non reſtaurabitur ſalus? Natura itaque eſt capax ſalutis, ſed requiritur deinceps voluntas. Benignus eſt Deus, &

ibid.

Luc. 10. 18.

Voluntas in ſalutis reparatione requiritur.

ἡγίασε τὸ βάπτισμα ὁ Ἰησοῦς βαπτισθεὶς αὐτός. εἰ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐβαπτίσθη, τίς ἐστι βαπτίσματος καταφρονῶν εὐσεβής. ἐβαπτίσθη δὲ, οὐχ ἵνα ἁμαρτιῶν λάβῃ συγχώρησιν, ἀναμάρτητος γὰρ ἦν· ἀλλὰ ἀναμάρτητος ὢν ἐβαπτίσθη, ἵνα χάριν θείαν καὶ ἀξίαν παράσχῃ τοῖς βαπτιζομένοις· ὥσπερ γὰρ τὰ παιδία, ἐπειδὴ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ κοινωνοὶ γενόμενοι, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ χάριτος κοινωνοὶ γενώμεθα. οὕτως ἐβαπτίσθη Ἰησοῦς, ἵνα καὶ διὰ τούτου πάλιν ἡμεῖς τῇ κοινωνίᾳ λάβωμεν μετὰ τῆς σωτηρίας τὴν ἀξίαν. ὁ δράκων ἦν ἐν τοῖς ὕδασι, κατὰ τὸν Ἰὼβ, ὁ δεχόμενος τὸν Ἰορδάνην ἐν τῷ στόματι. ἐπεὶ οὖν ἔδει συντρῖψαι τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, καταβὰς ἐν τοῖς ὕδασι, ἔδησε τὸν ἰσχυρὸν, ἵνα ἐξουσίαν λάβωμεν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων. οὐ μικρὸν ἦν τὸ θηρίον, ἀλλὰ τὸ φοβερόν. πᾶσα ναῦς ἁλιευτικὴ βύρσαν μίαν οὐρᾶς αὐτοῦ ἐνεγκεῖν οὐκ ἠδύνατο. ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔτρεχεν ἡ ἀπώλεια, λυμαινομένη τοὺς ἀπαντῶντας. προσέδραμεν ἡ ζωὴ, ἵνα λοιπὸν ὁ θάνατος φοβηθῇ· ἵνα οἱ σωθέντες ἅπαντες εἴπωμεν, ποῦ σου θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; διὰ τοῦ βαπτίσματος λύεται τοῦ θανάτου τὸ κέντρον. κατέρχῃ μὲν γὰρ εἰς τὸ ὕδωρ, φορῶν τὰς ἁμαρτίας· ἀλλ' ἡ τῆς χάριτος ἐπίκλησις σφραγίσασα τὴν ψυχὴν οὐ συγχωρεῖ λοιπὸν ὑπὸ τοῦ φοβεροῦ καταποθῆναι δράκοντος. νεκρὸς ἐν ἁμαρτίαις καταβὰς, ἀναβαίνεις ζωοποιηθεὶς, ἐν δικαιοσύνῃ. εἰ γὰρ σύμφυτος ἐγένου τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου τοῦ σωτῆρος, καὶ τῆς ἀναστάσεως καταξιωθήσῃ. ὥσπερ γὰρ Ἰησοῦς τὰς οἰκουμενικὰς ἁμαρτίας ἀναλαβὼν, ἀπέθανεν, ἵνα θανατώσας τὴν ἁμαρτίαν ἀναστήσῃ σε ἐν δικαιοσύνῃ· οὕτω καὶ σὺ καταβὰς εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ τρόπον τινὰ συνταφεὶς ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν τῇ πέτρᾳ, ἐγείρῃ πάλιν ἐν καινότητι ζωῆς περιπατῶν. εἶθ' ὅταν τῆς χάριτος καταξιωθῇς, τότε σοι πρὸς τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις παλαίειν δίδωσι τὴν ἐξουσίαν. ὥσπερ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπειράζετο, οὐχ ὅτι

Sanctificauit baptiſmum Ieſus, cùm ipſe baptizatus eſt. Si filius Dei baptizatus eſt, quis pius poteſt baptiſmum contemnere? Baptizatus autem eſt, non vt peccatorum acciperet remiſſionem: non poterat enim peccare; ſed etiamſi peccato non eſſet obnoxius, baptizatus eſt, vt diuinam gratiam & dignitatem exhiberet baptizandis. Quemadmodum enim pueri participes facti ſunt corporis & ſanguinis, ſic & ipſe particeps illorum factus, vt præſentiæ illius in corpore facti participes, diuinè quoque illius gratiæ communicent. Sic baptizatus eſt Ieſus, vt per eius participationem, nos deinceps vnà cum ſalute, honorem conſequamur. Draco erat in aquis, vt ait Iob, qui ore capiebat Iordanem. Cùm igitur conterenda eſſent capita draconis, deſcendens in aquas ligauit fortem, vt facultatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones accipiamus. Minimè parua fuit bellua, ſed horrenda: Nauis piſcatoria quæcunque corium vnum caudæ illius ferre non potuit. Currebat ante illum perditio, contagione inficiens occurrentes. Succurrit deinde vita, vt mors quoque timeret, vt ſaluati omnes dicamus: *Vbi eſt mors ſtimulus tuus, vbi eſt inferne victoria tua?* Per baptiſmum enim ſoluitur mortis ſtimulus. Deſcendis quidem in aquam ferens peccata, ſed gratiæ inuocatio ſignans animam non permittit deinceps ab horrendo illo ſubmergi dracone. Mortuus in peccatis deſcendiſti, & aſcendis viuificatus in iuſtitia. Si enim inſitus factus es ſimilitudini mortis Saluatoris, etiam reſurrectione dignus efficieris. Quemadmodum enim Ieſus mundi totius peccata recipiens, mortuus eſt, vt mortificato peccato reſtituat te iuſtitiæ: ſic & tu deſcendens in aquam, & quodam modò conſepultus illi, ſicut ille in petra, exciteris, rurſus in nouitate vitæ ambulans: deinde cùm tibi gratia confertur, tunc tibi aduerſus contrarias virtutes pugnandi dat poteſtatem. Quemadmodum enim ille poſt baptiſmum & quadraginta dies tentatus eſt: non quòd

Chriſtus cur baptizatus.

1. Cor. 15. 55

Baptiſmũ ſequitur pugna.

Ordo in omnibus ſeruandus.

Ioan. 33. Corporaliter deſcendit S. Spiritus in ſpecie columbæ.

Præparatio ante adoptionem.

& anteà non poſſet vincere, ſed quòd ordine omnia & ſucceſſiuè facere volebat. Sic & tu ante baptiſmùm aduerſariis reluctari non audebas. Accepta verò gratia, deinceps confidens armis iuſtitiæ, decertato, & ſi vis etiam, euangeliza. Ieſus Chriſtus Dei filius erat: attamen ante baptiſmum non euangelizabat. Si Dominus ipſe ſecundùm ordinem tempus quærebat, nunquid non ſerui audere aliquid præter ordinem debemus? Ab eo tempore cœpit Ieſus prædicare, cùm deſcendit in illum Spiritus ſanctus corporaliter in ſpecie columbæ. Non vt tunc primùm Ieſus videret: videbat enim etiam antequàm corporaliter in eum veniret; ſed vt Ioannes baptizans illum cerneret. *Ego enim*, inquit, *non noui illum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendere, & manere in illo, ille eſt.* Si & tu non ſimulatam habueris religionem, deſcendet in te Spiritus ſanctus. Vox tibi paterna deſuper intonat. Non hic eſt filius meus: ſed quod nunc factus eſt filius meus: in illo enim eſt ipſum eſſe. *Quoniam in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* In illo eſt eſſe: quandoquidem eſt filius Dei. In te verò nunc factum eſt, quoniam non ſecundùm naturam, ſed iuxta alienam authoritatem habes adoptionem. Ille ſempiternus eſt: tu verò ex profectu accipis gratiam. Præpara itaque vas animæ tuæ, vt ſis filius Dei, & hæres quidem Dei, cohæres autem Chriſti. Præparaueris autem teipſum ita, vt id conſequare, ſi ex fide acceſſeris, ſi deponere veterem hominem volueris. Omnia ſanè quæcunque perpetraueris, condonabuntur, ſiue fornicatio, ſiue adulterium, ſiue quodcunque aliud eiuſcemodi genus peccati fuerit, quod nihilominus crucifigentibus Chriſtum non æquatur. Quod maius eſſe poteſt ſcelus, quàm crucifigere Chriſtum? & huius tamen ablutio eſt baptiſmus. Nam illis qui accedebant ad Dominum, & ſciſcitabantur dicentes: Quid faciemus viri fratres. Magnum

καὶ περὶ τούτου ἠχεῖν οὐκ ἠδύνατο· ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τάξει καὶ ἀκολουθίᾳ περαίνειν ἐβούλετο, οὕτω καὶ σὺ περὶ τοῦ βαπτίσματος τοῖς ἀντικειμένοις παλαίειν μὴ τολμήσῃς· λαβὼν δὲ τὴν χάριν, καὶ λοιπὸν θαρρῶν τοῖς τῆς δικαιοσύνης ὅπλοις ἀγωνίζου τότε, καὶ εἰ θέλεις εὐαγγελίζου. Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς ἦν, ἀλλ' οὐ πρὸ τοῦ βαπτίσματος εὐηγγελίσατο. εἰ ὁ δεσπότης αὐτὸς μετήρχετο κατὰ τάξιν τὸν κα ἆραγε οἱ δοῦλοι τολμᾶν ἀτάκτως ὀφείλομεν; ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν. τότε κατῆλθεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῶς, εἴδει ὡσεὶ περιστερᾶ. οὐχ ἵνα Ἰησοῦς τοῦτο ἴδῃ πρῶτος· ᾔδει γὰρ καὶ πρὸ τοῦ σωματικῶς ἐλθεῖν. ἀλλ' ἵνα θεωρήσῃ ὁ βαπτίζων Ἰωάννης. ἐγὼ γάρ φησιν, οὐκ ᾔδειν αὐτόν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, ἐκεῖνός ἐστιν· ἐὰν καὶ αὐτὸς ἔχῃς ἀνυπόκριτον εὐλάβειαν, κατέρχεται καὶ ἐπὶ σὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. φωνή σοι πατρικὴ ἄνωθεν ἐπηχεῖ. οὐχ οὗτος ἐστὶν ὁ υἱός μου, ἀλλ' οὗτος νῦν γέγονεν υἱός μου. ἐν ἐκείνῳ μὲν γάρ, τὸ ἐστίν, ἐπειδὴ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. καὶ ὁ λόγος πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἐπ' ἐκείνου τὸ ἐστίν, ἐπειδὴ πάντοτε ἐστὶν υἱὸς θεοῦ. ἐπὶ δὲ σοῦ τὸ νῦν γέγονεν. ἐπειδὴ οὐ κατὰ φύσιν ἔχεις, ἀλλὰ κατὰ θέσιν, τὴν υἱοθεσίαν λαμβάνεις. ἐκεῖνος ἀΐδιός ἐστι· σὺ δὲ ἐκ προκοπῆς λαμβάνεις τὴν χάριν. οὐκοῦν ἑτοίμασον τῆς ψυχῆς τὸ ἄγγος, ἵνα υἱὸς γένῃ θεοῦ, κληρονόμος μὲν θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ εἴπερ ἑτοιμάζεις ἑαυτόν, ἵνα καὶ λάβῃς, εἰ ἐκ πίστεως προσέρχῃ ἵνα πιστοποιηθῇς. εἰ ἀποτίθεσαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἐκ προαιρέσεως· πάντα γὰρ ὅσα σοι πέπρακται συγχωρηθήσεται, κἂν πορνεία, κἂν μοιχεία, κἂν ἄλλό τι τούτων ἀκολασίας εἶδός ἐστι. τί μεῖζον τοῦ σταυρῶσαι Χριστόν. καὶ τούτου καθάρσιόν ἐστι τὸ βάπτισμα. τοῖς γὰρ προσελθοῦσι τῷ Κυρίῳ πυνθανομένοις, καὶ λέγουσι, τί ποιήσωμεν ἄνδρες ἀδελφοί· μέγα

γὰρ τὸ τραῦμα. ἐπέστησας ἡμᾶς, ὦ Πέτρε, τῷ ὑμετέρῳ πτώματι εἰπὼν, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. ποία ἐστὶν ἔμπλαστρος τηλικούτου ῥύπου; τίς ἡ σωτηρία τῆς τοιαύτης ἀπωλείας. μετανοήσατε φησὶ καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίου ἡμῶν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὢ ἀνεκδιήγητος τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία, τὸ σωθῆναι οὐκ ἐλπίζουσι. βλέπεις τοῦ βαπτίσματος τὴν δύναμιν. εἴ τις ὑμῶν κατ' ἄγνοιαν ἐνώπιον ἀνθρώπων ἠρνήσατο. εἴ τις ὑμῶν, λόγοις βλασφήμοις σταύρωσε τὸν Χριστόν. εἴ τις διὰ πονηρῶν ἔργων βλασφημηθῆναι τὸ δόγμα παρεσκεύασεν, εὔελπις ἔστω μετανοῶν. πάρεστι γὰρ καὶ νῦν ἡ αὐτὴ χάρις. θάρσει Ἱερουσαλήμ, περιεῖλε κύριος πάντα τὰ ἀδικήματά σου. ἔπλυνε κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ. ἐν πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως ῥαντιεῖ ἐφ' ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ καθαρισθήσεσθε ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας ὑμῶν. χορεύουσι περὶ ὑμῶν ἄγγελοι, καὶ ἐροῦσι. τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη; ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς; ἡ γὰρ πρότερον δούλη ψυχὴ, νῦν ἀδελφιδοῦν αὐτὸν τὸν δεσπότην ἐπεγράψατο, ὃς τὴν ἀνυπόκριτον δεχόμενος προαίρεσιν ἐπιφωνήσει. ἰδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλή· ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, διὰ τὴν εὐσυνείδητον ὁμολογίαν, καὶ ἑξῆς. αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι διὰ τὴν διπλῆν χάριν, λέγω δὲ τὴν ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος τελουμένην, ἢ διὰ τὴν ἐκ παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης καταγγελλομένην. καὶ γένοιτο πάντας ὑμᾶς τὸν δρόμον τῆς νηστείας τελέσαντας μνημονεύοντας τῶν λεγομένων, καρποφορήσαντας ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς. ἀμώμους τῷ νοητῷ νυμφίῳ παραστάντας τυχεῖν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ᾧ ἡ δόξα σὺν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

enim hoc vulnus. Perculſiſti nos Petre noſtra ruina, dicens: Ducem vitæ occidiſtis. Quod emplaſtrum dabitur tanto vlceri? Quæ ſalus in hac perditione? *Pœnitentiam*, inquit, *agite*, *& baptizetur vnuſquiſque veſtrûm, in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, in remiſsionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti*: O ineffabilem Dei benignitatem! Qui de ſalute deſperabant, donum Spiritus ſancti accipiunt. vides baptiſmi virtutem. Si quis veſtrûm verbis blaſphemis Chriſtum crucifixit, ſi quis ex vobis per ignorantiam coram hominibus negauit; ſi quis per malefacta ſua, vt dogma Chriſti malè audiret, vel blaſphemaretur, effecit, agendo pœnitentiam benè ſpera; adeſt enim & nunc eadem gratia. Confide Ieruſalem: abſtulit enim Dominus iniquitates tuas: abluit Dominus ſordes filiorum eius, & filiarum eius. In ſpiritu iudicij, & in ſpiritu combuſtionis, ſparget ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omni peccato veſtro. Saltabunt circa vos angeli, & dicent: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, & confirmata ſuper patruele ſuo?* Quæ enim antea fuerat ſerua anima, nunc patruelem ipſum Dominum aſcripſit. Qui non ſimulato propoſito acclamat: *Ecce pulchra es, ecce es pulchra propinqua mea. Dentes tui ſicut greges tonſarum.* Idque fit propter bona conſcientia factam confeſſionem, & reliqua. Vtræque permanentes, propter duplicem gratiam: dico autem eam, quæ ex aqua & ſpiritu perficitur, vel per illam quæ ex veteri & nouo Teſtamento ſibi mutuò reſpondet. Faxit Deus, vt vos omnes curſum ieiunij perficiatis, recordantes ea, quæ vobis dicta ſunt, fructificantes in operibus bonis, & incontaminatè ſpiritali ſponſo aſſiſtentes, remiſſionem peccatorum conſequamini à Deo. Cui gloria cum Filio & Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen.

Act. 2. 38.

Can. 8.

Can. 1. 15. & cap. 4. 2.

CATECHESIS QVARTA ILLVMINATORVM Hieroſolymis extemporanea, de decem dogmatibus. Et lectio, ex Epiſt. ad Coloſſenſes : videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & vanam fallaciam, ſecundum traditionem hominum, &c.

IMITATVR virtutem vitium, & zizanium pro frumento conatur haberi; frumenti ſpeciem illud quidem præ ſe ferens, ſed diſcernendi peritorum guſtu ſe prodens. Diabolus etiam transformatur in angelum lucis, non vt eo reuertatur vbi fuit, ſed vt homines fallat. nam incudis inſtar, indomabili corde præditus, pœnitere neſciam in poſterum habet animi voluntatem : vt etiam eis vndique qui parem angelis vitam degant, cæcitatis caliginem & incredulitatis peſtilentem contagionem importet. Multi obambulant lupi, veſtimentis ouium tecti : qui ouium indumenta gerunt, non tamen vngues & dentes earum habent : ſed cum manſuetam induti ſint pellem, & figuræ prætextu ſimpliciores ac innocentes fallant, exitiale virus impietatis ex dentibus eiaculantur. Opus nobis eſt igitur diuina gratia, ſobria mente, perſpicacibúſque oculis, ne pro frumento zizanium deuoremus, & per imprudentiam lædamur: néue rati ouem eſſe qui lupus ſit, capiamur : néue bonum angelum qui diabolus eſt obſcœnus, ſuſpicati, abſorbeamur. *Circuit enim quaſi leo rugiens quærens quem deuoret*, vt ait ſcriptura. Idcirco monet eccleſia, idcirco ſcripturarum recitationes fiunt. Cultus enim diuini modus ex his duobus conſtat, piorum dogmatum certitudine, & operibus bonis exequendis : neque dogmata ſine bonis operibus, Deo grata ſunt & accepta : neque ſine religioſis dogma-

1. Pet. 5. 8.

Cultus diuinus in duobus conſiſtit.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Δ'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, περὶ τῶν δέκα δογμάτων· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΜΙΜΕΙΤΑΙ τὴν ἀρετὴν ἡ κακία, καὶ τὸ ζιζάνιον βιάζεται σῖτος νομισθῆναι, σχήματι μὲν πρὸς τὸν σῖτον ἐξομοιούμενον, ἐκ δὲ τῆς γεύσεως ὑπὸ τῶν διακριτικῶν ἐξελεγχόμενον· καὶ ὁ διάβολος μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτὸς, οὐχ ἵνα ἐπανέλθῃ ὅπου καὶ ἦν, ἀλλ' ἵνα ἀπατήσῃ τοὺς ἀνθρώπους. ὥσπερ γὰρ ἄκμων, ἀνήλατον τὴν καρδίαν κτησάμενος, ἀμετανόητον λοιπὸν ἔχει τὴν προαίρεσιν· ἵνα τοὺς ἰσάγγελον βίον πολιτευομένους, ἀβλεψίας σκότει, καὶ ἀπιστίας λοιμώδει περιβάλλῃ καταστάσει. πολλοὶ λύκοι περιάγουσιν ἐν ἐνδύμασι προβάτων, προβάτων μὲν ἐνδύματα κεκτημένοι, οὐ μὴν καὶ ὄνυχας, καὶ ὀδόντας· ἀλλὰ τὴν ἥμερον περικείμενοι δοράν, καὶ τῷ σχήματι τοὺς ἀκάκους ἀπατῶντες, τὸν φθοροποιὸν τῆς ἀσεβείας ἐκ τῶν ὀδόντων προχέουσιν ἰόν. χρεία τοίνυν θείας ἡμῖν χάριτος, καὶ νηφαλέου διανοίας, καὶ βλεπόντων ὀφθαλμῶν, ἵνα μὴ ζιζάνιον σῖτον φαγόντες, ἐξ ἀγνοίας βλαβῶμεν· μήτε τὸν λύκον πρόβατον ὑπολαβόντες, θηρευθῶμεν· μήτε ἄγγελον ἀγαθὸν, τὸν αἰσχροποιὸν διάβολον ὑποπτεύσαντες, καταποθῶμεν· περιέρχεται γὰρ ὡς λέων ὠρυόμενος, ζητῶν τίνα καταπίῃ, κατὰ τὴν γραφήν. διὰ τοῦτο ἐκκλησία νουθετεῖ· [διὰ τοῦτο τὰ παρόντα διδασκαλεῖα.] διὰ τοῦτο τὰ ἀναγνώσματα γίνονται· ὁ γὰρ τῆς θεοσεβείας τρόπος, ἐκ δύο τούτων συνέστηκε, δογμάτων εὐσεβῶν ἀκριβείας, καὶ πράξεων ἀγαθῶν. καὶ οὔτε τὰ δόγματα χωρὶς ἔργων ἀγαθῶν, εὐπρόσδεκτα θεῷ. οὔτε τὰ

μὴ μετ' εὐσεβῶν δογμάτων ἔργα τελούμενα, προσδέχεται ὁ Θεός. τί γὰρ ὄφελος, εἰδέναι μὲν τὰ περὶ Θεοῦ δόγματα καλῶς, καὶ πορνεύειν αἰσχρῶς; τί δ' αὖ πάλιν ὄφελος, σωφρονεῖν μὲν καλῶς, καὶ βλασφημεῖν ἀσεβῶς; μέγιστον τοίνυν κτῆμά ἐστι, τὸ τῶν δογμάτων μάθημα, καὶ χρεία νηφαλέου ψυχῆς· ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν οἱ συλαγωγοῦντες διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες, διὰ τῆς εὐγλωττίας κατασύρουσι· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης· οἱ δὲ ἐκ περιτομῆς, διὰ τῶν θείων γραφῶν, ἃς παρεξηγοῦνται κακῶς, τοὺς προσερχομένους ἀπατῶσιν, ἐκ παιδίου μελετῶντες ἕως γήρως, καὶ ἐν ἀμαθίᾳ καταγηράσαντες. αἱρετικῶν δὲ παῖδες, διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐγλωττίας ἀπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, ὥσπερ μέλιτι, τῇ τοῦ Χριστοῦ προσηγορίᾳ τὰ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων ἰοβόλα συγκαλύπτοντες, περὶ ὧν ἁπάντων ἅμα λέγει Κύριος, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· διὰ τοῦτο καὶ ἡ τῆς πίστεως διδασκαλία, καὶ αἱ εἰς αὐτὴν ἐξηγήσεις γίνονται. περὶ δὲ τῆς εἰς τὴν πίστιν παραδόσεως, καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ, νῦν ἀνακεφαλαιώσει συντόμῳ χρήσασθαι τῶν ἀναγκαίων δογμάτων, ἵνα μὴ τὸ πλῆθος τῶν λεχθησομένων, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν ἡμερῶν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἁπάσης, λήθην ἐμποιήσῃ τῶν ἐν ὑμῖν ἀσφαλεστέρων τῇ διανοίᾳ. ἀλλ' ἵνα νῦν κεφαλαιωδῶς ὑποσπείραντες, μὴ ἐπιλαθώμεθα τῶν αὐτῶν πλατύτερον· ἀνεχέσθωσαν δὲ τῶν συμπαρόντων οἱ τελειότεροι, τὴν ἕξιν καὶ τὰ αἰσθητήρια ἤδη γεγυμνασμένα ἔχοντες πρὸς διάκρισιν ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, νηπιωδεστέρων ἀκούοντες, καὶ τῆς γαλακτώδους εἰσαγωγῆς, ἵνα ἅμα καὶ οἱ τῆς κατηχήσεως χρείαν ἔχοντες, ὠφεληθῶσι· καὶ οἱ τὴν γνῶσιν ἔχοντες, περὶ ὧν προεγνώκασιν ἤδη, τὴν μνήμην ἀναζωπυρηθῶσι.

tibus opera facta Deus probat. nam quid prodeſt de Deo bene dogmata noſſe, & nequiter ſcortari? quæ vero contra vtilitas, bene temperantem eſſe, & impie blaſphemare? maximum igitur eſt operæ præcium in dogmatum intelligentia, & animi vigilantis ac ſobrij vſu. quandoquidem multi ſunt qui prædantur per philoſophiam & inanem impoſturam: tum gentiles, per linguæ facundiam ſeducunt. nam à mulieris meretricis labris, mel diſtillat: tum recutiti Iudæi, qui per diuinas ſcripturas, quas exponunt vitioſe, decipiunt accedentes, à puero adúſque ſenectutem meditantes, & in ignoratione rerum conſeneſcentes: tum hæretici, qui blandis ac bonis verbis, linguæque facundia ſimplicium corda decipiunt, nomine Chriſti quaſi melle illita impiorum dogmatum venenata iacula contegentes, de quibus omnibus ſimul Dominus ait, *Videte ne quis vos fallat.* Ideo & fidei doctrina traditur, & eius expoſitiones fiunt. Ante vero fidei traditionem, præclare mecum actum videtur, ſi nunc ſummatim dogmatum neceſſariorum capita repetam, ne dicendorum multitudo, & interceſſurum dierum ſanctæ Quadrageſimæ totius interuallum, obliuionem inducat noſtrarum rerum earum quæ ſunt ad cogitandum ſolidiores: atque etiam ne nunc capitum facta prius à nobis ſemente, quæ ad rem latius explicandam faciant obliuiuiſcamur. Patienter vero ferant ij qui in hoc cœtu perfectiores ſunt & doctiores, iam exercitatos habentes & animi habitum & ſenſus ad boni malíque diſcretionem, ſi pueriliorem audiant & quaſi lacteam inſtitutionem, vt ſimul & qui erudiri atque imbui opus habent, proficiant: & qui notionem habent, de quibus iam ante ſunt inſtructi, memoriam renouent.

Hæretici quomodo ſeducant.

Mat. 24, 2.

Lactea inſtitutio.

DE DEO.

PRimum igitur dogmatis de Deo vobis fundamentum iaciatur, Deum vnicum eſſe, ingenitum, initij, conuerſionis, & commutationis omnis expertem, non ab illo generatum, altero vitæ ſucceſſore carentem: qui neque in tempore, viuendi ſumpſerit initium, neque finem vnquam ſit habiturus: eundem bonum eſſe atque iuſtum, vt ſi quando hæreticum audieris dicentem, Alium eum eſſe qui ſit iuſtus, & alium qui ſit bonus, continuo recordatus, agnoſcas eum hæreſis virus eructare: cum audeat irreligioſe deum vnum verbo ſeparare. Sunt & qui dixerunt, alium eſſe opificem animæ atque dominum: alium corporum auctorem, inſipienter ſimul & impie docentes. Quomodo enim duorum dominio vnus obnoxius ſit homo, cum Dominus in euangeliis dicat, *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*? Vnus ergo deus eſt, animarum & corporum fabricator, multorum ille quidem creator, ſed vnius pater ſolius ante ſecula, qui vnicus eſt vnigenitus eius filius, dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia fecit, viſibilia & inuiſibilia. Hic domini noſtri Ieſu Chriſti pater, nullo circunſcribitur aut continetur loco, neque cœlo minor eſt, ſed *opera digitorum eius ſunt cœli, & vniuerſa pugno eius terra comprehenditur.* Hic in omnibus eſt, & extra omnia. Ne ſole minorem eum aut parem exiſtimes. nam qui prius ſolem fabricatus eſt, debet citra comparationem multo maior eſſe ac lucidior. Futurorum præſcius eſt, & omnium potentiſſimus, cognoſcens & faciens vt vult, non obnoxius rerum conſecutionibus, neque geneſi ſideribúſve natalitiis. neque fatali fortunæ: in omnibus perfectus & abſolutus, omni virtutis ex æquo ſpecie præditus, neque creſcens, ſed ſemper in eodem ſtatu permanens. Suppliciumque ſceleratis parauit, & iuſtis coronam. Quo-

Mat. 6.24. *Opifex omnium vnus.*

ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ.

Πρῶτον τοίνυν ὑμῖν τεθεμελιούσθω δόγμα τὸ περὶ θεοῦ, ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι μόνος ἀγέννητος, ἄναρχος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος οὐχ ὑφ' ἑτέρου γεγεννημένος, οὐχ ἕτερον ἔχων τῆς ζωῆς διάδοχον, καὶ οὔτε ἐν χρόνῳ τοῦ ζῆν ἀρξάμενος, οὔτε ποτὲ τελευτῶν. καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, ἵνα ἐάν ποτε ἀκούσῃς λέγοντος αἱρετικοῦ, ἄλλον εἶναι τὸν δίκαιον, καὶ ἄλλον εἶναι τὸν ἀγαθόν, εὐθὺς ὑπομνησθεὶς γνῷς τὸ τῆς αἱρέσεως ἰοβόλον, τολμησάντων ἀσεβῶς τὸν ἕνα θεὸν διαχωρεῖσαι τῷ λόγῳ· καὶ τινὲς εἶπον, ἄλλον μὲν, τὸν δημιουργὸν τῆς ψυχῆς καὶ δεσπότην· ἄλλον δὲ, τὸν σωμάτων ἀνοήτως ἅμα καὶ δυσσεβῶς διδάσκοντες· πῶς γὰρ δύο κυρίων εἷς κύριος γίνεται ἄνθρωπος, τοῦ κυρίου λέγοντος ἐν εὐαγγελίοις, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· εἷς οὖν ἐστι θεὸς μόνος, ὁ ψυχῶν καὶ σωμάτων ποιητής, ὁ πολλῶν μὲν δημιουργός, ἑνὸς δὲ μόνου πατὴρ πρὸ αἰώνων· ἑνὸς μόνου τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐποίησε πάντα τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. οὗτος ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐ περιγέγραπται ἐν τινὶ τόπῳ, οὐδὲ ἐστὶ μικρότερος οὐρανοῦ· ἀλλ' ἔργα τῶν δακτύλων αὐτοῦ εἰσὶν οἱ οὐρανοί, καὶ ἡ γῆ πᾶσα ἐν τῇ δρακὶ αὐτοῦ κατέχεται· οὗτος ἐν πᾶσίν ἐστι, καὶ πάντων ἐκτός. μὴ νομίσῃς αὐτὸν ἡλίου μικρότερον, ἢ ἴσον εἶναι· ὁ γὰρ τὸν ἥλιον κατασκευάσας πρότερον, ὀφείλει πολλῷ μᾶλλον ἀσυγκρίτως εἶναι μείζων καὶ φωτεινότερος· προγνώστης ἐστὶ τῶν μελλόντων, καὶ πάντων δυνατώτερος, εἰδὼς καὶ ποιῶν ὡς βούλεται, οὐχ ὑποκείμενος πραγμάτων ἀκολουθίαις, οὐδὲ γενέσει, οὐδὲ τύχῃ εἱμαρμένῃ· ἐν πᾶσι τέλειος, καὶ πᾶσαν ἀρετῆς ἰδέαν ἐν ἴσῳ κεκτημένος, οὔτε αὔξων, ἀλλὰ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων· ἡτοιμακὼς κόλασιν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ στέφανον τοῖς δικαίοις.

ἐπεὶ οὖν ἐπλανήθησαν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς θεοῦ διαφόρως πολλοί· καὶ οἱ μὲν, ἥλιον ἐθεοποίησαν, ἵνα δύνοντος ἡλίου κατὰ τὸν νυκτὸς καιρὸν ἄθεοι μένωσιν· οἱ δὲ, σελήνην, ἵνα ἐν ἡμέρᾳ θεὸν μὴ ἔχωσι· οἱ δὲ, τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου. οἱ δὲ, τὰς τέχνας· οἱ δὲ, τὰς τροφάς· οἱ δὲ, τὰς ἡδονάς· καὶ οἱ μὲν γυναικομανεῖς, γυμνῆς γυναικὸς εἴδωλον ἐν ὑψηλῷ στήσαντες, Ἀφροδίτην τε προσαγορεύοντες, προσεκύνησαν, διὰ τοῦ φαινομένου τὸ πάθος· οἱ δὲ, τοῦ χρυσοῦ τὸ λαμπρὸν ἐκπλαγέντες, αὐτόν τε καὶ τὰς λοιπὰς ὕλας ἐθεοποίησαν. ἐὰν δέ τις τὸν περὶ μοναρχίας τοῦ θεοῦ λόγον προθεμελιώσῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ πεισθῇ τούτῳ, πᾶσαν ὁμοῦ τῶν κακῶν τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν πλάνης ἐκκόπτει τὴν φοράν. τοῦτο μὲν οὖν σοι πρῶτον δόγμα τῆς εὐσεβείας ἐν τῇ ψυχῇ προθεμελίωσον διὰ τῆς πίστεως.

ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Πίστευε δὲ εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν ἕνα καὶ μόνον, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ θεὸν γεννηθέντα, τὸν ἐκ φωτὸς φῶς γεννηθέντα, τὸν ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι, τὸν οὐκ ἐν χρόνοις τὸ εἶναι κτησάμενον, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀϊδίως καὶ ἀκαταλήπτως ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον· τὴν σοφίαν θεοῦ καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐνυπόστατον· τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καθεζόμενον. οὐ γὰρ ὥς τινες ἐνόμισαν, μετὰ τὸ πάθος στεφανωθεὶς, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔλαβε τὸν ἐν δεξιᾷ θρόνον, ἀλλ' ἀφ' οὗπερ ἐστίν. ἔστι δὲ γεννηθεὶς, καὶ ἀεὶ ἔχει τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα, συγκαθεζόμενος τῷ πατρὶ, θεὸς ὢν καὶ σοφία καὶ δύναμις, καθὼς εἴρηται· τῷ πατρὶ συμβασιλεύων· καὶ πάντων διὰ τὸν πατέρα δημιουργός· ἀλλὰ ἀνελλιπὴς εἰς θεότητος ἀξίαν, καὶ γινώσκων τὸν γεγεννηκότα, καθὼς γινώσκεται ὑπὸ τοῦ γεγεννηκότος. καὶ ἵνα συντόμως εἴπωμεν, τοῦ ἐν εὐαγγελίοις γεγραμμένου μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν,

niam igitur ab vno deo diuerſis modis multi aberrarunt: quidámque ſolem Deum fecerunt, vt occidente ſole nocturno tempore ſine Deo permanerent: alij, lunam, vt de die deum non haberent: alij, mundi partes: alij, artes: nonnulli, cibos: quidam, voluptates: & qui fœminarum inſano tenerentur amore, nudæ mulieris ſimulacrum in ſublimi collocatum de nomine Veneris nuncupantes, adorarunt per id quod cerneretur, animi ſui affectum: alij, ad auri ſplendorem attoniti & aurum & reliquas in numerum deorum materias retulerunt: ſique quis de vnici Dei principatu ſermonem in pectore radices agere fundaréque ſuſtinuerit, eíque crediderit, omnem ſimul malorum idololatriæ, & hæreticorum erroris curſum exſcindit: hoc tibi fac primum religionis dogma per fidem in animo prius figatur atque fundetur. *Errores de Deo.*

DE CHRISTO.

CETERVM & in filium Dei vnicum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum crede, Deum de Deo genitum, lumen de lumine genitum, per omnia ſimilem ei qui genuit: non in temporibus habentem quòd ſit, ſed ante ſecula cuncta ab æterno & modo quodam occulto à patre genitum: ſapiētiam patris & virtutem, & iuſtitiam quæ per ſe conſiſtat: in dextera patris ante omnia ſecula ſedentem. non enim vt quidam putant, poſt paſſionem coronatus quaſi à Deo, ſedem in dextera, ſed ex quo eſt accepit. Eſt vero genitus, & regalem ſemper habet dignitatem, ſedens vna cum patre, Deus cum ſit & ſapientia & virtus, quemadmodum eſt dictum: vna regnans cum patre, & omnium propter patrem opifex & creator: nihil tamen de diuinitatis dignitate ei deeſt: & eum à quo genitus eſt cognoſcens, ſicut à genitore cognoſcitur: & vt compendio dicamus, eius quod in euangeliis ſcriptum eſt memento: Nullum eſſe qui filium cognoſcat, *Mat.11.27*

præter patrem: neque qui patrem, præter filium. Et ne filium abalienes à patre, neque facta coalitione duorum, vnum patrem & filium eſſe credas: verum crede vnius Dei vnigenitum eſſe filium, ante omnia ſecula Deum Verbum: verbum, non quod prolatum in aërem diffundatur, neque quod cum verbis quæ per ſe conſiſtere nequeunt, ſimilitudinem habeat ſed verbum filium, eorum creatorem qui verbo & ratione vtuntur, verbum patrem audiens, & ipſum loquens. Et de his quidem ſuo tempore, ſi Deus concedat, latius dicemus. non enim propoſiti obliti ſumus, quod ſumma rudimentorum fidei capita nunc explicaturi eramus.

Verbum ſubſiſtens.

DE GENERATIONE EX VIRGINE.

CREDE verò hunc vnigenitum Dei filium, propter noſtra peccata de cœlis in terram deſcendiſſe, adſumpta humanitate iiſdem affectibus obnoxia quibus afficitur noſtra: ex ſancta virgine atque ſpiritu ſancto natum eſſe, non opinione & phantaſia hominem factũ, ſed reuera: neque per virginem, quaſi per canalem tranſiſſe, ſed verám carnem ab ea habuiſſe, vere comedentem vt nos comedimus, vere bibentem vt bibimus. Nam ſi humanæ naturæ aſſumptio, phantaſma & imaginatio fuit, phantaſma quoque ſalus eſt. Duplex erat Chriſtus: homo quidem, id quod videbatur: Deus autem quod non apparebat: edens vere ſicut homo, vt nos edimus. nam carnis pares affectus eius erant: ac noſtræ. paſcens vero quinque panibus hominum quinque millia ſicut Deus. Moriens, vt homo verè: ſed mortuum quatriduanum vt Deus ſuſcitans: Vere dormiens in nauigio vt homo: & ſuper aquis ambulans vt Deus.

Chriſti natura duplex.

εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ ὑός. καὶ μήτε ἀπαλλοτριώσῃς τοῦ πατρὸς τὸν ὑόν, μήτε συναλοιφὴν ἐργασάμενος, ὑοπατορίας πιστεύσῃς, ἀλλὰ πίστευε ὅτι ἑνὸς θεοῦ μονογενὴς εἷς ἐστιν ὑός, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων θεὸς λόγος· λόγος, οὐ προφορικὸς εἰς ἀέρα διαχεόμενος, οὔτε λόγοις ἀνυποστάτοις ἐξομοιούμενος· ἀλλὰ λόγος ὑός, λογικῶν ποιητής, λόγος ἀκούων τοῦ πατρὸς καὶ λαλῶν αὐτός. καὶ περὶ μὲν τούτων, κατὰ καιρὸν εἰ ὁ θεὸς παράσχοι, πλατύτερον ἡμῖν ῥηθήσεται· οὐ γὰρ ἐπιλανθανόμεθα τῆς προτάσεως, ὅτι κεφαλαιώδεις εἰσαγωγὰς πίστεως νῦν ποιησόμεθα.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ.

Πίστευε δέ, ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς ὑὸς τοῦ θεοῦ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν ὁμοιοπαθῆ ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἁγίας παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γενομένης, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ· οὐδ' ὡς διὰ σωλῆνος διελθὼν τῆς παρθένου· ἀλλὰ σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀληθῶς, φαγὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ πιὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς· εἰ γὰρ φάντασμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. διπλοῦς ἦν ὁ χριστός, ἄνθρωπος μὲν, τὸ φαινόμενον· θεὸς δέ, τὸ μὴ φαινόμενον· ἐσθίων μὲν ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς ὡς ἡμεῖς· εἶχε γὰρ τῆς σαρκὸς τὸ ὁμοιοπαθὲς ὡς ἡμεῖς· τρέφων δὲ ἐκ πέντε ἄρτων τοὺς πεντακισχιλίους ὡς θεός. ἀποθνήσκων μὲν ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς, νεκρὸν δὲ τὸν τετραήμερον ἐγείρων ὡς θεός· καθεύδων εἰς τὸ πλοῖον ἀληθῶς ὡς ἄνθρωπος, καὶ περιπατῶν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὡς θεός.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ.

ΟΥΤΟΣ ἐσταυρώθη ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀληθῶς· κἂν γὰρ ἀρνήσασθαι βουληθῇς, ὁ τόπος ἐλέγχει σε φαινόμενος, ὁ μακάριος οὗτος Γολγοθᾶς, ἐν ᾧ νῦν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθέντα, συγκεκροτήμεθα. καὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πᾶσα λοιπὸν ἡ οἰκουμένη κατὰ μέρος ἐπληρώθη. ἐσταυρώθη δὲ, οὐχ ὑπὲρ οἰκείων ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐλευθερωθῶμεν. καὶ κατεφρονήθη μὲν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τότε, καὶ ἐρραπίσθη ὡς ἄνθρωπος, ἐγνωρίσθη δὲ ὑπὸ τῆς κτίσεως ὡς θεός· ὁ γὰρ ἥλιος δεσπότην ἀτιμαζόμενον ἰδὼν, ἐξέλειπεν, τρέμων, οὐ φέρων τὴν θέαν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΑΦΗΣ.

ΕΝ μνήματι πέτρας ἐτέθη ἀληθῶς ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ πέτραι διεῤῥάγησαν τῷ φόβῳ δι' αὐτόν. κατῆλθεν εἰς τὰ καταχθόνια, ἵνα κἀκεῖθεν λυτρώσηται τοὺς δικαίους. ἐβούλου γὰρ εἰπέ μοι, τοὺς μὲν ζῶντας ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, καὶ ταῦτα τῶν πλείστων οὐχ ὁσίων ὄντων; τοὺς δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ πολυχρονίως ἀποκεκλεισμένους μὴ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας; λοιπὸν δὲ Ἡσαΐας ὁ προφήτης τοσαῦτα περὶ αὐτοῦ μεγαλοφώνως ἐκήρυξεν, Οὐκ ἤθελες ἵνα ὁ βασιλεὺς κατελθὼν λυτρώσηται τὸν κήρυκα; Δαβὶδ ἦν ἐκεῖ καὶ Σαμουὴλ, καὶ πάντες οἱ προφῆται, καὶ αὐτὸς Ἰωάννης ὁ λέγων διὰ τῶν ἀποσταλέντων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν, οὐκ ἤθελες ἵνα καταβὰς λυτρώσηται τοὺς τοιούτους;

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

ΑΛΛ' ὁ καταβὰς εἰς τὰ καταχθόνια, πάλιν ἀνῆλθε· καὶ ὁ ταφεὶς Ἰησοῦς, πάλιν ἀνέστη τὸ τριήμερον ἀληθῶς. κἂν ποτέ σε διασύρωσιν

DE CRVCE.

HIc crucifixus pro peccatis noſtris reuera: quod ſi negare velles, locus iſte Golgotha beatus quem cernis, te reuincit, in quo nunc eius nomine qui crucifixus in eo eſt, congregati ſumus, & ligno crucis vniuerſus tandem orbis terrarum particulatim opple-tus eſt. Crucifixus eſt autem, non pro ſuis ipſius peccatis, ſed vt nos à noſtris ipſorum peccatis liberemur. & ab hominibus tum temporis contemptus eſt, & vt homo alapis cæſus eſt: vt Deus autem à creatura cognitus eſt. nam ſol dominum affectum ignominia conſpicatus, defecit tremebundus nec id ſpectaculum ferens. *Crucis lignum per orbem diuiſum.*

DE SEPVLCRO.

IN monumento ſaxeo vere ſitus eſt, vt homo: ſed eius formidine petræ diſciſſæ ſunt. Deſcendit ad inferos, vt illinc iuſtos redimeret. velléſne enim quæſo te, viuentes gratiæ fructum percipere, ídque cum plurimi ſancti non ſint & integri: qui vero cum Adam à longo tempore concluſi erant, in libertatem non aſſeri? Denique cum Eſaias propheta tam multa de ipſo magna voce concionatus ſit, velléſne vt rex eo deſcendens, non redimeret præconem? Dauid illic erat & Samuel, & omnes prophetæ, ipſe quoque Ioannes, qui per legatos ſuos dicebat, *Túne ille es qui venturus eſt, an alium expectamus?* velles vt eo deſcendens, tales ac tantos viros non redimeret? *Petræ metu ſciſſæ.* *Luc. 7. 19.*

DE RESVRRECTIONE.

VERVM qui deſcendit ad inferos, idem rurſus aſcẽdit: & Ieſus qui ſepultus fuerat, tertio die redíuiuus vere ſurrexit. Et ſi quando te Iudæi vexent, ſtatim

hac interrogatione obſiſtas, Ionáſne triduanus de ceto egreſſus eſt, & Chriſtus triduanus de terra non ſuſcitatur? & vniuerſorum creator virtute patris nonne ſuſcitatur? Vere igitur exurrexit: & cum reſurrexiſſet, iterum diſcipulis viſus eſt: & teſtes eius reſurrectionis, diſcipuli duodecim, non teſtimonium verbis ad gratiam compoſitis ferentes, ſed ad mortem vſque & tormenta pro vera reſurrectione decertantes. Nimirum *in ore duorum teſtium & trium ſtabit omne verbum*, vt eſt in ſcriptura: duodecim autem de reſurrectione Chriſti teſtificantur, & adhuc de reſurrectione diffidis.

Reſurrectionis teſtes.

Mat. 18. 16

DE ASCENSIONE.

CVM vero Ieſus patientiæ curſum abſoluiſſet, & homines à peccatis redemiſſet, tandem ad cœlos aſcendit, eum nube ſuſcipiente. Et angeli quidem aſcendenti adſtabant, apoſtoli contemplabantur. Si vero quis dictis diffidat, ipſe credat eorum virtuti quæ nunc cernuntur. Reges omnes morientes, vna cum vita vires quoque ſuas extingunt: at Chriſtus adfixus cruci, adoratur ab vniuerſo terrarum orbe. Crucifixum annunciamus, & nunc dæmones formidant. Multi aliis atque aliis temporibus adfixi ſunt cruci: verum cuiuſnam inuocatio crucifixi alterius, vnquam dæmones abegit? Ne ergo Chriſti crucem erubeſcamus, ſed ſi quis alius abſcondat, tu palam ad frontem obſignato, vt dæmones regium ſignum intuentes, tremuli procul aufugiant. Signo autem iſto vtere, tum edens ac bibens, tum ſedens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans, & vt ſemel dicam, in omni re omnique negocio. Nam qui hoc crucifixus eſt loco, in cœlis ſurſum eſt. ſi enim crucifixus & ſepultus in monumento remanſiſſet, eſſet cuius gratia erubeſceremus: nunc vero qui in hoc eſt cruci ſuffixus Golgotha, de oliuarum ad orientem monte ſubductus,

Crucis ſignum ad omnia præmittendum.

Ιουδαίων,

Ἰουδαῖοι, ταχέως ἀπάντησον, οὕτως ἐρωτήσας· Ἰωνᾶς τριήμερος ἀπὸ κήτους ἐξῆλθε, καὶ χριστὸς τριήμερος ἀπὸ γῆς ἄρα οὐκ ἐγήγερται; καὶ ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς δυνάμει πατρὸς ἄρα οὐκ ἐγήγερται; ἀνέστη τοίνυν ἀληθῶς· καὶ ἀναστὰς, πάλιν ὤφθη τοῖς μαθηταῖς. καὶ μάρτυρες αὐτοῦ τῆς ἀναστάσεως, μαθηταὶ δώδεκα, οὐ λόγοις κεχαρισμένοις μαρτυρήσαντες, ἀλλὰ μέχρι θανάτου καὶ βασάνων περὶ τῆς ἀληθοῦς ἀναστάσεως ἀγωνισάμενοι· εἶτα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, κατὰ τὴν γραφήν. δώδεκα δὲ τῇ ἀναστάσει τοῦ χριστοῦ μαρτυροῦσι, καὶ ἄρα ἔτι πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἀπιστεῖς.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΛΗΨΕΩΣ.

ΤΟΝ δρόμον δὲ τῆς ὑπομονῆς τελέσας Ἰησοῦς, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λυτρωσάμενος τῶν ἁμαρτιῶν, ἀνέβη πάλιν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, νεφέλης αὐτὸν ὑπολαβούσης. καὶ ἄγγελοι μὲν ἀνιόντι παρειστήκεισαν, ἀπόστολοι δὲ ἐθεώρουν. εἰ δέ τις τοῖς λεγομένοις ἀπιστεῖ, αὐτῇ πιστευέτω τῇ δυνάμει τῶν νῦν βλεπομένων. πάντες οἱ βασιλεῖς τελευτῶντες, συναποσβεννύουσι τῇ ζωῇ καὶ τὴν δύναμιν· χριστὸς δὲ σταυρωθεὶς, ὑπὸ πάσης προσκυνεῖται τῆς οἰκουμένης. τὸν ἐσταυρωμένον καταγγέλλομεν, καὶ τρέμουσι νῦν δαίμονες. πολλοὶ κατὰ χρόνους ἐσταυρώθησαν· ἀλλὰ ποίου σταυρωθέντος ἐπίκλησις ἑτέρου ποτὲ τοὺς δαίμονας ἀπήλασε. μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῶμεν τῷ σταυρῷ τοῦ χριστοῦ· ἀλλὰ κἂν ἄλλος ἀποκρύπτῃ, σὺ φανερῶς ἐπὶ μετώπῳ σφράγιζε, ἵνα οἱ δαίμονες τὸ σημεῖον ἰδόντες τὸ βασιλικὸν, μακρὰν φεύγωσι τρέμοντες. ποίει δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον, ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πράγματι· ὁ γὰρ ἐνταῦθα σταυρωθεὶς ἐν οὐρανοῖς ἐστὶν ἄνω· εἰ μὲν γὰρ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς ἐναπέμενε τῷ τάφῳ, εἴχομεν ἂν ἐπαισχύνεσθαι· νυνὶ δὲ ὁ ἐν τῷ Γολγοθᾷ τούτῳ σταυρωθεὶς, ἀπὸ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς ὄρους τῶν ἐλαιῶν,

ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, τοῦ πατρὸς αὐτῷ προσφωνοῦντος καὶ λέγοντος, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ.

ΟΥΤΟΣ Ἰησοῦς χριστὸς ὁ ἀναβάς, ἔρχεται πάλιν ἐξ οὐρανῶν, οὐδὲ ἀπὸ γῆς, καὶ εἶπον, οὐκ ἀπὸ γῆς. ἐπειδὴ πολλοὶ μέλλουσιν ἀντίχριστοι νῦν ἀπὸ γῆς ἔρχεσθαι. ἤδη γάρ, καθὼς ἐθεώρησας, ἤρξαντο πολλοὶ λέγειν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ χριστός· καὶ μέλλει λοιπὸν ἔρχεσθαι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ψευδῆ προσηγορίαν ἑαυτῷ περιστιθείς. σὺ δέ μοι τὸν ἀληθῆ χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν μονογενῆ, μηκέτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς ἐρχόμενον, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν προσδόκα, ὑπὲρ ἅπασαν ἀστραπὴν καὶ λαμπηδόνα φωτὸς τοῖς πᾶσι φαινόμενον, ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενον, ἵνα κρίνῃ ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ βασιλεύοντα βασιλείαν οὐράνιον, αἰώνιον, καὶ ἀτελεύτητον. ἀσφαλίζου γάρ μοι καὶ ἐν τούτῳ, ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν οἱ λέγοντες, τέλος εἶναι τῆς χριστοῦ βασιλείας.

ΠΕΡΙ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

Πίστευε δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχε περὶ αὐτοῦ δόξαν, ἣν παρέλαβες ἔχειν περὶ πατρὸς δὲ υἱοῦ· καὶ μὴ κατὰ τοὺς τὰ δύσφημα περὶ αὐτοῦ διδάσκοντας. σὺ δὲ μάνθανε, ὅτι ἕν ἐστι τοῦτο τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀδιαίρετον, πολυδύναμον, πολλὰ μὲν ἐνεργοῦν, αὐτὸ δὲ μὴ μεριζόμενον· τὸ γινώσκον τὰ μυστήρια· τὸ ἐρευνῶν πάντα καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ· τὸ ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθόν· τὸ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις ἐνεργῆσαν· τὸ καὶ νῦν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ βαπτίσματος, σφραγίζου τὴν ψυχήν· οὗ καὶ πᾶσα νοητὴ φύσις, χρείαν ἔχει τῆς ἁγιότητος· εἰς ὃ βλασφημῆσαί τις ἐὰν τολμήσῃ, οὐκ ἔχει ἄφεσιν, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· ὅπερ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ τῇ τῆς θεότητος δόξῃ τετίμηται· οὗ καὶ

aſcendit in cœlum, patre ei acclamante ac dicente, *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* *Pſal.109.*

DE FVTVRO IVDICIO.

Hic Ieſus Chriſtus qui aſcendit, de cælis eſt rediturus, non de terra: dixi autem, non de terra, de qua multi hoc tempore venturi ſunt Antichriſti. Nam iam, vt vidiſti, multi dicere cœperunt, *Ego ſum Chriſtus* (& poſthac ventura eſt illa deſolationis abominatio) falſam ſibi appellationem tribuens. Tu vero mihi verum Chriſtum, filium Dei, vnigenitum, ne de cetero venturum à terra, ſed à cælis expecta, ſupra vniuerſum fulgur & luminis ſplendorem omnibus apparentem, ab angelis quaſi ſatellitio munitum, vt iudicet viuentes ac mortuos, & regnum cœlorum regnet ſempiternum, ac omni fine carens. Nam in hoc fixus ac certus permaneas velim, quandoquidem multi ſunt qui dicant, finem inſtare Chriſti regni.

DE SPIRITV SANCTO.

Crede & in ſpiritum ſanctum, de eóque idem ſentito quod & de patre & filio accepiſti: nec eos ſequere qui contumelioſe de eo docent. Immo diſce, vnum eſſe hunc ſpiritum ſanctum indiuiduum, præpotentem, qui cum multa conficiat & operetur, ipſe non diſpertiatur: myſteria & arcana noſcentem, omnia ſcrutantem etiam profunda Dei: qui ſuper dominum Ieſum Chriſtum in ſpecie columbæ deſcendit, in lege & in prophetis operatus eſt: & nunc tempore baptiſmi obſignat animam; cuius etiam ſanctitatis vniuerſa indiget intelligibilis natura: in quem ſpiritum ſi quis contumelioſus eſſe auſit, nec in hoc, nec in futuro ſeculo remiſſam habebit. Qui cum patre & filio, diuinitatis claritate honoratur: cuius opus *Spiritus ſanctus animam obſignat.*

Spiritu ſancto indigent Angeli. habent etiam Throni Dominationes, Principatus & Poteſtates: vnus eſt enim Deus Chriſti pater, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus vnici Dei, vnigenitus Dei filius: vnus ſpiritus ſanctus omnia ſanctificans atque deificans: qui tum in lege & in prophetis, tum in vetere & nouo teſtamento locutus eſt. Hoc ſymbolum ſemper in mente tua impreſſum habeto, cuius hoc quidem tempore capita tibi breuiter enumerata ſunt: ſi vero dominus conceſſerit, ex ſcripturarum demonſtratione pro viribus explicabuntur. Nam diuinorum *Myſteria fidei nulla ſine literis.* ſanctorumque fidei ſacramentorum nihil ne minimum quidem, abſque diuinis ſcripturis tradi debet; neque ſimplici probabilitate, neque verborum ornatu traduci. Ne mihi quidem ea tibi proferenti, ſimpliciter fidem adhibeas, niſi de diuinis ſcripturis eorum quæ dicam demonſtrationem accipias. Nam fidei noſtræ ſalus & conſeruatio, non orationis facundia nititur, ſed ſcripturarum diuinarũ comprobatione.

DE ANIMA.

CEterum poſt venerandæ huius, glorioſæ & ſacroſanctæ fidei notitiam, te quoque deinceps noſce quiſnam ſis. nam duplex homo conſtitutus es, ex animo & corpore compoſitus: & quomodo paulo ante dictum eſt, idem deus & animi & corporis eſt opifex. Noſce item tibi animum datum eſſe ſuæ pote- *Animus eſt liberi arbitrij.* ſtatis liberique arbitrij, opus Dei præſtantiſſimum, qui ad ſuam eum imaginem fabricatus eſt: immortalem, propter eum qui à mortalitate ipſum aſſeruit: viuum, rationis participem, incorruptibilem, propter eum qui hæc largitus eſt: poteſtatem habentem ea faciendi quæ vult non enim natalitia te ad peccandum ſidera compellunt, neque fortuna facit vt mœcheris, neque ſicut quidam blatterant; aſtrorum coniunctiones te ad ſcortationes & laſciuias inuitum trahunt. Quid cauſæ eſt, quamobrem de tuis confiteri-

χρείαν ἔχουσι θρόνοι καὶ κυριότητες, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι· εἷς γὰρ ἐστὶ θεὸς, ὁ τοῦ χριστοῦ πατήρ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστὸς ὁ τοῦ μόνου θεοῦ, μονογενὴς θεοῦ υἱός· ἓν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ πάντων ἁγιαστικὸν, καὶ θεοποιόν. τὸ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις, παλαιᾷ τε καὶ καινῇ διαθήκῃ λαλῆσαν. Ταύτην ἔχε τὴν σφραγῖδα ἐν τῇ διανοίᾳ σου πάντοτε· ἥτις νῦν μὲν κατὰ ἀνακεφαλαίωσιν ἀκροθιγῶς εἴρηται. εἰ δὲ παράσχοι ὁ κύριος κατὰ τῆς τῶν γραφῶν ἀποδείξεως, κατὰ δύναμιν ῥηθήσεται· δεῖ γὰρ περὶ τῶν θείων καὶ ἁγίων τῆς πίστεως μυστηρίων, μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῶν θείων παραδίδοσθαι γραφῶν· μηδὲ ἁπλῶς πιθανότησι καὶ λόγων κατασκευαῖς παραφέρεσθαι· μηδὲ ἐμοὶ τῷ ταῦτά σοι λέγοντι ἁπλῶς πιστεύσῃς, ἐὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καταγγελλομένων ἀπὸ τῶν θείων μὴ λάβῃς γραφῶν· ἡ σωτηρία γὰρ αὕτη τῆς πίστεως ἡμῶν, οὐκ ἐξ εὑρεσιλογίας, ἀλλὰ ἐξ ἀποδείξεως τῶν θείων ἐστὶ γραφῶν.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ΜΕΤΑ' δὲ τὴν γνῶσιν τῆς σεμνῆς καὶ ἐνδόξου ταύτης καὶ παναγίας πίστεως, καὶ σεαυτὸν γνῶθι λοιπὸν ὅστις εἶ, ὅτι διπλοῦς ἄνθρωπος καθέστηκας ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώματος συγκείμενος· καὶ ὅτι καθὼς πρὸ βραχέος εἴρηται, ὁ αὐτὸς θεὸς καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματός ἐστι δημιουργός. καὶ γίνωσκε, ψυχὴν ἔχεις αὐτεξούσιον, ἔργον θεοῦ κάλλιστον, κατ' εἰκόνα τοῦ πεποιηκότος· ἀθάνατον διὰ τὸν ἀπαθανατίζοντα θεόν· ζῶον, λογικὸν, ἄφθαρτον, διὰ τὸν ταῦτα χαρισάμενον. ἐξουσίαν ἔχον ποιεῖν ἃ βούλεται· οὐ γὰρ κατὰ γένεσιν ἁμαρτάνεις, οὔτε κατὰ τύχην πορνεύεις, οὔτε καθὼς ληροῦσί τινες, αἱ τῶν ἄστρων πλοκαὶ ταῖς ἀσελγείαις σε προσέχειν ἀναγκάζουσι, τί φεύγων ὁμολογῆσαι

τὰ σεαυτοῦ κακὰ, τοῖς ἀναιτίοις ἄστροις περιγράφεις· τὴν αἰτίαν μή μοι πρόσεχε λοιπὸν ἀστρολόγοις· περὶ γὰρ τούτων λέγει ἡ θεία γραφή, Στήτωσαν καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἑξῆς, Ἰδοὺ πάντες ὡς φρύγανον ἐπὶ πυρὶ κατακαυθήσονται, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωνται τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκ φλογός. μάνθανε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρὶν παραγένηται εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἡ ψυχή, οὐδὲν ἥμαρτεν· ἀλλ' ἐλθόντες ἀναμάρτητοι, νῦν ἐκ προαιρέσεως ἁμαρτάνομεν· μή μοι κακῶς τινὸς ἀκούσῃς ἐξηγουμένου τὸ, Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ· ἀλλὰ μέμνησο τοῦ λέγοντος, Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν, Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν· καὶ μέμνησο τῆς γραφῆς λεγούσης, Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει· καὶ, Ὅτι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· καὶ, Ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· καὶ τοῦ θεοῦ πάλιν ἐγκαλοῦντος, καὶ λέγοντος, Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν, πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ὅμοιαι αἱ ψυχαί εἰσιν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· τὰ γὰρ μέλη τοῦ σώματος διακέκριται μόνον· οὐκ ἔστι τάγμα ψυχῶν κατὰ φύσιν ἁμαρτανουσῶν, καὶ τάγμα ψυχῶν κατὰ φύσιν δικαιοπραγουσῶν, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἀμφότερα, μονοειδοῦς καὶ ὁμοίας οὔσης ἐν ἅπασι τῆς τῶν ψυχῶν ὑποστάσεως. οἶδα μὲν οὖν πολλὰ λέγων, καὶ ὡς ὁ καιρὸς ἤδη πολύς ἐστιν, ἀλλὰ τί σωτηρίας προτιμότερον; οὐ βούλει κακῶν λαβεῖν ἐφόδια πρὸς τοὺς αἱρετικούς; οὐδὲ θέλεις γνῶναι τῆς ὁδοῦ τὰς παρεκτροπὰς, ἵνα μὴ κατὰ κρημνὸν ἐξ ἀγνοίας ὀλισθῇς; εἰ οἱ διδάσκοντες ἡγοῦνται κέρδος οὐ μικρὸν, τὸ σὲ ταῦτα μαθεῖν, σὺ ὁ μανθάνων ἄρα οὐκ ὀφείλεις ἡδέως δέχεσθαι τῶν λεγομένων τὸ πλῆθος; αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ὁ διάβολος, τὸ μὲν ὑπο-

vitiis recuſans, ſideribus attribuas quæ ſunt omnem extra culpam poſita? Ne mihi poſthac ad aſtrologos animum aduertas. nam de iis diuina ſcriptura dicit, *Adſiſtant, & te ſeruent aſtrologi cæli*: & deinceps, *Ecce omnes ſicut cremium in igne comburentur, & non eximent animam ſuam de flamma.* Diſce hoc quoque, priuſquam in hunc mundum anima veniat, nihil peccaſſe: ſed cum abſque peccato venerimus, nunc ex animi voluntate atque arbitrio peccamus. Ne mihi quemquam audias qui male hunc locum interpretetur, *Si autem quod nolo, id facio*: ſed eius memento qui dicit, *Si volueritis & me audieritis, bona terræ comedetis: ſi vero nolueritis, neque me audieritis, gladius vos deuorabit*, & cetera. Et rurſus, *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſerua immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem? ita nunc exhibete membra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem.* Memento etiam ſcripturæ inquientis, *Sicut non probauerunt deum habere in cognitione*: &, *Quod de deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt illis*: &, *Oculi eorum occluſi ſunt.* Dei quoque rurſum increpantis & dicentis, *Ego autem vineam plantaui fructiferam omnem veram, quomodo conuerſa eſt in amaritudinem vinea aliena?* Immortalis eſt anima: ſimiléſque ſunt animæ virorum ac mulierum: nam diſcrimen eſt duntaxat in corporis membris. Non eſt ordo animarum natura peccantium: & ordo animarum natura quod iuſtum eſt agentium: ſed vtrunque fit voluntate atque ſuo cuiuſque arbitrio, cum animarum eſſentia vniuſmodi ſimilíſque ſit in omnibus. Multa ſane nobis dicenda nouimus, ſatíſque temporis iam ſupereſſe, ſed quid ſalute præſtantius & clarius? Viſne tibi in viaticum, malorum dari contagionem, vt hæreticis obſiſtas? neque vis noſſe diuerticula viarum, ne per imprudentiam præcipiteris? Si quis docent arbitrantur non parum lucri feciſſe, hæc cum didiceris: tu qui doceris, debéſne libenter copiam eorum admittere quæ dicuntur? Anima ſui iuris ſuíque arbitrij eſt: & diabolus eam ſolli-

Aſtrologiæ non attendendum.

Eſa.47.13.

Animæ ſtatus.

Eſay. 1.19.

Rom.6.19.

Ier. 2.21.

Liberum habet ani-

ma arbitrium. citare falleréque poteſt: at cogendi, niſi velit ipſa, poteſtatem non habet. Suggerit tibi ſcortationis cogitationem: ſi velis admittis. ſi nolis, non admittis. Nam ſi neceſſitate coactus ſcortareris, quam ob rem deus gehennam paraſſet? Manſueta eſt ouis: verùm nunquam ea propter manſuetudinem coronam eſt adepta: quandoquidem ea manſuetudo non animi iudicio voluntatéque, ſed natura inſtituta eſt.

DE CORPORE.

NOSTI chariſſime quæ de anima potuimus interim diſſerere: iam accipe pro viribus & de corpore tuo ſermonem. Ne quenquam eorum feras qui dicunt corpus iſtud alienum à deo eſſe. Nam qui alienum credunt corpus, alieno hoc quaſi vaſe, ad adulteria faciles promptíque abutuntur. Quare vero tam admirandum hoc corpus deſpectui habent atque damnant? Quid enim ei ad decus & ſummam pulchritudinem deeſt? quid vero ad fabricæ perfectionem abeſt? Nónne conſiderare oportuit eos, oculorum ſplendidiſſimam conſtitutionem? quomodo aures in obliquum flexæ iacent, vt ſine vllo audiant impedimento? & vt olfactus afflatos odores diſcernit & percipit? vt lingua duarum rerum adminiſtra eſt, tum guſtandi habitus, tum facultatis eloquendi? vt in occultum abditus pulmo perpetuam habet aëris aſpirationem? quis eſt qui cordi palpitationem indeſinentem inſeruit? quis eſt qui venas & arterias in tot partes diſtinxit atque diuiſit? quis oſſa neruis ita ſapienter colligauit? quis alimenti partem ad corroborandam naturam dedit? partem ad fœdum diſcreuit excrementum? quis pudenda membra, locis minus honeſtis abſcondit? quis naturam hominum defecturam, leui atque facili coniunctione perennem fecit? Ne mihi corpus peccandi dicas in cauſa eſſe. ſi enim corpus peccandi cauſa eſt, cur cadauer non peccat? gladium admoue

Corpus non alienum à Deo.

Corpus non eſt cauſa peccati.

βάλλειν, δύναται. ὁ δὲ ἀναγκάσαι παρὰ προαίρεσιν, οὐκ ἔχει τὴν ἐξουσίαν. ὑπογράφει σοὶ πορνείας λογισμόν, ἐὰν θέλῃς, ἐδέξω· ἐὰν μὴ θέλῃς, οὐκ ἐδέξω· εἰ γὰρ κατ' ἀνάγκην ἐπόρνευες, καὶ τίνος ἕνεκα τὴν γέενναν ἑτοίμαζεν ὁ θεός. πρᾶόν ἐστι τὸ πρόβατον, ἀλλ' οὐδέ ποτε τοῦτο διὰ τὴν πραότητα ἐστεφανώθη· ἐπειδὴ τὸ πρᾶον οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ φύσεως αὐτῷ πρόσεστιν.

ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ.

ΕΓΝΩΣ ἀγαπητὲ καθ' ὅσον ἐξαρκεῖ τέως τὰ περὶ ψυχῆς. δέξαι κατὰ δύναμιν καὶ τὸν περὶ τοῦ σώματός σου λόγον. μὴ τινος τῶν λεγόντων ἀνάσχῃ, ἀλλότριον θεοῦ τοῦτο εἶναι τὸ σῶμα· οἱ γὰρ ἀλλότριον εἶναι τὸ σῶμα πιστεύοντες, ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ σκεύει τούτῳ καὶ εἰς πορνείας ἑτοίμως ἀποκέχρηνται. τί δὲ κατέγνωσαν τοῦ θαυμασίου τούτου σώματος· τί μὲν γὰρ ἐν εὐπρεπείᾳ λείπεται· τί δὲ οὐκ ἔστιν ἔντεχνον τῆς κατασκευῆς· ἆρα οὐκ ἐχρῆν αὐτοὺς κατανοῆσαι, ὀφθαλμῶν μὲν λαμπροτάτην κατάστασιν; ὅπως δὲ τὰ ὦτα πλαγίως ἐγκείμενα, ἀνεμπόδιστον δέχεται τὴν ἀκοήν; καὶ ὅπως ἡ ὄσφρησις μὲν ἐστὶ διακριτική, καὶ τῶν ἀναθυμιάσεων ἀντιληπτική; ἡ γλῶττα δὲ ὅπως δισσῶν πραγμάτων ἐστὶ διάκονος, γευστικῆς ἕξεως, καὶ διαλεκτικῆς ἐνεργείας; ὅπως ὁ πνεύμων ἐν ἀποκρύφοις κείμενος, ἄπαυστον ἔχει τοῦ ἀέρος τὴν ἀναπνοήν; τίς ὁ ἐνθεὶς παλμὸν καρδίας ἀδιάλειπτον· τίς ὁ διελὼν εἰς φλέβας καὶ ἀρτηρίας τοσαύτας· τίς ὁ τοῖς νεύροις τὰ ὀστέα σοφῶς ἐνείρας· τίς ὁ τῆς τροφῆς μέρος μὲν εἰς ὑπόστασιν δοὺς, μέρος δὲ εἰς ἀσχήμονα διάκρισιν διακρίνας· καὶ τὰ τῆς ἀσχημοσύνης μέλη, ἐν εὐσχημοτέροις ἀποκρύψας τόποις· τίς μέλλουσαν ἐκλείπειν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν δι' εὐτελοῦς κοινωνίας ἀκατάπαυστον συνεστήσατο· μὴ λέγε μοι τὸ σῶμα παραίτιον ἁμαρτίας εἶναι· εἰ γὰρ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας αἴτιον, διὰ τί νεκρὸς οὐχ ἁμαρτάνει; πάρθες

ξίφος τῇ δεξιᾷ τοῦ τετελευτηκότος ἀρτίως, καὶ φόνος οὐ γίνεται διὰ τετελευτηκότος ἀρτίως νέου, κἂν ἄλλη παντοία περιερχέσθω, καὶ ἐπιθυμία πορνείας οὐ γίνεται· διὰ τί; ἐπειδὴ τὸ σῶμα οὐχ ἁμαρτάνει καθ' ἑαυτό, ἀλλὰ διὰ σώματος ἡ ψυχή. ἐργαλεῖόν ἐστι τὸ σῶμα· καὶ ὥσπερ ἱμάτιον καὶ στολὴ ψυχῆς· κἂν μὲν ὑπὸ ταύτης πορνεία παραδοθῇ, γίνεται ἀκάθαρτον. ἐὰν δὲ ἁγίᾳ ψυχῇ συνοικήσῃ, γίνεται ναὸς ἁγίου πνεύματος· οὐκ ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλὰ Παῦλος ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ἡμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν; φεῖσαι τοίνυν τοῦ σώματος ὡς ναοῦ πνεύματος ἁγίου τυγχάνοντος· μὴ φύρῃς ἐν πορνείαις τὴν σάρκα σου· μὴ μολύνῃς σου τὴν καλλίστην ταύτην στολήν. εἰ δὲ καὶ ἐμόλυνας, ἀπόπλυνε νῦν διὰ μετανοίας· ἀπόλουσαι ἕως καιρὸς παρέχει. καὶ τῷ περὶ σωφροσύνης λόγῳ, προσηλωμένως μὲν, ἀκουέτω τὸ τῶν μοναζόντων καὶ τῶν παρθένων τὸ τάγμα, τῶν τὸν ἰσάγγελον βίον ἐν κόσμῳ κατορθούντων. μέγας ὑμῖν ἀπόκειται στέφανος, ἀδελφοί. μὴ μικρᾶς ἡδονῆς ἀντικαταλλάξητε μεγάλην ἀξίαν· ἀκούσατε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς βίβλοις λοιπὸν ἐγγραφήσῃ, διὰ τὴν πρόθεσιν τῆς σωφροσύνης· βλέπε μὴ πάλιν ἐξαλειφθῇς διὰ τὴν πορνικὴν ἐργασίαν· μηδ' αὖ πάλιν κατορθῶν τὴν σωφροσύνην τυφλωθῇς κατὰ τῶν ὑποβεβηκότων ἐν γάμῳ. τίμιος γὰρ ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος. καὶ σὺ ὁ τὴν ἁγνείαν ἔχων, ἆρα οὐκ ἐκ τῶν γεγαμηκότων ἐγεννήθης; μὴ γὰρ ὅτι χρυσίου κτῆσιν ἔχεις, τὸ ἀργύριον ἀποδοκίμαζε. ἀλλ' εὐέλπιδες ἔστωσαν καὶ οἱ ἐν γάμῳ νομίμως τῷ γάμῳ χρώμενοι. οἱ γάμον ἔνθεσμον, ἀλλὰ μὴ τοῦτον ἀσελγῆ κατασκευάζοντες, διὰ τὴν ἄμετρον ἐξουσίαν· οἱ γινώσκοντες καιροὺς ἀνέσεως, ἵνα σχολάζωσι τῇ προσευχῇ· οἱ μετὰ τῶν ἐνδυμάτων καθαρὰ προφέροντες ἐν ταῖς συνάξεσιν εἰς ἐκκλησίαν τὰ σώματα· οἱ διὰ τὸ τεκνογονεῖν, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ φιληδονεῖν, τῷ γάμῳ προσεληλυθότες. καὶ οἱ μονόγαμοι δὲ τοὺς δευτέρῳ γάμῳ συμπεριενεχθέντας μὴ ἀποδοκι-

dextræ nuper vita functi, & cædes non efficitur: omnia pulchritudinis genera coram iuuene recens mortuo tranſeat, & ſcortandi cupiditas non incenditur. Quamobrem? quia corpus ipſum per ſe non peccat, ſed anima per corpus: inſtrumentum enim corpus eſt, & tanquam animæ veſtimentum & amictus. & ſi quidem ab anima corpori ſtuprum offeratur, fit immundum: ſin ſe ad animam ſanctam applicarit, ſpiritus ſancti templum efficitur. Hæc ego non dico, ſed Paulus apoſtolus profatus eſt, *Neſcitis quod corpora veſtra, templum eſt Spiritus ſancti qui eſt in vobis?* Modeſte igitur corpore vtitor, vt ſpiritus ſancti templo: ne carnem tuam ſtupris polluas: ne macules hanc tuam pulcherrimam veſtem. Quod ſi maculaueris, nunc ablue pœnitentia, elue quandiu tempus concedit: & de continentia ſermonem in primis audias ab eis qui vitam degunt ſolitariam, & à virginum cœtu, vitam in mundo angelicam inſtituentium. Magna vobis, fratres, corona repoſita eſt: ne voluptate parua magnam dignitatem commutetis. Audite quod ait apoſtolus, *Ne quis ſcortator aut impurus ſit vt Eſau, qui vno edulio primatus ſuos vendidit.* In euangelicis libris poſthac deſcriberis, ſi tibi continentiam proponas: vide ne viciſſim deleaaris, ſi ſtupra facias. Neque vero ſi continentiam inſtituas ac præſtes, ita cæcutias vt nuptiis alligatos inſecteris. *Honorabile eſt enim connubium, & thorus immaculatus*, vt ait apoſtolus. Et tu qui caſte viuis, nonne natus es à coniugatis? non eſt enim quod, ſi poſſideas aurum, reprobes argentum: immo bene ſperent etiam ij qui matrimonio iuncti legitime nuptiis vtuntur: qui connubia legitima & non per nimiam licentiam inceſta comparant: qui ſciunt abſtinentiæ tempora, vt orationi vacent: qui cum veſtimentis pura ad ſacram communionem in eccleſia offerunt corpora: qui procreandorum liberorum cauſa, non fruendæ voluptatis, acceſſerunt ad nuptias. Nec vno matrimonio contenti eos qui ad ſecundum ſe coniecerunt, improbent.

Corpus inſtrumentum animæ.

1. Cor. 6.19

Hebr. 12.16

Nuptiæ liberorum cauſa.

Nam vt præclara res eſt & admirabilis continentia: ita veniam merentur ſecundæ etiam nuptiæ, ad quas ij
1. Cor. 7. 8 properant qui ſunt infirmi, ne fornicentur. *Bonum eſt enim eis ſi permanſerint vt & ego*, inquit apoſtolus: *ſi vero non continent ſeſe, nubant. Melius enim eſt nubere quàm vri*. Reliqua autem omnia procul ablegentur à vobis, ſtuprum, adulterium, & intemperantiæ genus omne. Conſeruetur verò corpus domino mundum, vt & dominus reſpiciat corpus: ac enutriatur alimentis; vt viuat, & abſque impedimento famuletur, non verò vt deliciis libidinibúſque ſe dedat.

DE CIBIS.

AC de cibis hæc vobis dogmata ſeruentur: quandoquidem & multi in hoc genere peccant. nam quidam ſunt qui ſine diſcrimine immolata idolis attingunt: alij abſtinent illi quidem, verum eos qui veſcũtur iis damnant: & ita varie quorundam anima in hac quæſtione de cibis inquinatur, ignorantium vtiles & commodas cum veſcendi, tum abſtinendi cauſas. Ieiunamus enim & à vino carnibuſque nos abſtinemus, non ea quaſi piacula abhorrentes, ſed mercedem expectantes, vt dum ſenſibus grata contemnimus, ſpiritali cæleſtique menſa fruamur: vtque nunc ſeminantes cum lachrimis, cum exultatione metamus in ſeculo venturo. Ne igitur paruipendas eos qui veſcuntur & ob corporum imbecillitatem aſſumunt: neque culpes qui pauco vino vtuntur, propter ſtomachum & crebras infirmitates: neque carnes vt alienas oderis: cuiuſmodi nonnullos nouerat Apoſtolus cum diceret,

Ieiunium à vino & carnibus.

1. Timot. 4. 3. *Prohibentium nuptias, abſtinentiam à cibis quos deus creauit percipiendos fidelibus cum gratiarum actione.* Qui ergo te ab his abſtines, non quaſi ab abominandis & nefariis abſtine, alioqui mercede cares: ſed cum bona ſint, prætermitte ob illa ſpiritalia meliora tibi propoſita. Animum tuum obfirma, ne quid vnquam edas eorum

μαζέτωσαν· καλὸν μὲν γὰρ ἡ ἐγκράτεια καὶ θαυμάσιον· συγγνωστὸν δὲ καὶ τῷ δευτέρῳ γάμῳ προσελθεῖν, ἵνα μὴ πορνεύσωσιν οἱ ἀσθενεῖς· καλὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ, φησὶν ὁ ἀπόστολος· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἐξοριζέσθω μακράν, πορνεία, μοιχεία, καὶ πᾶν δὲ τῆς ἀκολασίας εἶδος· τετηρήσθω δὲ τὸ σῶμα [τῷ κυρίῳ καθαρόν, ἵνα καὶ ὁ κύριος ἐπιβλέψῃ τῷ σώματι· τρεφέσθω δὲ τὸ σῶμα] σιτίοις, ἵνα ζῇ, καὶ ἀνεμποδίστως ὑπηρετῇ· οὐ μὴν ἵνα πρὸς τρυφὰς ἐκδοθῇ.

ΠΕΡΙ ΒΡΩΜΑΤΩΝ.

ΚΑΙ περὶ βρωμάτων ἔστω ὑμῖν ταῦτα τὰ δόγματα· ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ περὶ τὰ βρώματα πταίουσιν· οἱ μὲν γὰρ τοῖς εἰδωλοθύτοις ἀδιαφόρως προσέρχονται· οἱ δὲ ἀσκοῦσι μέν, καταχρίνουσι δὲ τοὺς ἐσθίοντας, καὶ διαφόρως ἐν τῷ περὶ βρωμάτων λόγῳ τισὶν ἡ ψυχὴ μολύνεται, ἀγνοούντων τοῦ ἐσθίειν, καὶ μὴ τὰς ἐπωφελεῖς αἰτίας· νηστεύομεν γὰρ, οἴνου τε καὶ κρεῶν ἀπεχόμενοι, οὐχ ὡς βδελύγματα μισοῦντες, ἀλλὰ τὸν μισθὸν προσδοκῶντες, ἵνα αἰσθητῶν ὑπεριδόντες, ἀπολαύσωμεν πνευματικῆς καὶ νοητῆς τραπέζης· καὶ ἵνα νῦν σπείραντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θερίσωμεν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. μὴ τοίνυν καταφρόνει τῶν ἐσθιόντων, καὶ διὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀσθένειαν μεταλαμβανόντων. μηδὲ ψέγε τοὺς ὀλίγῳ οἴνῳ χρωμένους, διὰ τὸν στόμαχον καὶ τὰς πυκνὰς ἀσθενείας· μήτε ὡς ἀλλότρια μίσει τὰ κρέα· οἶδε γὰρ τινὰς τοιούτους ὁ ἀπόστολος λέγων, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς. ἀπεχόμενος τοίνυν τούτων, μὴ ὡς βδελυκτῶν ἀπέχου, ἐπεὶ μισθὸν οὐκ ἔχεις· ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων, ὑπερφρόνει διὰ τὰ προκείμενα νοητὰ κάλλιονα· ἀσφάλισαί σου τὴν ψυχήν, μή ποτέ τι φάγῃς τῶν τοῖς

εἰδώλοις προσενεχθέντων· περὶ γὰρ τούτων οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ταύτης τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ σπουδὴ γέγονε· καὶ γράφουσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καθολικὴν ἐπιστολὴν, προηγουμένως τῶν εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι· ἔπειτα δὲ καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ· πολλοὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων θηριώδεις ὄντες καὶ κυνῶν δίκην ζῶντες, τὸ μὲν αἷμα λάπτουσιν ἀγριωτάτων θηρίων τρόπον· τὰ πεπνιγμένα δὲ κατεσθίουσιν ἀφειδῶς· σὺ δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἐσθίων, ἔχε τὸ μετ' εὐλαβείας ἐσθίειν· καὶ περὶ μὲν βρωμάτων αὐτάρκως· ἔνδυσις δέ σοι λιτὴ περικείσθω, μὴ πρὸς καλλωπισμὸν, ἀλλὰ πρὸς ἀναγκαίαν σκέπην· μηδὲ ἵνα χαυνωθῆς, ἀλλ' ἵνα ἐν χειμῶνι θερμανθῆς, καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀσχημοσύνην καλύπτῃς· μὴ προφάσει τοῦ τὴν ἀσχημοσύνην καλύπτειν ταῖς περιέργοις στολαῖς, εἰς ἑτέραν ἀσχημοσύνην ἐμπέσῃς.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

ΦΕΙΔΟΥ μοι παρακαλῶ τοῦ σώματος τούτου, καὶ γίνωσκε ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσῃ μετὰ τοῦ σώματος τούτου κριθησόμενος. εἰ δέ σοι τῆς ἀπιστίας λόγος ὑπεισέρχεται, ὡς ἀδυνάτου τοῦ πράγματος τυγχάνοντος, ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν σκόπει τὰ μὴ φαινόμενα· σὺ αὐτὸς εἰπέ μοι, πρὸ ἑκατὸν ἢ πλεῖον ἐτῶν, λόγισαι ποῦ ἦσθα· ἐκ ποίας δὲ σμικροτάτης καὶ εὐτελεστάτης ὑποστάσεως, εἰς τοσοῦτον ἡλικίας μέγεθος, καὶ τοσαύτην ὡραιότητος ἀξίαν κατέστης· εἶτα, ὁ τὸ μὴ ὂν εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, τὸ ὂν ἤδη, καὶ διαπεσὸν αὖθις, ἤδη ἀναστῆσαι οὐ δύναται; ὁ τὸν δι' ἡμᾶς σπειρόμενον σῖτον κατ' ἐνιαυτὸν, νεκρούμενον ἐγείρων; ἆρα ἡμᾶς αὐτοὺς δι' οὓς κἀκεῖνος ἐγήγερται, δυσκόλως ἀναστήσει; ὁρᾷς ὅπως τὰ δένδρα νῦν ἐπὶ τοσούτοις μησὶν ἄκαρπα καὶ ἄφυλλα καθέστηκεν, ἀλλὰ ὅλα τοῦ χειμῶνος παρελθόντος, αὐτόθι ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἀναβιοῖ; οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς εὐκοπώτερον ἀναζήσομεν; ῥάβδος Μωσέως εἰς φύσιν

quæ ſint idolis oblata: Nam de his non mihi ſolum, ſed etiam apoſtolis & Iacobo huius eccleſiæ olim epiſcopo curæ fuit. ſcribúntque apoſtoli & ſeniores omnibus gentibus communem catholicam epiſtolam, vt in primis idolothytis abſtineant: deinde & ſanguine atque ſuffocato. Nam hominum multi feri & immanes, moréque canino viuentes, ſanguinem lambunt, agreſtium & ferocium belluarum inſtar, ſuffocata deuorant abunde. Tu autem Chriſti ſeruus comedens, reuerentia modeſtiáque adhibita comede. Ac de cibis quidem ſatis. De veſtitu autem is tibi ſimplex & tenuis eſto, nec ad ornatum, ſed ad neceſſariam tutelam paratus: nec vt laxe mollitérque veſtiaris, ſed vt hieme caleſcas, & corporis pudenda tegas. Ne vero prætextu tegendæ turpitudinis, veſtibus operoſis & accuratis, in alteram turpitudinem incurras.

Amictus ſaltem ad neceſſitatem.

DE RESVRRECTIONE.

PARCE ac modice quæſo corpus hoc tractes, & intellige te cum hoc corpore iudicandum à mortuis excitatum iri. Si vero diffidentiæ quædam occaſio te ſubeat, quaſi fieri res non poſſit, de rebus quæ te circundant, eas quæ non adparent conſiderato. Tu ipſe agedum ante centum aut plures annos, reputa tecum vbinam eras: & ex quali & quam minima viliſſimáque ſubſtantia, ad tantam ſtaturæ magnitudinem, & talem pulchritudinis dignitatem perueneris. Anne qui quod non erat vt eſſet fecit, quod iam eſt & rurſus excidit, vt iam reſurgat efficere non poteſt? Qui ſatum propter nos frumentum ſingulis annis renouatum exuſcitat: nos ipſóſne in quorum gratiam ipſe reſurrexit, difficulter & ægre ſuſcitabit? Vides vt arbores nunc tot menſibus ſine fructu, ſine foliis permaneant: vniuerſæ tamen hieme præterita, confeſtim quaſi ex mortuis reuiuiſcant? Nonne multo magis nos & facilius ad vitam redibimus? Virga Moſis in ſerpentis

diſſentaneam naturam mutata eſt dei voluntate: & homo delapſus, de integro in ſuum ipſius ſtatum non reſtauratur? Ne ad ea quæ nonnulli dicunt aduertas animum, quod hoc corpus non ſuſcitetur, ſuſcitatur enim: quod Eſaias teſtificatur inquiens, *Reſurgent mortui, & excitabuntur qui ſunt in monumentis: & multi de terræ tumulo dormientium, in vitam æternam, & hi in ignominiam æternam.* Ceterum reſurgere omnium cõmune eſt hominum: verum non ſimilis erit omnibus reſurrectio. Nam omnes quidem æterna ſumimus corpora, ſed non omnes ſimilia. Iuſti enim, vt in perpetuum cum angelis exultent: peccatores vero, vt ſempiternum peccatorum luant ſupplicium. Idcirco ſua humanitate dominus anticipans, per pœnitentiam redemptionem conceſſit, vt magna parte peccatorum, vel potius onere toto depoſito abiectóque, & ſancti ſpiritus gratia ſigno aſſumpto, æternæ vitæ hæredes fiamus. Verum cum de lauacro iam antea dixerimus ſatis, poſthac ad ea quæ ſuperſunt primarum inſtitutionum documenta redeamus.

DE SACRA SCRIPTVRA.

EA verò docent nos à deo inſpiratæ veteris ac noui teſtamenti ſcripturæ. Vnus enim eſt duorum teſtamentorum deus, qui Chriſtum in nouo manifeſtatum, in veteri prænunciauit: qui per legem & prophetas ad Chriſtum quaſi pædagogus deduxit. Nam antequam fides veniſſet, ſub lege cuſtodiebamur: léxque noſter pædagogus fuit & ductor ad Chriſtum. Si quando vero aliquem ex hæreticis audieris, conuitiis legem inſectantem aut prophetas, oppone ſalutarem illam vocem, inquiens, Non venit Ieſus vt ſoluat legem, ſed vt adimpleat. Diſce quoque ſtudioſe ab eccleſia, quinam ſint veteris teſtamenti libri, qui vero noui: neque mihi legas quicquam apocryphorum. qui enim ea quæ omnibus confeſſa ſunt neſcis, quid fruſtra te

Apocrypha non legẽda.

ὄφεως

ὄφεως ἀνοίκειον, βουλῇ θεοῦ μετεβλήθη· καὶ ἄνθρωπος ὁ πεσὼν [εἰς θάνατον] πάλιν εἰς ἑαυτὸν οὐκ ἀποκαθίσταται; μὴ πρόσεχε τοῖς λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα τοῦτο· ἐγείρεται γάρ· καὶ μάρτυς Ἡσαΐας λέγων, Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ γῆς χώματος καθευδόντων, εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ οὗτοι, εἰς αἰσχύνην αἰώνιον. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναστῆναι, πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων· οὐχ ὁμοία δὲ πᾶσιν ἡ ἀνάστασις· πάντες μὲν γὰρ αἰώνια λαμβάνομεν τὰ σώματα, ἀλλ' οὐχ ὅμοια ἅπαντες· οἱ δίκαιοι μὲν γὰρ, ἵνα διαιωνίζοντες ἀγγέλοις συγχορεύωσιν· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἵνα εἰς αἰῶνας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὴν βάσανον. διὰ τοῦτο προλαβὼν κατὰ φιλανθρωπίαν ὁ κύριος, λουτρὸν μετανοίας ἔδωκεν, ἵνα τὸ πολὺ τῶν ἁμαρτιῶν, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν φορτίον ἀπορρίψαντες, καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὴν σφραγῖδα λαβόντες, κληρονόμοι γενώμεθα ζωῆς αἰωνίου. ἀλλὰ περὶ τοῦ λουτροῦ πρῴην αὐτάρκως εἰρηκότες, ἐπὶ τὰ λείποντα τῶν εἰσαγωγικῶν μαθημάτων λοιπὸν ἐπανέλθωμεν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ.

Ταῦτα δὲ διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεόπνευστοι γραφαὶ τῆς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης· εἷς γάρ ἐστιν ὁ τῶν δύο διαθηκῶν θεός, ὁ τὸν ἐν τῇ καινῇ φανέντα χριστὸν, ἐν τῇ παλαιᾷ προκαταγγείλας· ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν εἰς χριστὸν παιδαγωγήσας· πρὸ γὰρ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα· καὶ ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς χριστόν. κἂν ποτε τῶν αἱρετικῶν ἀκούσῃς τινὸς βλασφημοῦντος νόμον ἢ προφήτας, ἀντίφθεγξαι τὴν σωτήριον φωνὴν λέγων· Οὐκ ἦλθεν Ἰησοῦς καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· καὶ φιλομαθῶς ἐπίγνωθι παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ποῖαι μέν εἰσιν αἱ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βίβλοι, ποῖαι δὲ τῆς καινῆς· καί μοι μηδὲν τῶν ἀποκρύφων ἀναγίνωσκε· ὁ γὰρ τὰ παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμενα μὴ εἰδώς,

ἢ περὶ τὰ ἀμφιβαλλόμενα ταλαιπωρῇς μάτην. ἀναγίνωσκε τὰς θείας γραφάς, τὰς εἴκοσι δύο βίβλους τῆς παλαιᾶς διαθήκης, τὰς ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνευτῶν ἑρμηνευθείσας. Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ Μακεδόνων βασιλέως τελευτήσαντος, καὶ τῆς βασιλείας εἰς τέσσαρας διαιρεθείσης ἀρχάς, εἴς τε τὴν Βαβυλωνίαν καὶ τὴν Μακεδονίαν, Ἀσίαν τε καὶ τὴν Αἴγυπτον, εἷς τῶν τῆς Αἰγύπτου βασιλευόντων, Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, φιλολογώτατος γενόμενος βασιλεύς, τὰς κατὰ πανταχοῦ βίβλους συναθροίζων, παρὰ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τοῦ τῆς βιβλιοθήκης προνοοῦντος, περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν θείων γραφῶν ἐπακούσας, καὶ πολὺ κάλλιον κρίνας, οὐ παρὰ ἀκόντων ἀναγκαστῶς τὰ βιβλία κτήσασθαι, ἀλλ' ἐξιλεώσασθαι δώροις μᾶλλον καὶ φιλίᾳ τοὺς ἔχοντας. καὶ γινώσκων ὅτι τὸ μὲν ἀναγκαστὸν δολοῦται, πολλάκις ἀπροαιρέτως διδόμενον· τὸ δὲ ἐκ προαιρέσεως διδόμενον, σὺν ἀληθείᾳ τοῖς πᾶσι δωρεῖται, Ἐλεαζάρῳ τῷ τότε ἀρχιερεῖ, πλεῖστα δῶρα πέμψας εἰς τὸν ἐνταῦθα τῶν Ἱεροσολύμων ναόν, ἓξ κατὰ φυλὴν τῶν δώδεκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἑρμηνείαν ἐποίησεν ἀποστεῖλαι· εἶτα καὶ τοῦ θείας εἰ μὴ τὰς βίβλους εἶναι λαμβάνων ἀπόπειραν· καὶ τὸ μὴ συνδυάσαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἀποσταλέντας ὑποπτεύσας, ἐν τῇ λεγομένῃ Φάρῳ τῇ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν κειμένῃ, τῶν παραγενομένων ἑρμηνευτῶν, ἑκάστῳ ἴδιον οἶκον ἀπονείμας, ἑκάστῳ πάσας τὰς γραφὰς ἐπέτρεψεν ἑρμηνεῦσαι. τούτων δὲ ἐν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἡμέραις πληρωσάντων τὰς ὁμοῦ πάντων ἑρμηνείας κατὰ διαφόρους οἴκους ἀλλήλοις μὴ προσιέντες, ἐποίησεν τὸ συνάγειν ἐπὶ τὸ αὐτό. οὐ μόνον ἐν νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν λέξεσιν εὗρεν συμφωνούσας· οὐ γὰρ εὑρεσιλογία καὶ κατασκευὴ σοφισμάτων ἀνθρωπίνων ἦν τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου ἡ τῷ ἁγίῳ πνεύματι λαληθεισῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο. τούτων τὰς εἴκοσι δύο βίβλους ἀναγίνωσκε· πρὸς δὲ τὰ ἀπόκρυφα μηδὲν ἔχε κοινόν. ταύτας μόνας μελέτα σπουδαίως, ἃς καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ μετὰ παρρησίας ἀναγινώσκομεν. πολύ σου φρονιμώτεροι ἦσαν οἱ

in iis crucias ac miſere torques quæ dubia ſunt & controuerſa? diuinas lege ſcripturas, veteris teſtamenti libros viginti duos. quos ſeptuaginta duo interpretes tranſtulerunt. Alexandro enim Macedonum rege mortuo, & regno eius in principatus quatuor diuiſo, in Babylonicum, Macedonicum, Aſiaticum, & Ægyptium, Ptolemæus Philadelphus, vnus eorum qui regnarunt in Ægypto, litterarum ſtudioſiſſimus rex, vndique libros colligens, à Demetrio Phalereo, bibliothecæ præfecto, cum de legis & diuinorum prophetarum ſcriptis audiſſet, multóque præclarius cenſeret, non ab inuitis & vi coactis libros parare, ſed donis potius & amicitia poſſeſſores conciliare: ſciretque quicquid vi extortum eſſet, adulteratum iri, ſæpenumero temere traditum: quod vero ſponte conſultóque daretur, ſincerum verumque ab omnibus concedi præſtaríque, ab Eleazaro tum temporis pontifice maximo, plurimis donis miſſis ad Hieroſolymorum templum, ſenos de ſingulis duodecim tribubus Iſraël ad ſe mitti qui libros interpretarentur, impetrauit: deinde cum experiretur libros non eſſe niſi diuinos, prouidénſque ne inter ſe miſſi communicarent, in loco qui Pharus dicitur ſecus Alexandriam ſita, ſingulis interpretum ſuam cuique ac propriam domum tribuit, ſinguliſque vniuerſa ſcripta præcepit vt interpretarentur. Vbi vero hi ſeptuaginta duorum dierum ſpacio, omnium ſimul interpretationes compleuiſſent in diuerſis ædibus, inter ſe nihil conferentes, in locum eundem conuenerunt: & non modo ſenſibus, verumetiam verbis reperit conſentientes. Non enim orationis facundia, & ſapientiæ humanæ commento negocium gerebatur, ſed à ſpiritu ſancto diuinarum ſcripturarum, quas ſpiritus ſanctus profatus erat, interpretatio conficiebatur. Horum libros lege duos atque viginti: nihilque cum apocryphis habeto commune. Hos ſolos ſtudioſe meditare, quos & in Eccleſia ſecure tutóque recitamus. Multo prudentiores te erant

diuina 70. interpretũ interpretatio.

apoſtoli, veteréſque illi epiſcopi, eccleſiæ antiſtites qui hos tradiderunt. Tu ergo filius eccleſiæ cum ſis, ne leges inſtitutáque patrum euertas corrumpáſve. Ac veteris quidem inſtrumenti ſicut diximus, vigintiduos libros meditare, quos ſi diſcendi ſtudio teneris, me nominatim enumerante da operam vt memineris. Legis enim primi Moſis quinque libri ſunt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. deinde Ieſus filius Naue, Iudicum vna cum Ruth, liber ſeptimus numero: reliquorum autem hiſtoricorum librorum primus & ſecundus Regnorum, vnus liber eſt Hebræis: vnus item tertius & quartus: ſimilitérque apud eos Paralipomenon primus & ſecundus, vnus eſt liber. Eſdræ etiam primus & ſecundus, vnus eſt liber. Eſdræ etiam primus & ſecundus, vnus reputatur. Eſther duodecimus liber eſt. & hi quidem hiſtorici ſunt. Scripti autem verſibus ſunt quinque, Iob, liber Pſalmorum, Prouerbia, Eccleſiaſtes, & Canticum canticorum, qui liber eſt ſeptimus ac decimus. accedunt ad hos, quinque prophetici, duodecim prophetarum liber vnus, Eſaiæ vnus, & Ieremiæ cum Baruch, lamentationibus & epiſtola: deinceps Ezechiel: tum Daniel, qui viceſimus ſecundus eſt veteris teſtamenti. Noui autem teſtamenti ſunt, quatuor euangelia: nam cetera falſo inſcripta ſunt & noxia. ſcripſerunt & Manichæi ſecundum Thomam Euangelium: quod euangelicæ appellationis fragrantia coloratum, ſimpliciorum animos corrumpit. Accipe autem & duodecim apoſtolorum acta: & inſuper catholicas epiſtolas ſeptem, Iacobi, Petri, Iohannis & Iudæ: deinde quod obſignat omnia poſtremúmque eſt diſcipulórum opus, Pauli quatuordecim epiſtolas. Reliqua omnia extranea ſecundóque loco habeantur: & quæ in eccleſiis non leguntur, ea omnia neque per te legas quemadmodum audiſti. Ac de his quidem hactenus. Fuge etiam diabolicam omnem actionem, neque draconi & apoſtatæ credas, qui ex bona natura conſulto ſpon-

ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἐπίσκοποι, οἱ τῆς ἐκκλησίας προστάται, οἱ ταύτας παραδόντες· σὺ οὖν τέκνον τῆς ἐκκλησίας ὤν, μὴ παραχάραττε τοὺς θεσμούς· καὶ τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης, ὡς εἴρηται, τὰς εἴκοσι δύο μελέτα βίβλους, ἃς εἰ φιλομαθὴς τυγχάνεις, ἐμοῦ λέγοντος ὀνομαστὶ μεμνῆσθαι σπούδασον· τοῦ νόμου μὲν γάρ εἰσιν αἱ Μωσέως πρῶται πέντε βίβλοι, γένεσις, ἔξοδος, λευιτικὸν, ἀριθμοὶ, δευτερονόμιον· ἑξῆς δὲ, Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ, καὶ τὸ τῶν κριτῶν μετὰ τῆς Ῥοὺθ, βιβλίον ἕβδομον ἀριθμούμενον. τῶν δὲ λοιπῶν ἱστορικῶν βιβλίων, πρώτη καὶ δευτέρα τῶν βασιλειῶν, μία παρ' Ἑβραίοις ἐστὶ βίβλος· μία δὲ καὶ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη· ὁμοίως δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τῶν παραλειπομένων ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα, μία τυγχάνει βίβλος, καὶ τοῦ Ἔσδρα ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα, μία λελόγισται· δωδεκάτη βίβλος ἡ Ἐσθήρ. καὶ τὰ μὲν ἱστορικὰ ταῦτα· τὰ δὲ στιχηρὰ τυγχάνει πέντε, Ἰὼβ, καὶ βίβλος ψαλμῶν, καὶ παροιμίαι, καὶ ἐκκλησιαστὴς, καὶ ᾆσμα ᾀσμάτων, ἑπτακαιδέκατον βιβλίον· ἐπὶ δὲ τούτοις τὰ προφητικὰ πέντε· τῶν δώδεκα προφητῶν μία βίβλος, καὶ Ἡσαΐου μία, καὶ Ἱερεμίου μετὰ Βαροὺχ καὶ θρήνων καὶ ἐπιστολῆς· εἶτα Ἰεζεκιὴλ· καὶ ἡ τοῦ Δανιὴλ εἰκοστηδευτέρα βίβλος τῆς παλαιᾶς διαθήκης. τῆς δὲ καινῆς διαθήκης, τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· τὰ δὲ λοιπὰ ψευδεπίγραφα καὶ βλαβερὰ τυγχάνουσιν. ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον ὅπερ ὥσπερ εὐωδίᾳ τῆς εὐαγγελικῆς προσωνυμίας, διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων. δέχου δὲ καὶ τὰς πράξεις τῶν δώδεκα ἀποστόλων· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ Ἰακώβου, καὶ Πέτρου, Ἰωάννου, καὶ Ἰούδα καθολικὰς ἐπιστολάς· ἐπισφράγισμα δὲ τῶν πάντων καὶ μαθητῶν τὸ τελευταῖον, τὰς Παύλου δεκατέσσαρας ἐπιστολάς· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἔξω κείσθω ἐν δευτέρῳ. καὶ ὅσα μὲν ἐν ἐκκλησίαις μὴ ἀναγινώσκεται, ταῦτα μηδὲ κατὰ σαυτὸν ἀναγίνωσκε καθὼς ἤκουσας. καὶ περὶ μὲν τούτων, ταῦτα. φεῦγε δὲ πᾶσαν διαβολικὴν ἐνέργειαν, καὶ μὴ πείθου τῷ δράκοντι τῷ ἀποστάτῃ, ὃς ἐξ ἀγαθῆς ὑποστάσεως, αὐτοπροαίρετον ἔσχε τὴν

μεταβολήν. ὃς ἀναπεῖσαι μὲν δύναται τοὺς θέλοντας· ἀναγκάσαι δὲ οὐδένα· καὶ μήτε ἀστρολογίαις, μήτε ὀρνεοσκοπίαις, μήτε κληδόσι πρόσεχε, μηδὲ ταῖς μυθώδεσι τῶν ἑλλήνων μαντείαις, φαρμακίαν καὶ ἐπαοιδίαν, καὶ τὰ νεκυομαντειῶν παρανομώτατα πράγματα, μηδὲ μέχρις ἀκοῆς παραδέχου. ἀπόστηθι παντὸς ἀκολασίας εἴδους, μήτε γαστριμαργῶν, μήτε φιληδονῶν, ὑπεράνω τε φιλαργυρείας ἁπάσης καὶ τοῦ τοκίζειν βουλόμενος. μήτε δὲ θεωριῶν ἐθνικοῖς ἀθροίσμασι παράβαλλε, μηδὲ ἐπιδέσμασιν ἐν νόσοις χρήσῃ ποτέ· ἀποστρέφου δὲ πᾶσαν καὶ τὴν τοῦ καπηλεύειν τὴν χυδαιότητα· πάσης σαββάτων παρατηρήσεως ἀπόστηθι· καὶ τὸ κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν τι εἶναι τῶν ἀδιαφόρων βρωμάτων· ἐξαιρέτως δὲ μίσει πάντα τὰ συνέδρια τῶν παρανόμων αἱρετικῶν. καὶ παντοίως τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ἀσφαλίζου, νηστείαις προσέχων, ἐλεημοσύναις, καὶ θείων λογίων ἀναγνώσμασιν, ἵνα μετὰ σωφροσύνης καὶ δογμάτων εὐσεβῶν τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιώσας χρόνον τῆς μιᾶς τοῦ λουτροῦ σωτηρίας ἀπολαύσῃς, στρατολογηθεὶς τε οὕτως ἐν οὐρανίαις στρατιαῖς, τῷ πατρὶ καὶ θεῷ· καὶ τῶν οὐρανίων καταξιωθεὶς στεφάνων, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

téque ſua mutatus eſt : qui ſollicitare quidem poteſt volentes, cogere neminem valet. Neque aſtrologorum prædictionibus, neque auguriis, neque ominibus attendas, neque fabuloſis gentilium vaticiniis. Veneficiúm, incantationem, euocationéſque Manum nefandiſſimas quas ΝΕΚΥΟΜΑΝΤΕΙΑΣ appellant, ne auditu quidem admittas. Ab intemperantiæ omni genere abſtineto; neque gulæ parens, neque voluptates ſectans, omni auaritia ſuperior, & à fœnore alienus. Neque vero ſpectaculorum ethnicos cœtus adeas, neque ad amoliendos morbos vnquam incantamentis vtaris. Auerſare quoque omnem illam cauponum vilitatem. Reiice ſabbatorum omnem obſeruationem: & ne quid ciborum indifferentium dixeris profanum immundúmve. Præcipue autem oderis omnia perfidorum hæreticorum conuenticula: & modis omnibus animum tuum obfirma, ieiuniis incumbens, eleemoſynis, & diuinorum oraculorum lectionibus, vt in temperantia dogmatibúſque piis reliquum vitæ tempus dum in corpore peregeris, vna lauacri ſalute fruaris, & inter cœleſtes exercitus conſcriptus à patre ac deo, & cæleſtibus coronis donatus, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Aſtrologia & diuinatio vitanda.

Ieiuniis & eleemoſynis anima munitur.

CATECHESIS QVINTA ILLVMINAtorum Hieroſolymis ex tempore dicta, De Fide. Et lectio, ex epiſtola ad Hebræos: Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, &c.

QVANTAM vobis dignitatem contulerit Dominus, ab ordine catechumenorum ad fideles tranſlatis, Paulus Apoſtolus aſſiſtens, dicit: *Fidelis*
1.Cor.1.9. *Deus, per quem vocati eſtis in participationem filij eius.* Deo, fidelis nomine, vocato, & tu hanc eandem accipis appellationem, magnamq; accipis dignitatem. Quemadmodum enim Deus bonus & iuſtus vocatur, & omnipotens, & opifex vniuerſorum: ſic & fidelis. Cogita ergo in quantam proueheris dignitatem, cùm diuinæ eris futurus particeps appellationis. Hic igitur deinceps quærite, vt fidelis inter vos aliquis ſecundùm conſcientiam reperiatur. Virum enim fidelem inuenire, hoc opus, hic labor eſt. Non vt demonſtres mihi conſcientiam: neque enim ab humano die iudicandus es: ſed vt Deo ſynceritatem fidei oſtendas, qui ſcrutatur corda & renes, & cognoſcit hominum cogitationes. Magnum quiddam eſt, vir fidelis, omníque diuite ditior. Fidelis enim viri eſt, vniuerſus mundus diuitiarum, qui poſſit contemnere ipſas, & conculcare. Nam qui ad apparentiam diuites ſunt, multáque poſſident, in anima pauperes ſunt Quantò plura enim congregant, tantò magis eorum, quæ deſunt, concupiſcentia tabeſcunt Fidelis autem vir, quod eſt maximè paradoxon, in paupertate diues eſt. Sciens enim, quòd tantum habere neceſſe eſt, quibus tegamur, & veſcamur, & his contentus, ſpernit diuitias. Neque verò apud nos tantùm, qui ſic appellamur, magnum quid fides eſt: verùm etiam omnia quæcunque in

Fidelis, cognomen eſt Dei.

Diuites ſunt pauperes in anima.

κόσμῳ

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Ε'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, περὶ πίστεως. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους, ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΗΛΙΚΟΝ ὑμῖν ἀξίωμα δίδωσιν ὁ κύριος ἀπὸ κατηχουμένων τάγματος εἰς τὸ τῶν πιστῶν μεταθεμένοις, Παῦλος ὁ ἀπόστολος παριστάς, φησι. πιστὸς ὁ θεὸς δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ· θεοῦ γὰρ πιστοῦ καλουμένου, καὶ σὺ ταύτην τὴν προσηγορίαν λαμβάνεις, μέγα λαμβάνων ἀξίωμα. ὥσπερ γὰρ καλεῖται θεὸς ἀγαθός, καὶ δίκαιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, οὕτω καὶ πιστός. λόγισαι τοίνυν εἰς ὁποῖον ἀξίωμα ἀναβαίνεις, θεοῦ μέλλων προσηγορίας γίνεσθαι κοινωνός. ὧδε οὖν ζητεῖτε λοιπόν, ἵνα τὶς ὑμῶν πιστὸς ἐκ συνειδήσεως εὑρεθῇ· ἄνδρα γὰρ πιστὸν ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν. οὐχ ἵνα ἐμοὶ δείξῃς σου τὴν συνείδησιν· οὐ γὰρ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας ἀνακρίνεσθαι μέλλεις· ἀλλ' ἵνα τῷ θεῷ δείξῃς τῆς πίστεως τὸ ἄδολον, τῷ ἐτάζοντι νεφροὺς καὶ καρδίας, καὶ γινώσκοντι τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων. μέγα τι πρᾶγμα ἐστὶ πιστὸς ἀνήρ, παντὸς πλουσίου τυγχάνων πλουσιώτερος· τοῦ πιστοῦ γὰρ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τὸ ὑπερφρονεῖν αὐτὰ καὶ καταπατεῖν· οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ φαινόμενον πλουτοῦντες, καὶ πολλὰ κεκτημένοι, πένητές εἰσι τὴν ψυχήν· ὅσῳ γὰρ πολλὰ συνάγουσι, τοσούτῳ τῇ τῶν λειπόντων ἐπιθυμίᾳ τήκονται· ὁ δὲ πιστὸς ἀνήρ, τὸ παραδοξότατον, ἐν πενίᾳ πλουτεῖ· εἰδὼς γὰρ ὅτι δεῖ μόνον ἔχειν σκεπάσματα, καὶ τροφάς, καὶ τούτοις ἀρκούμενος πεπάτηκε τὸν πλοῦτον. καὶ οὐ παρ' ἡμῖν γε μόνοις τοῖς τὴν τοῦ χριστοῦ προσηγορίαν ἔχουσιν, μέγα τὸ τῆς πίστεώς ἐστιν ἀξίωμα· ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ

κόσμῳ τελούμενα· καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων τῆς ἐκκλησίας τῇ πίστει τελεῖται. πίστει τοὺς ἀπεξενωμένους γαμικοὶ νόμοι συνάπτουσιν εἰς ταυτόν. καὶ ἄνθρωπος ἀλλότριος σωμάτων καὶ χρημάτων διὰ τὴν ἐν γαμικοῖς συμβολαίοις πίστιν γίνεται κοινωνός. πίστει καὶ γεωργία συνίσταται· ὁ γὰρ μὴ πιστεύων λήψεσθαι καρποφορίαν, οὐχ ὑπομένει τοὺς καμάτους. πίστει θαλαττοπλόοντες ἄνθρωποι, μικροτάτῳ ξύλῳ πιστεύσαντες, τὴν ἄστατον τῶν κυμάτων φορὰν τοῦ στερροτάτου στοιχείου τῆς γῆς ἀντικαταλλάττονται, ἀδήλοις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες ἐλπίσι. καὶ πάσης ἀγκύρας ἀσφαλεστέραν ἐπαγόμενοι τὴν πίστιν. κατὰ πίστιν τοίνυν συνέστηκε τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ οὐ παρ' ἡμῖν μόνοις τοῦτο πεπίστευται, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν, καθὼς εἴρηται. κἂν γὰρ μὴ δέχωνται τὰς γραφὰς, οἰκεῖα δέ τινα προσφέρουσι διδάγματα, πίστει κἀκεῖνα παραδέχονται. ἐπὶ τὴν πίστιν ὑμᾶς τὴν ἀληθῆ καλεῖ, καὶ ἡ σήμερον ἀνάγνωσις γενομένη, τὴν ὁδὸν ὑμᾶς παραστήσασα πῶς δεῖ τῷ θεῷ καὶ ὑμᾶς εὐαρεστῆσαι. πότε γὰρ προσαθήσεται ἄνθρωπος δουλεῦσαι τῷ θεῷ, μὴ πιστεύων ὅτι γίνεται μισθαποδότης; πότε παρθενεύσει κόρη, ἢ καὶ σωφρονήσει νέος, μὴ πιστεύων ὅτι τῆς ἁγνείας ἀμάραντός ἐστι στέφανος; ὀφθαλμὸς πάσης συνειδήσεώς ἐστι φωτιστικὸς ἡ πίστις, καὶ συνέσεως ἐμποιητικός· λέγει γὰρ ὁ προφήτης, καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. ἐμφράττει στόματα λεόντων ἡ πίστις κατὰ τὸν Δανιήλ. φησὶν ἡ γραφὴ περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἀνηνέχθη Δανιὴλ ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ πᾶσα διαφθορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσεν ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. ἔστι τι τοῦ διαβόλου δεινότερον; ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῦτον οὐδὲν ἕτερον ὅπλον ἔχομεν, ἢ τὴν πίστιν, ἀσώματον θυρεὸν κατ' ἐχθροῦ μὴ φαινομένου. ἀποστέλλει μὲν γὰρ βέλη ποικίλα, καὶ κατατοξεύει ἐν σκοτομήνῃ τοὺς μὴ νήφοντας. ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ φαίνεται ὁ ἐχθρὸς, περίβλημα κραταιὸν ἔχομεν τὴν πίστιν, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα, ἐν πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. πεπυρωμένον πολλάκις βέλος ἐπιθυμίας αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἐκ διαβόλου πέμπεται, ἀλλ' ἡ πίστις.

mundo geruntur, & quæ ab his, qui ſunt extra eccleſiam peraguntur, in fide conſiſtunt. Fide ſunt leges nuptiales, quæ diuerſos in idem copulant, & homo alienus, per eam, quæ eſt in contractibus ſponſalitiis, fidem, corporum & pecuniarum particeps efficitur. Fide etiam conſiſtit agricultura: niſi enim crederet vſumfructum ſeſe percepturum, non ſuſtineret eos labores. Fideles & hi, qui nauigant in mari: exiguo enim ligno credentes, inſtabilem fluctuum agitationem, ſæuiſſimi elementi, pro terra commutant, & incertæ ſpei ſeſe exponunt, & omni anchora tutiorem circumferunt fidem. Per fidem itaque plæraque omnia conſiſtunt humana negotia, idque non tantùm apud nos ſic creditur, verùm etiam apud eos, vt dictum eſt, qui ſunt extrà. Quamuis enim non recipiant ſcripturas: ſed ſuas quaſdam proferant ordinationes, fide etiam illa recipiuntur. Ad fidem veram nos vocat, & hodierna lectio, viamque nobis præparat, quomodò oporteat & nos placere Deo. Quando enim acceſſerit homo ad ſeruiendum Deo, non credens illum futurum remuneratorem? Quomodò continebit puella, & iuuenis ſibi temperabit, ſi non crediderit, immarceſcibilem eſſe caſtitatis coronam? Oculus omnem illuminans conſcientiam eſt fides, & intelligentiam efficiens. Dicit enim Propheta: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Obſtruit fides ora leonum, ſicut de Daniele ſcriptura dicit: *Quòd extractus eſt Daniel ex fouea, & nulla læſio apparuit in illo, eò quòd crederet Deo ſuo.* Eſt ne quicquam Diabolo horribilius? ſed aduerſus hunc arma alia habemus nulla, niſi fidem. Scutum incorporeum, aduerſus hoſtem inuiſibilem. Emittit enim varia tela, & configit in tenebris non vigilantes. Sed cum non apparet hoſtis, pallium habemus firmum, fidem, quemadmodum Apoſtolus dicit: *In omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo omnia tela inimici ignea extinguatis.* Ignitum ſæpè telum, turpis voluptatis concupiſcentia, à diabolo emittitur, ſed fides ſubiiciens

Fide omnia in mundo conſiſtunt.

Caſtitatis incorrupta corona.

Fides intellectum illuminat.

Iſa. 7. 9.

Dan. 6. 23.

Fides ſcutū.

Epheſ. 6. 16

menti iudicium, & refrigerans mentem, extinguit telum. Longus adeo eſt de fide ſermo, vt dies illi proferendo non ſuffecerit. Sufficiet autem nobis nunc ex antiquæ legis figuris ſolus Abraham, quandoquidem illius facti ſumus filij per fidem. Ille non ex operibus tantùm iuſtificatus eſt, verùm etiam ex fide multa perfecta officia fecit. Sed neque priùs amicus Dei vocatus eſt, quàm credidiſſet, & omne opus ſecundum fidem perfeciſſet. Reliquit parentes per fidem, deſeruit patriam, & regionem, & domum per fidem. Quemadmodum igitur ille iuſtificatus eſt, & tu iuſtificeris. Emortuo quoque fuerat corpore ad filiorum procreationem, ſenex enim erat, & ſenem quoque habebat vxorem Saram, nec vlla ſpes procreationis liberorum illi reliqua fuerat: & tum Deus prolem illi futuram promiſit: non deficiens tamen in fide Abraham: & cùm emortuum iam corpus ſuum intelligeret, non corporis imbecillitati, ſed promittentis poteſtati animum adiiciens, fidelémque credens eum, qui promiſerat, emortuum illius corpus filium procreauit, præter omnium opinionem. Et deinceps cùm iuſſus eſſet offerre filium, quamuis iam audiſſet, In Iſaac vocabitur tibi ſemen: offerebat filium ſuum vnigenitum Deo, credens, quòd à mortuis poterit excitare Deus. Colligans filium ſuum, & lignis imponens, voluntate quidem immolauit: diuina autem bonitate filium viuum recepit, agno ipſi loco filij oblato. Cùm adeò fidelis eſſet: obſignatus eſt in iuſtitiam, & circunciſionem recepit, ſignaculum illius fidei in præputio, accipiens promiſſionem, quòd erit pater multarum gentium: quomodò igitur eſt pater multarum gentium Abraham, videamus. Iudæorum quidem eſſe illum ſecundùm carnis ſucceſſionem patrem certum eſt: ſed ſi carnem tantùm ſpectemus, falſum ſit neceſſe eſt diuinum oraculum. Neque enim noſtrum omnium eſt pater, ſecundùm carnem, ſed figura illius fidei, omnes vos Abrahæ filios facit. Quemadmodum incredibile eſt

Fides obſignat iuſtitiam.

Fides, Abrahamos facit filios.

ἀπογράψασα τὴν κρίσιν, καταπήξασα τὸν νοῦν, σβεννύει τὸ βέλος. καὶ
πολὺς ὁ περὶ τῆς πίστεως λόγος, καὶ οὐκ ἀρκετὸς ἡμῖν ὁ πᾶς τῆς ἡμέρας
διηγουμένοις χρόνος. αὐτάρκης δὲ τέως ἡμῖν ἔστω τῶν ἐκ τῆς παλαιᾶς
τύπων μόνος Ἀβραάμ, ἐπειδὴ κἀκείνου γεγόναμεν υἱοὶ διὰ τῆς πίστεως.
ἐκεῖνος, οὐκ ἐξ ἔργων μόνον ἐδικαιώθη, ἀλλ' ἐκ πίστεως· πολλὰ μὲν γὰρ
κατώρθωσεν· ἀλλ' οὐδέποτε φίλος θεοῦ ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτε ἐπίστευσε.
καὶ πᾶν δὲ ἔργον αὐτοῦ κατὰ πίστιν τετέλεσται. κατέλιπε γονέας διὰ
πίστιν. κατέλιπεν πατρίδα, καὶ χώραν καὶ οἰκίαν διὰ τὴν πίστιν. ὥσπερ
οὖν ἐκεῖνος ἐδικαιώθη, καὶ σὺ δικαιώθητι. νεκρὸς ἦν λοιπὸν τῷ σώ-
ματι πρὸς τεκνογονίαν· πρεσβύτης γὰρ ἦν, καὶ πρεσβῦτιδα λοιπὸν
εἶχε τὴν γαμετὴν Σάῤῥαν, καὶ τεκνογονίας ἐλπὶς οὐδεμία κατε-
λείπετο· ὁ θεὸς τῷ πρεσβύτῃ τεκνογονίαν ἐπαγγέλλεται· καὶ μὴ
ἀσθενήσας τῇ πίστει ὁ Ἀβραάμ, καὶ κατανοήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη
νενεκρωμένον, οὐ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ
ἐπαγγέλλοντος προσέχων, πιστὸν ἡγησάμενος τὸν ἐπαγγειλάμενον.
ὥσπερ ἐκ νενεκρωμένων σωμάτων παραδόξως τὸ τέκνον ἐκτή-
σατο. καὶ μετὰ τὸ κτήσασθαι κελευσθεὶς προσενέγκαι τὸν υἱὸν, καί-
τοιγε ἀκούσας τὸ, ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, προσέφερε
τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ τῷ θεῷ. πιστεύσας, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι
δύναται ὁ θεός. καὶ συμποδίσας τὸν υἱὸν καὶ τοῖς ξύλοις ἐπιθεὶς,
τῇ προαιρέσει μὲν, προσήνεγκεν, ἀγαθωσύνῃ δὲ θεοῦ τὸν υἱὸν
ἔλαβε ζῶντα, ἀμνὸν αὐτοῦ παραδόντος ὑπὲρ τοῦ τέκνου. ἐπὶ
τούτοις πιστὸς ὢν ἐσφραγίσθη εἰς δικαιοσύνην, καὶ περιτομὴν
ἔλαβε σφραγῖδα τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. λαβὼν ἐπαγ-
γελίαν, ὅτι πατὴρ ἔσται πολλῶν ἐθνῶν. πῶς τοίνυν ἐστὶ πατὴρ πολ-
λῶν ἐθνῶν ὁ Ἀβραάμ, ἴδωμεν· Ἰουδαίων μὲν γὰρ ἐστιν ὁμολο-
γουμένως, διὰ τὴν κατὰ σάρκα διαδοχήν. εἰ δὲ τῇ κατὰ σάρκα
προσέχωμεν, ψευδὲς εἰπεῖν ἀναγκασθησόμεθα τὸ λόγιον. οὐκέτι γὰρ
κατὰ σάρκα ἡμῶν πάντων ἐστὶ πατήρ, ἀλλ' ὁ τύπος τῆς ἐκείνου πίστεως,
πάντας ἡμᾶς υἱοὺς ποιεῖ τοῦ Ἀβραάμ. πῶς καὶ τίνα τὸν τρόπον ἄπιστον.

παρὰ ἀνθρώποις τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναί τινα. ὥσπερ ὁμοίως ἄπι-
στον καὶ τὸ ἐκ νενεκρωμένων πρεσβυτῶν τεκνογονίαν γενέσθαι. ἀλλὰ
χριστοῦ καταγγελλομένου, ἐν ξύλῳ μὲν ἐσταυρωμένου, ἀποθανόντος δὲ
καὶ ἀναστάντος ἡμεῖς πιστεύομεν· τῇ τοίνυν ὁμοιότητι τῆς πίστεως εἰς υἱοθε-
σίαν ἐρχόμεθα τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τότε μετὰ τὴν πίστιν, ὁμοίως ἐκείνῳ τὴν
πνευματικὴν λαμβάνομεν σφραγῖδα, ἁγίῳ πνεύματι διὰ τοῦ λου-
τροῦ περιτεμνόμενοι, οὐ σώματος τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλὰ τὴν καρδίαν κατὰ
τὸν Ἱερεμίαν τὸν λέγοντα, καὶ περιτέμνεσθε τῷ θεῷ τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρ-
δίας ὑμῶν. καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ χριστοῦ συνταφέν-
τες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τὰ ἑξῆς. ταύτην ἐὰν τηρήσωμεν τὴν
πίστιν, ἀκατάγνωστοι αὐτῷ ἐσόμεθα, καὶ παντοίοις ἀρετῶν εἴδεσι κοσμη-
θησόμεθα· τοσοῦτον γὰρ ἰσχύει ἡ πίστις, ὡς καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ θαλάσσης
κουφίζειν περιπατοῦντας. ἄνθρωπος ὅμοιος ἡμῖν ἦν ὁ Πέτρος ἐξ
αἵματος καὶ σαρκὸς συγκείμενος, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων τροφῶν διαγινόμενος·
ἀλλ' εἰπόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθὲ, πιστεύσας περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, πά-
σης κρηπῖδος ἀσφαλεστέραν ἐπὶ τοῖς ὕδασιν ἔχων τὴν πίστιν, καὶ τὸ βαρὺ
σῶμα τῇ κουφότητι τῆς πίστεως μετεωριζόμενον. ἀλλὰ μέχρι μὲν
οὗ ἐπίστευσεν, ὑπὲρ τὸ ὕδωρ εἶχεν ἀσφαλῆ τὴν βάσιν· ὅτε δὲ ἐδίστασε,
τότε ἤρξατο καταποντίζεσθαι· ἀγωνιώσης γὰρ κατὰ μέρος τῆς πίστεως,
συγκατεσπᾶτο καὶ τὸ σῶμα· καὶ συνιδὼν αὐτοῦ τὸ πάθος, ἔλεγεν ὁ τῶν
ψυχῶν τὰ πάθη διορθούμενος, ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας. καὶ πάλιν
νευρωθεὶς ὑπὸ τοῦ κρατήσαντος αὐτοῦ τὴν δεξιὰν, ἀφ' οὗ πάλιν ἐπίστευσε,
χειραγωγούμενος ὑπὸ τοῦ δεσπότου, τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἀπέλα-
βε περίπατον. τοῦτο γὰρ ἀρτίως ἐμνημόνευσε τὸ εὐαγγέλιον, εἰπὸν, ὅτι
ἀναβάντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ πλοῖον· οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι διακολυμβήσας
ὁ Πέτρος ἀναβέβηκεν, ἀλλὰ δίδωσι νοεῖν, ὅτι ὅσον ἦλθε πρὸς τὸν Ἰη-
σοῦν διάστημα, τοσοῦτον ἐπιστρέψας πάλιν ἀνέβη ἐπὶ τὸ πλοῖον. τοσοῦτον
δὲ ἔχει δυνάμεως ἡ πίστις, ὥστε οὐ μόνος ὁ πιστεύων σώζεται, ἀλλὰ
γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι, ἄλλων πιστευσάντων ἐσώθησαν. οὐκ ἦν πιστὸς ὁ
παραλυτικὸς ὁ ἐν Καπερναοὺμ, ἀλλ' οἱ βαστάζοντες, καὶ χαλά-

apud homines à mortuis reſurgere aliquem, ſic etiam credibile non eſt, ex ſenibus mortificatis, filios procreari: ſed Chriſto annunciato, quòd in ligno crucifixus eſſet & mortuus, & quòd reſurrexiſſet, nos credimus. Similitudine igitur fidei, deuenimus in adoptionem Abraham: & tunc per fidem, ſimiliter vt ille, accipimus ſpiritale ſignaculum, Spiritu ſancto per lauacrum baptiſmi, circuncisi, non corporis præputium, ſed cordis, ſecundùm Ieremiam dicentem: *Et circuncidatis præputium cordis veſtri Deo.* Sicut & Apoſtolus: *In circunciſione*, inquit, *Chriſti conſepulti ipſi in baptiſmate*: Et quæ ſequuntur. Hanc fidem ſi cuſtodierimus, irreprehenſibiles erimus, omníque genere virtutum ornabimur: adeò enim potens eſt fides, vt eos etiam, qui ſuper mari ambulabant, leues efficere potuerit. Homo erat ſimiliter Petrus, ex ſanguine & carne compoſitus, & ex ſimilibus cibis nutritus, ſed dicente Ieſu, *veni*, credens ambulauit ſuper aquis, omni fundamento firmiorem ſuper aquis habens fidem, & grauitatem corporis, leuitate fidei attollebat. Sed quandiu quidem credebat, ſuper aqua tutum habuit greſſum: cùm autem dubitauit, tum ſubmergi cœpit. Vacillante enim aliqua ex parte fide, ſubſidebat ſimul & corpus: & conſcius huius affectionis eius, ille qui affectus animæ corrigit Ieſus, dixit: *Modicæ fidei, vt quid dubitaſti?* Et rurſus confortatus, ab eo qui manum eius apprehendebat, ex quo rurſus credidit manu ductus à Domino, illum eundem ſuper aquis greſſum recepit. Huius enim nuper meminit Euangelium, dicens: *Quòd aſcendentibus ipſis in nauim.* Non enim dixit, quòd poſteaquàm tranſmiſiſſet, Petrus aſcendit nauim: ſed per hoc innuit, quòd quantum ſpatium confecit ad Ieſum eundo, tantundem reuertens, aſcendit rurſus in nauim. Tantam autem habet virtutem fides, vt non ſolùm ille qui credit ſaluetur, verùm etiam aliis credentibus, alij ſeruentur. Non erat fidelis paralyticus ille in Capernaum: ſed qui ferebāt illum, & per tectum

Coloſ.2.11

Fides, ex grauis leues facit.

Mat.14.31.

Ibid.

Fides quæ pro alio creditur, vtilis eſt illi ad ſalutem.

funibus demittebant, illi credebant. Compatitur enim corpori ægroti & anima. Et ne putes me illum accuſare, Euangelium ipſum dixit: *Videns autem Ieſus*
Mat. 9.2. *fidem*, non illius, ſed *fidem illorum*, dixit paralytico, ſurge. Illi qui ferebant, credebant, & paralyticus potitus eſt ſanitate. Et vis certiùs videre, quòd aliis credentibus alij ſeruentur: Mortuus eſt Lazarus, præteriit vna, altera, & tertia dies, diſſoluti ſunt nerui il-
Credente alio, alius ſeruatur. lius: & putredo corpus illius occupauit. Quomodò potuit credere mortuus quatriduanus: & pro ſeipſo orare redemptorem? Sed quod defuit mortuo, hoc per germanas ſorores completum eſt. Veniente enim Domino, procidit ſoror, & dicenti, vbi poſuiſtis eum, reſpondit illa: *Domine iam fœtet, quatriduanus enim eſt.*
Ioan. 11. Dicit Dominus: *Si credideris, videbis gloriam Dei.* Quaſi diceret: Quod tu debes huic mortuo reliquum fidei replere. Et tantum potuit illa ſororum fides, vt mortuus à porta inferni reuocaretur. Si alij pro aliis credendo, potuerunt à mortuis ſuſcitari, tu verò pro teipſo ſyncerè credens, nunquid non multò magis tibi commodabis? Quinetiam ſiue infidelis ſis, ſiue fidelis, benignus eſt Dominus, clementer ſe offeret tibi pœnitenti. Tantum dic ipſe quoque, *Credo domine, ad-*
Marc. 9.24 *iuua incredulitatem meam.* Si autem fidelis eſſe videris, nondum tamen perfectionem fidei habes, opus eſt vt & tu cum Apoſtolis dicas: Domine adauge nobis fidem. Nam apud teipſum aliquid habes: ab illo verò permultum accipis. Nomen fidei vnum quidem eſt appellatione, dupliciter autem diuiditur. Eſt enim
Fides dogmatica. vnum genus fidei, quod habet dogmaticam de aliquo animæ aſcenſionem: & commodat animæ, ſicut inquit Dominus: *Qui verba mea audit, & credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet.* Et; *Qui credit, non iudicatur: ſed tranſlatus eſt à morte ad vitam.* O magnam Dei clementiam! Iuſti quidem vix per multos annos probati ſunt: quod autem illi per longæ ætatis inueſtigationem corrigentes

σάμπτς

σαντες διὰ τῶν κεράμων ἐπίστευον· συνεισῆλθε γὰρ τῷ σώματι τοῦ νοσοῦντος καὶ ἡ ψυχή. καὶ μή με νομίσῃς ἐκείνου κατηγορεῖν. αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον εἴρηκεν. ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς οὐ τὴν πίστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ, ἔγειρε. οἱ βαστάζοντες ἐπίστευσαν, καὶ ὁ παραλυτικὸς ἀπήλαυσε τῆς ἰάσεως. καὶ θέλεις ἰδεῖν ἀσφαλέστερον, ὅτι πίστει ἄλλων, ἄλλοι διασώζονται. ἐτελεύτησεν ὁ Λάζαρος. παρεληλύθει μία, καὶ δευτέρα, καὶ τρίτη ἡμέρα, διελύθη τὰ νεῦρα αὐτοῦ, καὶ σηπεδὼν λοιπὸν ἐπενέμετο τὸ σῶμα. πῶς ἠδύνατο πιστεῦσαι νεκρὸς τεταρταῖος, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ παρακαλέσαι τὸν λυτρωτήν. ἀλλ' ὃ παρέλιπε τῷ τετελευτηκότι, τοῦτο διὰ τῶν γνησίων ἀδελφῶν ἐπληροῦτο. ἐλθόντι τῷ κυρίῳ προσέπεσεν ἡ ἀδελφή, καὶ λέγοντι, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ἀποκριναμένης ἐκείνης, κύριε, ἤδη ὄζει, τεταρταῖος γάρ ἐστι, φησὶν ὁ κύριος, ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. μονονουχὶ λέγων. ὅτι σὺ τοῦ νεκροῦ τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀναπλήρωσον. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσε τῶν ἀδελφῶν ἡ πίστις, ὥστε τὸν νεκρὸν ἐξ ᾅδου πυλῶν ἀνακαλέσασθαι. εἶτα ἕτεροι ὑπὲρ ἑτέρων πιστεύσαντες ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ἴσχυσαν· σὺ δὲ ἐὰν ὑπὲρ σεαυτοῦ πιστεύσῃς εἰλικρινῶς, ἆρ' οὐχὶ μᾶλλον ὠφεληθήσῃ· ἀλλὰ κἂν ἄπιστος ᾖς, ἢ ὀλιγόπιστος, φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ κύριος, συμπεριφέρεταί σοι μετανοοῦντι. μόνον εἰπὲ καὶ αὐτὸς εὐγνωμόνως· πιστεύω κύριε· βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. εἰ δὲ πιστὸς εἶναι νομίζεις, ἀλλ' οὔπω τέλειον τῆς πίστεως ἔχεις, χρεία καὶ σοὶ κατὰ τοὺς ἀποστόλους εἰπεῖν, κύριε πρόσθες ἡμῖν πίστιν. τὸ μὲν γάρ τι παρὰ σεαυτοῦ ἔχεις, τὸ δὲ πολὺ παρ' ἐκείνου λαμβάνεις. τὸ γὰρ τῆς πίστεως ὄνομα, ἓν μέν ἐστι κατὰ τὴν προσηγορίαν, διχῆ δὲ διαιρεῖται. ἔστι μὲν γὰρ ἓν εἶδος τῆς πίστεως, τὸ δογματικόν, συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἔχον, περὶ τοῦ δεῖνός τινος, καὶ ὠφελεῖ τὴν ψυχήν, καθὼς φησὶν ὁ κύριος, ὁ ἀκούων μου τὰ ῥήματα, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. καὶ πάλιν, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν οὐ κρίνεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. ὢ μεγάλης θεοῦ φιλανθρωπίας. οἱ δίκαιοι μὲν γὰρ ἐν πολλοῖς ἔτεσιν εὐηρέστησαν. ὅσα δὲ ἐκεῖνοι δι' ἐρευνήσεως· πολλῶν ἐτῶν κατορ-

θώσαντες ἐκτήσαντο, τοῦτο νῦν Ἰησοῦς διὰ μιᾶς ὥρας χαρίζεται· ἐὰν γὰρ πιστεύσῃς, ὅτι κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, καὶ ὅτι ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ καὶ μετατεθήσῃ εἰς τὸν παράδεισον ὑπὸ τοῦ τὸν λῃστὴν εἰς παράδεισον εἰσαγαγόντος. καὶ μὴ ἀπιστήσῃς εἰ δυνατόν ἐστιν· ὁ γὰρ τὸν λῃστὴν διὰ μιᾶς ὥρας πιστεύσαντα σώσας ἐν τῷ ἁγίῳ τούτῳ Γολγοθᾷ, ὁ αὐτὸς καὶ σὲ πιστεύσαντα διασώσει. δεύτερον δέ ἐστιν εἶδος πίστεως, τὸ ἐν χάριτος μέρει παρὰ τοῦ χριστοῦ δωρούμενον. ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων. αὕτη τοίνυν ἡ κατὰ χάριν δωρουμένη πίστις ἐκ τοῦ πνεύματος, οὐ δογματικὴ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητική· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ τὴν πίστιν ταύτην, ἐρεῖ τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβα ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. ὅταν γὰρ κατὰ πίστιν εἴπῃ τόδε τις πιστεύων, ὅτι γίνεται, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τότε λαμβάνει τὴν χάριν. καὶ τὸ περὶ τῆς πίστεως ταύτης εἴρηται τὸ, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, [ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως] μικρὸς μέν ἐστι, τὸ μέγεθος· διάπυρος δὲ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐν ὀλίγῃ ἐσπαρμένος περιγραφῇ, μεγάλους κλάδους περιέχει, ὃς αὐξηθεὶς δύναται καὶ τὰ πετεινὰ σκεπάζειν· οὕτω καὶ ἡ πίστις ἐν τῇ ψυχῇ, ἐν ὀξυτάτῃ ῥοπῇ τὰ μέγιστα κατορθοῖ. περὶ θεοῦ μὲν γὰρ φαντάζεται, καὶ θεὸν κατοπτεύει, καθ' ὃ ἐὰν ἐγχωρῇ τῇ πίστει φωτισθεῖσα, κόσμου τε τὰ πέρατα περιπολεῖ, καὶ πρὸ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τούτου τὴν κρίσιν ἤδη βλέπει, καὶ τὴν μισθαποδοσίαν τῶν ἐπαγγελιῶν. ἔχε τοίνυν τὴν παρὰ σεαυτοῦ πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν, ἵνα λάβῃς καὶ παρ' ἐκείνου τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητικήν· πίστιν δὲ ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ κτῆσαι, καὶ τήρησον, μόνην τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας νυνί σοι παραδιδομένην, τὴν ἐκ πάσης γραφῆς ὀχυρωμένην. ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες δύνανται τὰς γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἰδιωτεία, τοὺς δὲ ἀσχολία τις ἐμποδίζει πρὸς τὴν γνῶσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὴν ψυχὴν ἐξ ἀμαθίας ἀπολέσθαι, ἐν ὀλίγοις τοῖς στίχοις τὸ πᾶν δόγμα τῆς πίστεως περιλαμβάνομεν, ὅπερ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως μνημονεῦσαι ὑμᾶς βούλομαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς

aſſecuti ſunt, hoc nunc Ieſus vna hora nobis donat. Si enim credideris, quia Dominus eſt Ieſus Chriſtus, & quòd Deus excitauit ipſum à mortuis, ſaluaberis, & transfereris in paradiſum. Propterea & latronem eò introduxit, vt non dubites, num id fieri poſſit. Qui enim latronem vna hora credentem in hoc ſancto Golgotha ſeruauit, idem & te credentem ſeruabit. Alterum autem genus fidei eſt, quod ex parte gratiæ à Domino donatur. *Alij enim per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecundùm eundem ſpiritum: alij verò fides in eodem ſpiritu, alij autem gratia curationum.* Hæc igitur ſecundùm gratiam donata fides ex ſpiritu, non modò eſt dogmatica, verùm etiam ſuper humanas vires effectiua. Qui enim habet hanc fidem, dicit monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſit. Quando namq; per fidem dicit hoc aliquis credens quod fit, & non ambigit in corde ſuo, tunc accipit hanc gratiam: Et de hac fide dicitur: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis.* Quemadmodum enim granum ſinapis minuſculum eſt magnitudine, ardentius tamen vigore, & in exiguo loco ſeminatum, magnos continet ramos, tanquàm quòd & in alta augeri poſſit, & volucres cooperire: Sic & fides in anima, celerrimo actu, maxima perficit. De Deo enim ſpeculatur, Deum intuetur: ita vt quæ meretur fide illuminari, & mundi terminos circuit, & ante mundi huius conſummationem, iudicium iam videt, & promiſſionum retributionem. Habeas itaque fidem in illum, vt deinceps eam accipias ab illo, quæ ſuper humanas vires operatur. Fidem verò in diſciplina, & promiſſione poſſide: & cuſtodi illam à ſola Eccleſia tibi nunc traditam, & ex omni ſcriptura munitam. Cùm enim non omnes poſſint ſcripturas legere: & alios quidem inſcitia, alios verò occupatio quædam impedit à cognitione, ne ob inſcitiam animam perdas, in paucis verſibus vniuerſam fidei doctrinam comprehendimus, quod in ipſa lectione meminiſſe vos volo, & apud vos ipſos ſtudioſè

Fides gratia.

1. Cor. 12. 8

Fides Eccleſia ſola ſeruanda.

recolere. Non in chartas inſcribendo, ſed in corde memoriam inſculpendo, & in meditatione cuſtodiendo, necubi catechumenus ea, quæ vobis tradita ſunt, exaudiat. Habere autem hanc doctrinam tanquàm viaticum, omni tempore vitæ, & præter hanc aliam non ſuſcipere decet. Nec ſi nos ipſi mutati contrarium his, quæ docemus nunc, aſtruamus: neque ſi angelus contrarius, in angelum lucis transſmutatus, ſeducere te voluerit. *Nam etiamſi angelus de cœlis aliud euangelizauerit vobis contra id, quod accepiſtis, anathema ſit.* Et vſque ad hanc quidem dictionem audiens, memineris fidei. Excerpe autem tempore opportuno ex ſacris ſcripturis, quæ eſt inſita illis, probationem. Non enim, vt videtur, ab hominibus compoſitæ ſunt res fidei, ſed ex omni ſcriptura, quæ ſunt potiſſima, vnam replent fidei doctrinam. Et quemadmodum ſemen ſinapis in paruo grano, multos continet ramos: ſic & fides in paucis verbis omnem tam veteris, quàm noui teſtamenti pietatis cognitionem inuoluit. Videte itaque fratres, vt ſeruetis traditiones, quas nunc accepiſtis, & in latitudine cordis eas deſcribite, & cum pietate illas cuſtodiatis. Ne quando vacillantes aliquos inimicus diſſoluat, ne quis hæreticus ex his quæ tradita ſunt aliquid euertat. Fides quidem eſt, proiicere argentum ſuper menſam: Deus autem à vobis repoſcet depoſitos ſermones. *Conteſtor*, vt inquit Paulus, *in conſpectu Dei viuificantis omnia, & Chriſti Ieſu, qui profeſſus eſt ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem: vt hanc traditam vobis cuſtodiatis fidem intemeratam, vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Theſaurus vitæ nunc tibi traditus eſt: quem poſteaquàm apparuerit Dominus, tanquàm depoſitum requiret, *Et temporibus opportunis illum oſtendet beatus & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, lucem inhabitans inacceſſibilem. Quem nemo hominum vnquam vidit, neque videre poteſt. Cui gloria, honor, & fortitudo cum Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum*, Amen.

Traditiones ſuas ſeruare iubet.

1.Tim.6.13.

μετὰ πάσης σπουδῆς ἀπαγγεῖλαι, οὐκ εἰς χάρτας ἀπογραφομένους, ἀλλ' ἐν καρδίᾳ τῇ μνήμῃ στηλογραφοῦντας φυλαττομένους ἐν τῷ μελετᾶν. μή που τὶς κατηχούμενος ἐπακούσῃ τῶν παραδεδομένων. ἔχειν τε ταύτην ἐφόδιον ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς, καὶ παρὰ ταύτην ἄλλην μηκέτι δέξασθαι, μήτε ἂν ἡμεῖς αὐτοὶ μεταθέμενοι τοῖς νῦν διδασκομένοις ἐναντιολογήσωμεν, μήτε ἄγγελος ἐναντίος εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματισθεὶς πλανῆσαί σε βούληται. κἂν γὰρ ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ νῦν παρελάβετε, ἀνάθεμα ὑμῖν ἔστω. καὶ τέως μὲν ταύτης τῆς λέξεως ἀκούων, μνημόνευσον τῆς πίστεως. ἐκδέχου δὲ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν τὴν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν περὶ ἑκάστου τῶν ἐγκειμένων σύστασιν. οὐ γὰρ ὡς ἔδοξεν ἀνθρώποις συνετέθη τὰ τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐκ πάσης γραφῆς τὰ καιριώτατα συλλεχθέντα, μίαν ἀναπληροῖ τὴν τῆς πίστεως διδασκαλίαν. καὶ ὅνπερ τρόπον ὁ τοῦ σινάπεως σπόρος ἐν μικρῷ κόκκῳ πολλοὺς περιέχει τοὺς κλάδους, οὕτω καὶ ἡ πίστις αὕτη ἐν ὀλίγοις ῥήμασι πᾶσαν τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ τῆς εὐσεβείας γνῶσιν ἐγκεκόλπισται. βλέπετε οὖν ἀδελφοὶ καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς νῦν παραλαμβάνετε καὶ ἀπογράψασθε αὐτὰς εἰς τὸ πλάτος τῆς καρδίας ὑμῶν. τηρήσατε μετ' εὐλαβείας μή που συλήσῃ τινὰς χαυνωθέντας ὁ ἐχθρός· μή τις αἱρετικὸς παρατρέψῃ τι τῶν παραδιδομένων ἡμῖν. πίστις μὲν γάρ ἐστι τὸ βαλεῖν τὸ ἀργύριον ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ὅπερ ἡμεῖς νῦν πεποιήκαμεν· θεὸς δὲ παρ' ὑμῶν ἀπαιτεῖ τῆς παρακαταθήκης τοὺς λόγους. διαμαρτύρομαι, καθὼς φησὶν ὁ ἀπόστολος, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τὴν καλὴν ὁμολογίαν τηρῆσαι ταύτην ἡμᾶς, τὴν παραδεδομένην πίστιν ἄσπιλον μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. θησαυρὸς ζωῆς νῦν σοι παρεδόθη, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ ζητεῖ τὴν παρακαταθήκην ὁ δεσπότης, ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ϛʹ. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, περὶ θεοῦ μοναρχίας· καὶ εἰς τὸ, Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν· καὶ περὶ αἱρέσεων· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, Ἐγκαινίζεσθε πρός με νῆσοι· Ἰσραὴλ σώζεται ὑπὸ κυρίου σωτηρίαν αἰώνιον· οὐκ αἰσχυνθήσονται, οὐδ' οὐ μὴ ἐντραπῶσιν ἕως τοῦ αἰῶνος. καὶ τὰ ἑξῆς.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ· εὐλογητὸς καὶ ὁ τούτου μονογενὴς υἱός· ἅμα γὰρ τῷ νοεῖσθαι θεὸς, νοείσθω καὶ πατήρ· ἵνα ἀδιαίρετος ἡ πατρὸς καὶ υἱοῦ σὺν ἁγίῳ πνεύματι δοξολογία τελῆται· οὐ γὰρ ἄλλην δόξαν πατὴρ καὶ ἄλλην υἱὸς ἔχει· ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ἐπειδὴ πατρὸς υἱός ἐστιν ὁ μονογενής· καὶ πατρὸς δοξαζομένου, συναπολαύει τῆς δόξης καὶ ὁ υἱός· ἐπειδὴ δόξα υἱοῦ ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτοῦ· καὶ πάλιν υἱοῦ δοξαζομένου, μεγάλως τιμᾶται ὁ τοῦ τοσούτου πατὴρ ἀγαθοῦ· καὶ ἡ μὲν διάνοια, ὀξύτατα νοεῖ· ἡ δὲ γλῶσσα, ῥημάτων δεῖται καὶ διηγήσεως πολλῆς τῆς μεταξὺ λόγων· ἅμα μὲν γὰρ ὀφθαλμὸς χορὸν ἄστρων περιλαμβάνει πολύν· ἀλλ' ὅταν τὸ καθ' ἕκαστον διηγήσασθαι βουληθῇ τις, τί μὲν ἐστι φωσφόρος, τί δὲ ἕσπερος, τί δὲ τὸ καθ' ἓν, πολλῶν ἐπιδεῖται τῶν ῥημάτων. πάλιν ὁμοίως γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ τοῦ κόσμου τέρματα, ἐν ὀξυτάτῃ ῥοπῇ περιλαμβάνει ἡ διάνοια· ἀλλ' ὅπερ ἐν ἀκαριαίῳ νοεῖ, τοῦτο ἐν ῥήμασι πολλοῖς διηγεῖται. μέγα μὲν οὖν καὶ τὸ ῥηθὲν παράδειγμα· ἀλλ' ἔτι ἀσθενὲς καὶ ἀνίσχυρον· λέγομεν γὰρ οὐχ ὅσα δεῖ περὶ θεοῦ· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ταῦτα γνώριμα· ἀλλ' ὅσα κεχώρηκεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ ὅσα ἡμετέρα ἀσθένεια βαστάσαι δύναται. οὐ γὰρ τὸ τί ἐστι θεὸς ἐξηγούμεθα· ἀλλ' ὅτι τὸ ἀκριβὲς περὶ αὐτοῦ οὐκ οἴδαμεν, μετ' εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν· ἐν τοῖς γὰρ

CATECHESIS SEXTA ILLVMINAtorum Hieroſolymis extemporanea, De Monarchia Dei, & in illud, Credo in vnum Deum. Et de hæreſibus. Et lectio ex Eſaia, Innouemini ad me inſulæ. Iſraël ſaluatur à domino ſalute æterna, &c.

BENEDICTVS Deus & Pater domini noſtri IESV-CHRISTI: benedictus & eius vnigenitus filius. Nam ſimul atque deus cogitatur, cogitetur & pater, vt indiuidua patris & filij cum ſpiritu ſancto glorioſa collaudatio celebretur. Non enim aliam gloriam pater, aliam filius habet, ſed vnam & eandem cum ſancto ſpiritu: quandoquidem patris filius eſt vnigenitus, & patre glorificato, etiam cum eo filius gloria potitur. nam filij gloria ex honore patris manat: & viciſſim filio glorificato, tanti boni pater magno honore decoratur. Ac mens quidem acutiſſime velociſſiméque cogitat: lingua vero verbis multis opus habet, & multa verborum intermediorum enumeratione. ſimul enim oculus ſiderum chorum numeroſum comprehendit: verum ſiquis ſingula narrare velit, quid lucifer, quid heſperus, quid vnumquodque, longa opus eſt ratione. item terrarum ac mare & mundi fines vniuerſos, momento leuiſſimo complectitur intelligentia, ſed quod minimo tempore cogitat, hoc multis verbis enarrat. Magnum quidem certe quod diximus exemplum: ſed etiamnum infirmum & imbecillum eſt. Dicimus enim non quæ oportet de deo: nam ei ſoli hæc nota ſunt: ſed quæ pro ſuo modulo capere natura humana poteſt, & quæ imbecillitas noſtra ferre valet. Non enim quid ſit deus exponimus: nam candide nos accuratam de eo cognitionem non habere confitemur: quam ignorantiam agnoſcentes,

Patris & filij gloria indiuiſa.

Proprietates Dei eloqui non licet.

Scientia in diuinis maxima, igno-

rantiam ſateri. magnam de Deo cognitionem profitemur. *Magnificate igitur dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum*, communiter omnes: vnus enim non poteſt: quin potius ſi vel omnes ſimul coeamus, nondum ſicut oportet id faciemus, non dico nos duntaxat qui adſumus: verum enim vero ſi de totius etiam orbis eccleſia, tum ea quæ nunc eſt, tum ea quæ eſt futura, omnes conuenirent alumni, paſtorem pro dignitate celebrare non poſſent. Magnus erat Abraham & honorabilis, verum magnus apud homines: quando vero ad Deum peruenit, tum ait candido animo, vera dicens, *Ego ſum terra & puluis*. non dixit *Terra*, deinde ſiluit, ne ſe magnum elementum nominaret, ſed cinerem, vt ſuam repræſentaret fragilitatem atque debilitatem. Eſtne, inquit, quicquam cinere minus ac leuius? Compara enim, inquit cinerem cum domo, & domum cum vrbe, vrbem cum prouincia, prouinciam cum Romanorum ditione: & ditionem Romanorum, cum tota terra & omnibus finibus eius: omnẽ item terram, cum cælo eam ſinu ſuo complectente: quæ tantam habet cum cælo proportionem, quantam meditullium cum omni rotæ ambitu. tam exigua enim terra eſt, ſi cum cælo conferatur. Intellige etiam primum hoc cælum quod apparet, tanto minus eſſe quam ſecundum, & ſecundum quam tertium: nam hucuſque ſcriptura cælos nominauit: non quod ſolum tot ſint numero, ſed quod nobis conferat tot noſſe. cúmque animo conceperis omnes cælos, necdum vniuerſi cæli laudare deum pro eius dignitate quod eſt, valebunt: ne ſi quidem voce maiori perſonent quàm tonitru. Quod ſi tantæ cælorum capacitates, deum celebrare dignis laudibus non poſſunt, quónam pacto terra & cinis, quæ rerum eſt minima atque viliſſima, dignum deo hymnum concinere poterit qui terræ ambitum continet, & habitantes in ea pro locuſtis habet? Siquis res diuinas explicare conetur, primum exponat terræ limites. Terram inhabi-

Pſal. 33. 4.

Deus pro dignitate nequit laudari.

περὶ θεοῦ μεγάλη γνῶσις, τὸ τὴν ἀγνωσίαν ὁμολογεῖν. μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό, κοινῇ πάντες· ὁ γὰρ εἷς ἀδυνατεῖ· μᾶλλον δὲ κἂν πάντες ὁμοῦ συναχθῶμεν, οὕτω τὸ καθ' ὃ δεῖ ποιήσομεν· οὐ λέγω τοὺς παρόντας ὑμᾶς μόνους, ἀλλὰ γὰρ κἂν πάσης τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας, τῆς τε νῦν οὔσης καὶ τῆς μελλούσης πάντα τὰ θρέμματα εἰ συνέλθοι, τὸν ποιμένα κατ' ἀξίαν ὑμνῆσαι οὐ δυνήσεται). μέγας ἦν Ἀβραάμ καὶ τίμιος, ἀλλὰ μέγας πρὸς ἀνθρώπους· ὅτε δὲ ἔφθασε πρὸς τὸν θεόν, τότε φησὶν εὐγνωμόνως ἀληθεύων· Ἐγὼ εἰμὶ γῆ καὶ σποδός· οὐκ εἶπε γῆ, καὶ ἐσίγησεν, ἵνα μὴ τὸ μέγα στοιχεῖον ἑαυτὸν ὀνομάσῃ· ἀλλὰ σποδόν, ἵνα τὸ εὐδιάλυτον αὐτοῦ καὶ σαθρὸν παραστήσῃ. ἔστι τι φησί, σποδοῦ μικρότερον ἢ λεπτότερον; Λάβε γάρ φησι, τὴν σύγκρισιν σποδοῦ πρὸς οἰκίαν, καὶ οἰκίας πρὸς πόλιν, καὶ πόλεως πρὸς ἐπαρχίαν, καὶ ἐπαρχίας πρὸς τὴν ῥωμαίων χώραν, καὶ τῆς ῥωμαίων χώρας πρὸς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ πέρατα· πᾶσαν δὲ τὴν γῆν πρὸς τὸν ἐγκεκολπισμένον αὐτὴν οὐρανόν· ἥ τις τοσαύτην ἔχει πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν σύγκρισιν, ἴσην τὸ μέσον πρὸς πᾶσαν τὴν περιφέρειαν οὐ τροχοῦ ἔχει· τοσαύτη γὰρ γῆς πρὸς οὐρανὸν ἡ σύγκρισις. καὶ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὸν φαινόμενον τοῦτον, μικρότερον εἶναι νόησον τοῦ δευτέρου· καὶ τὸν δεύτερον τοῦ τρίτου· μέχρι γὰρ τούτων ὠνόμασεν ἡ γραφή· οὐχ ὅτι τοσοῦτοι μόνον τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὅτι τοσούτους ἡμῖν γνῶναι συνέφερε· καὶ ὅταν εἴδῃς τῷ νῷ πάντας τοὺς οὐρανούς, οὔπω οὐδὲ οἱ οὐρανοὶ αἰνέσαι τὸν θεὸν καθ' ὅ ἐστιν δυνήσονται· οὐδ' ἂν βροντῆς μεγαλοφωνότερα ἠχῶσιν· εἰ δὲ τὰ τοσαῦτα κύτη τῶν οὐρανῶν τὸν θεὸν ὑμνῆσαι κατ' ἀξίαν οὐ δύνανται, πότε ἄρα γῆ καὶ σποδὸς τὸ μικρότατον καὶ τῶν ὄντων ἐλαχιστότατον, ἄξιον ὕμνον ἀναπέμψαι τῷ θεῷ δυνήσεται, τοῦ κατέχοντος τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ ἔχοντος τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδας. εἴ τις ἐπιχειρεῖ τὰ περὶ θεοῦ λέγειν, πρῶτον διηγείσθω τῆς γῆς τὰ πέρατα. τὴν οἰκεῖς, καὶ τὸ τέλος

τῆς σῆς οἰκίας, τῆς γῆς, οὐ γινώσκεις· καὶ πῶς τὸν κατασκευαστὴν
ἀξίως νοῆσαι δυνήσῃ. θεωρεῖς τοὺς ἀστέρας, τὸν δὲ ποιητὴν οὐ θεω-
ρεῖς. ἀρίθμησαι τοὺς φαινομένους, καὶ τότε τὸν μὴ φαινόμενον ἐξή-
γησαι, τὸν ἀριθμοῦντα πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα
καλοῦντα. σταγόνες ὑετῶν λαβροτέρων προσφάτως ἐπελθοῦσαι,
μικροῦ δεῖν ἀπώλεσαν ἡμᾶς. ἀρίθμησον ταύτης μόνης τῆς
πόλεως τὰς σταγόνας, καὶ οὐ λέγω τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ σοῦ δώ-
ματος, εἰς μίαν ὥραν τὰς σταγόνας ἀρίθμησον εἴ σοι δυνατόν·
ἀλλὰ ἀδύνατον· γίνωσκε σαυτοῦ τὴν ἀσθένειαν. ἐκ τούτου γνῶ-
θι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν· ἠρίθμηνται γὰρ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ,
αἱ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, οὐ νῦν χυθεῖσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ
αἱ πάντοτε. ποίημα θεοῦ, ἥλιος, μέγα μὲν, μικρότατον δὲ
πρὸς σύγκρισιν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ· ἐνατένισον πρῶτον ἡλίῳ,
καὶ τότε τὸν δεσπότην πολυπραγμόνησον. βαθύτερά σου μὴ
ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦ-
τα διανοοῦ. ἀλλ' ἐρεῖ τις, Εἰ ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστα-
σις ἡ θεία· καὶ τί σὺ περὶ τούτων διηγῇ· ἆρα οὖν ἐπειδὴ πάντα
τὸν ποταμὸν ἐκπιεῖν ἀδυνατῶ, μηδὲ τὸ συμφέρον ἐμαυτῷ
ἐμμέτρως λάβω; ἆρα ἐπειδὴ πάντα τὸν ἥλιον τῇ τῶν ὀμμά-
των καταστάσει χωρῆσαι οὐ δύναμαι, μηδὲ πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ
χρείαν αὔταρκες ἐμβλέψω; ἢ καὶ ἐπειδὴ εἰς παράδεισον μέγαν
εἰσελήλυθα, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀκροδρύων ὑπόστασιν φαγεῖν
οὐ δύναμαι, βούλει με πεινῶντα τελείως ἐξελθεῖν; αἰνῶ καὶ
δοξάζω τὸν ἡμᾶς ποιήσαντα· κέλευσμα γάρ ἐστι θεῖον τὸ λέ-
γον, Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον. δοξάζειν τὸν δεσπότην,
ἀλλ' οὐκ ἐξηγεῖσθαι νῦν ἐπιχειρῶ. εἰδὼς μέντοιγε ὡς τοῦ δο-
ξάζειν τῆς ἀξίας ἀπολειφθήσομαι· ἔργον δὲ εὐσεβείας ἡγούμενος,
τὸ κἂν ὅλως ἐπιχειρεῖν· παραμυθεῖται γάρ μου τὴν ἀσθένειαν ὁ
κύριος Ἰησοῦς λέγων· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. τί οὖν, ἐρεῖ τις·

tas, & terræ, id eſt domus tuæ, fines neſcis, & quomodo fabricatorem, vt dignus eſt, intelligere valebis? cernis ſtellas, auctorem earum non cernis. Enumera quæ vides in cœlo lumina, & tum quem non vides expones: *qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes eas nominibus vocat.* Pſal. 146. 4 Imbrium aſſiduorum & magnorum guttæ quæ recens irruerunt, parum abfuit quin nos extinxerint. Numera in hanc vrbem delapſas guttas, nec dico in vrbem, ſed in tuam domum, vnius horæ ſpacio, guttas inquam numera ſi potes. At non potes: agnoſce tuam impotentiam: hinc Dei virtutem & potentiam diſce. nam ei numeratæ ſunt pluuiæ guttæ quæ per totum orbem terrarum, non hoc ſolum tempore fuſæ ſunt, ſed etiam quæ vnquam aut antea aut poſthac fundentur. Opus dei eſt, ſol, magnum illud quidem, ſed totius cæli comparatione minimum: primum aduerſum ſolem intuere, & tum dominum curioſius conquirito. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne inueſtiges: quæ tibi præcepta ſunt & conſtituta, ea meditare.* Eccl. 3. c. 22 At dicet quiſpiam, ſi comprehendi nequit eſſentia diuina, quid eſt quod tu de his enarras? Vtrumne quia totum fluuium ebibere nequeo, quod commodum eſt & vtile mihi moderate non ſumam? Vtrum quia totum ſolem oculorum intuitu capere non poſſum, neque ad meam vtilitatem & vſum quod ſatis ſit, non aſpiciam? & quoniam in hortū amplum ingreſſus, vniuerſa non poſſum poma comedere, víſne vt omnino eſuriens faméque laborans diſcedam? laudo eum & celebro qui nos procreauit. ſic enim iuſſum habemus diuinum his verbis, *Omnis Spiritus laudet dominum.* Laude dominum decorare, non exprimere verbis aggredior hoc tempore. quanquam Pſal. 150. certo ſcio me longe abfuturum ab eo vt pro dignitate celebrem: exiſtimóque pietatis opus eſſe, id conari vel omnibus modis. Nam dominus Ieſus meam ſolatur impotentiam atque infirmitatem, inquiens, *Deum nemo vidit vnquam.* Ioan. 1. 18. Quid igitur? dicet aliquis, nónne

Dei ſubſtātia incomprehenſibilis.

ſcriptum eſt, quod *Angeli cælorum vident ſemper faciem patris mei qui in cælis eſt?* at vident angeli, non ſicut deus eſt, ſed quatenus ipſi capere poſſunt. Nam Ieſus eſt ipſe qui ait, *Nullus patrem vidit, niſi qui ex deo eſt, is vidit patrem.* Vident igitur Angeli quantum capaces ſunt, & Archangeli vt poſſunt, Throni & Dominationes pluſquam illi primi: minus tamen quàm maieſtas illa mereatur: ſed videre duntaxat poſſunt, quatenus eſt opus: vna cum filio, ſpiritum quoque ſanctum. ille enim *omnia ſcrutatur & cognoſcit, etiam profunda dei*: vt certe & vnigenitus filius noſcit quantum oportet, vna cum ſpiritu ſancto, patrem. *Neque enim patrem quis agnoſcit*, inquit, *niſi filius, & cui filius reuelauerit.* Videt, inquam, quantum oportet, & reuelat cum ſpiritu atque per ſpiritum; quatenus quiſque capit, deum. ſiquidem diuinitatis paternæ cum ſpiritu ſancto particeps eſt filius vnigenitus, genitus impatibiliter ante tempora æterna. Nouit eum qui genuit, & genitor genitum nouit. Cum igitur angeli neſciant (nam pro ſuis cuique viribus reuelat cum ſpiritu per ſpiritum ſanctum vnigenitus vt diximus) nemo homo ſuam erubeſcat inſcitiam & ignorantiam confiteri, tum ego qui nunc loquor, tum omnes omnium temporum homines. Quin etiam quomodo, enunciare non poſſumus. Nam quomodo poſſem eum verbis exprimere, qui ipſe dedit vt verba promam? Ego qui animam habeo, nec eius formam lineamentáve poſſum exponere, quomodo conſeruatorem animæ enunciare potero? Satis nobis ad pietatem eſt colendam hoc ſolum noſſe, quòd deum habeamus, deum vnum [Deum exiſtentem] & ſemper exiſtentem, ſui ſemper ſimilem: cuius pater alius non eſt, quo nullus fortior, quem nullus ſucceſſor vnquam regno pellat: nullis nominibus appellatum, & omnipotentem, & eſſentia vniformem vniúſque modi. Non enim quia vocetur bonus, iuſtus, omnipotens, & Sabaoth, idcirco varius eſt & diuerſus: ſed vnus cùm ſit & idem,

Angeli ſecundum quid vident Dominum.

1.Cor.2.10

Filius & ſpiritus S. ſoli Deum vt eſt, vident.

Mat.11.27

οὐ γέγραπται, ὅτι οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν βλέπουσι διαπαντὸς τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; ἀλλὰ βλέπουσιν οἱ ἄγγελοι οὐ καθώς ἐστιν ὁ θεός, ἀλλὰ καθόσον καὶ αὐτοὶ χωροῦσιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν Ιησοῦς ὁ λέγων, οὐχ ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα. βλέπουσιν οὖν οἱ ἄγγελοι καθ' ὃ χωροῦσι· καὶ ἀρχάγγελοι καθ' ὃ δύνανται· θρόνοι δὲ καὶ κυριότητες, μειζόνως μὲν παρὰ τοὺς πρώτους. ἔλαττον δὲ τῆς ἀξίας· μόνον δὲ βλέπειν δύνανται ὡς χρή, ἅμα τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐκεῖνο γὰρ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ γινώσκει καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, ὥς γε καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς γινώσκει καθ' ὃ δεῖ, ἅμα τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ τὸν πατέρα· οὐδὲ γὰρ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει, φησίν, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ· βλέπει καθ' ὃ δεῖ, καὶ ἀποκαλύπτει σὺν τῷ πνεύματι καὶ διὰ τοῦ πνεύματος, καθ' ὃ ἕκαστος χωρεῖ, τὸν θεόν· ἐπειδὴ καὶ τῆς θεότητος τῆς πατρικῆς ἐστι σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ κοινωνὸς ὁ υἱὸς ὁ μονογενής· ὁ γεννηθεὶς ἀπαθῶς πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων, οἶδε τὸν γεννήσαντα, καὶ ὁ γεννήσας οἶδε τὸν γεγεννημένον. ἀγγέλων τοίνυν ἀγνοούντων· κατὰ γὰρ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ δύναμιν, ἀποκαλύπτει σὺν τῷ πνεύματι διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ὁ μονογενής, ὡς εἰρήκαμεν· μηδεὶς ἀνθρώπων ἐπαισχυνέσθω τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖν, λαλῶν νῦν ἐγὼ καὶ πάντες κατὰ καιρόν· ἀλλὰ τὸ πῶς, εἰπεῖν ἀδυνατοῦμεν· πῶς οὖν τὸν δόντα τὸ λαλεῖν, δύναμαι διηγήσασθαι· ὁ ψυχὴν ἔχων ἐγώ, καὶ τοὺς χαρακτῆρας αὐτῆς εἰπεῖν μὴ δυνάμενος, πῶς τὸν δοτῆρα τῆς ψυχῆς ἐξειπεῖν δυνήσομαι· αὔταρκες ἡμῖν εἰς εὐσέβειαν ἐστὶ τοῦτο μόνον τὸ εἰδέναι, ὅτι θεὸν ἔχομεν· θεὸν ἕνα [θεὸν ὄντα] ἀεὶ ὄντα· ὅμοιον ἀεὶ ἑαυτῷ ὄντα· οὗ πατὴρ οὐκ ἔστιν ἄλλος· οὗ μηδεὶς ἰσχυρότερος, ὃν οὐδεὶς διαδεξάμενος ἐκβάλλει τῆς βασιλείας· τὸν πολυώνυμον καὶ παντοδύναμον, καὶ μονοειδῆ τὴν ὑπόστασιν· οὐ γὰρ ὅτι καλεῖται ἀγαθὸς καὶ δίκαιος καὶ παντοκράτωρ, καὶ Σαβαώθ, παρὰ τοῦτο διάφορός ἐστι καὶ ἀλλοῖος· ἀλλ' εἷς ὢν καὶ ὁ αὐτός,

μυρίας ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας, οὐκ ἐν μέρει πλέον ἔχων, καὶ ἐν μέρει ἐλαττούμενος, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ὅμοιος ὢν αὐτὸς ἑαυτῷ· οὐ μέγας ἐν φιλανθρωπίᾳ μόνον, καὶ μικρὸς ἐν σοφίᾳ· ἀλλ' ἰσοδύναμον ἔχων τῇ σοφίᾳ τὴν φιλανθρωπίαν· οὐκ ἐν μέρει βλέπων, ἐν μέρει δὲ τοῦ βλέπειν ἀπεστερημένος· ἀλλ' ὅλος ὢν ὀφθαλμὸς, καὶ ὅλος ἀκοὴ, καὶ ὅλος νοῦς· οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν μέρει νοῶν, καὶ ἐν μέρει μὴ γινώσκων. βλάσφημος γὰρ ὁ λόγος, καὶ θείας ὑποστάσεως ἀνάξιος. προγνώστης ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ ἅγιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ πάντων ἀγαθώτερος, καὶ πάντων μείζων, καὶ πάντων σοφώτερος· οὗ μήτε ἀρχὴν, μήτε μορφὴν, μήτε εἶδος ἐξειπεῖν δυνησόμεθα. οὔτε γὰρ φωνῆς αὐτοῦ πώποτε ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, φησὶν ἡ θεία γραφή· διὸ καὶ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶν ὁ Μωσῆς· Καὶ φυλάξασθε σφόδρα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, ὅτι ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε· εἰ γὰρ ὅλως τὴν ὁμοιότητα ἀδύνατον φαντασθῆναι, ἐγγὺς ἔσται ἆρα ἡ διάνοια τῆς ὑποστάσεως· ἐφαντάσθησαν πολλοὶ πολλὰ, καὶ πάντες ἀποτετυχήκασι· καὶ οἱ μὲν, πῦρ ἐνόμισαν εἶναι τὸν θεόν· ἕτεροι δὲ πτερωτὸν ὡς ἄνθρωπον, διὰ τὸ γεγράφθαι μὲν, καλῶς· νοεῖσθαι δὲ, κακῶς δὲ, Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου, σκεπάσεις με· ἐπελάθοντο τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς λέγοντος ὁμοίως καὶ περὶ αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε· τῆς γὰρ φρουρητικῆς αὐτοῦ δυνάμεως εἰς πτέρυγας λαμβανομένης, οὗτοι μὴ νοήσαντες, εἰς ἀνθρώπινα πράγματα καταπεσόντες ἀνθρωπίνως ὑπέλαβον εἶναι τὸν ἀνεξιχνίαστον· οἱ δὲ, ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἔχειν αὐτὸν εἰπεῖν ἐτόλμησαν, διὰ τὸ γεγράφθαι πάλιν· Ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· εἰ γὰρ ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἐν μέρει περίκειται, μερικὸν ἄρα τὸ βλέπειν αὐτὸν, καὶ οὐ παντελές· ὅπερ ἐπὶ θεοῦ λέγειν δύσφημόν ἐστι· τὸν γὰρ θεὸν τέλειον ἐν πᾶσιν

innumeras diuinitatis efficientias profundit, non plus habens aliqua ex parte, ex aliqua minus: ſed ſemper ac perpetuo ipſe ſui ſimilis perſeuerat: non humanitate & clementia ſolum magnus, & ſapientia paruus: ſed parem viribus habens cum ſapientia humanitatem. non partim videns, partim videndi facultate priuatus: verum totus cum ſit oculus, & totus auditus, & totus mens, non ſicut nos ex parte intelligens, & ex parte neſciens: blaſphema enim & conuiciatrix oratio eſſet, & diuino numine indigna. Præſcius rerum eſt atque prouiſor, ſanctus, omnipotens, omnium optimus, omnium maximus, omnium ſapientiſſimus: cuius neque principium, neque formam, neque ſpeciem profari poterimus vnquam. *Neque enim vocem eius audiuiſtis vſpiam, neque ſpeciem eius vidiſtis*, ait ſcriptura diuina, quapropter & ad Iſraëlitas Moſes ait, *Et aduertite diligenter animis veſtris, quod ſimilitudinem non vidiſtis.* Nam ſi omnino ſimilitudo eius informari nequit vllis imaginationibus, mens & cogitatio ad eſſentiam propius accedet? Multi multa ſunt imaginati, & omnes ſua ſpe fruſtrati ſunt. Quidam ignem eſſe deum cenſuerunt: alij quaſi hominem alatum, ſumpta occaſione ab eo quod bene ſcriptum eſt, male autem intellectum, *Sub velamento alarum tuarum proteges me.* obliti ſunt domini noſtri Ieſu-Chriſti vnigeniti dicentis & de ſe ipſo pariter ad Hieroſolymorum ciuitatem: *Quoties volui congregare filios tuos, quo modo gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Nam cùm vis eius & poteſtas tuendi alarum nomine ſignificetur, iſti hoc loco male intellecto, ad res humanas prolapſi, humano more deum imperueſtigabilem agere putauerunt. Alij ſeptem ei oculos eſſe auſu temerario affirmarunt, ex eo rurſus quod ſcriptum eſt, *Septem oculi domini reſpicientes ſuper omnem terram.* Nam ſi particulatim ei ſeptem oculi tributi ſunt, ex parte profecto & non in totum videt: quod in deo dicere blaſphemum eſt & conuicioſum. Nam perfectus in omnibus deus

Deus totus mens, totus oculus, totus auditus.

Deut. 4.15.

Pſal. 16.8.

Mat. 23.37

Opiniones falſæ de Deo.

Zach. 4.10

credendus eſt, ſicut ait vox ſaluatoris inquientis, *Pater* *Mat. 5.48.* *veſter cæleſtis, perfectus eſt*: perfectus in viſu, perfectus in potentia, perfectus in magnitudine, perfectus in præcognitione, perfectus in bonitate, perfectus in iuſtitia, perfectus in humanitate: non definitus loco, ſed locorum opifex, qui in omnibus eſt, & à nullo circunſcribitur. *Deus nuſquam & vbique.* *ſolium ei cælum eſt*: exuperat tamen & tranſcendit qui ſedet: *& terra, ſcabellum pedum*: peruenit tamen aduſque ſubterranea virtus eius. Vnus eſt vbique præſens & adſtans, omnia intuens, omnia noſcens, omnia per Chriſtum fabricans. *Omnia enim per eum* *Ioan. 1.* *facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Totius boni fons maximus & perennis, beneficiorum quaſi quoddam flumen, lumen æternum ſine fine coruſcans, vix inexpugnabilis, ad noſtras infirmitates ſe demittens & accommodans: cuius ne nomen quidem audire ſuſtinemus. *Cap. 11. 7.* *An veſtigium domini reperies*, ait Iob, *aut ad extrema peruenies quæ fecit omnipotens*? ſi extrema & minima dei opera non comprehenduntur, is qui omnia fecit, comprehendetúrne? *Eſaï. 64.* *1. Cor. 2.9.* *Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe.* Si quæ præparauit deus, noſtris nequeunt mentibus comprehendi, cúmne qui præparauit, animo comprehendere poſſumus? *Rom. 11.33.* *O altitudo diuitiarum & ſapientiæ dei. quam inſcrutabilia iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius*, ait Apoſtolus. Si iudicia & viæ inueſtigari & comprehendi non poſſunt, ipſéne comprehendetur? Ergo tantus cum ſit deus, & etiam maior (neque enim, ſi vel totam meam naturam in linguam commutauero, pro dignitate potero enunciare: immo ne ſi omnes quidem angeli conueniant, quod dignum & æquum eſt eloquentur) tam bonus, inquam, cùm ſit deus & tam magnus, homo vbi lapidem ſculpſit, lapidi dicere, *Deus meus es tu* auſus eſt. O cæcitatem grandem, quæ de tanta maieſtate ad tantam humilitatem & abiectionem deſcendit! Lignum quod deus plantauit, & imber creſcere fecit, & poſtea combuſtū,

εἶ) δεῖ πιστεύειν, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν τὴν λέγουσαν· Ὁ πατὴρ ὑμῶν οὐράνιος, τέλειός ἐστι· τέλειος ἐν τῷ βλέπειν, τέλειος ἐν τῷ δύνασθαι, τέλειος ἐν τῷ μεγέθει, τέλειος ἐν προγνώσει, τέλειος ἐν ἀγαθωσύνῃ, τέλειος ἐν δικαιοσύνῃ, τέλειος ἐν φιλανθρωπίᾳ· οὐκ ἐν τόπῳ περιωρισμένος· ἀλλὰ τῶν τόπων ποιητής· ἐν πᾶσιν ὢν καὶ ὑπ' οὐδενὸς περιγραφόμενος. θρόνος αὐτῷ ὁ οὐρανός· ἀλλ' ὑπερβαίνει ὁ καθεζόμενος· ὑποπόδιον ἡ γῆ· ἀλλὰ φθάνει ἡ δύναμις μέχρι καταχθονίων· εἷς ἐστὶ πανταχοῦ παρὼν, πάντα βλέπων, πάντα νοῶν, πάντα διὰ χριστοῦ κατασκευάζων· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πηγὴ παντὸς ἀγαθοῦ μεγίστη καὶ ἀνελλιπὴς, ποταμὸς εὐεργεσιῶν, φῶς ἀΐδιον ἀνελλιπῶς ἀπαστράπτον, δύναμις ἀκαταγώνιστος, ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν συμπεριφερομένη· οὗ, μηδὲ τὸ ὄνομα φέρομεν ἀκοῦσαι· ἢ ἴχνος κυρίου, φησὶν, εὑρήσεις ὁ Ἰώβ· ἢ εἰς τὰ ἔσχατα ἀφίκου ἃ ἐποίησεν ὁ παντοκράτωρ. εἰ τὰ ἔσχατα τῶν ποιημάτων οὐ καταλαμβάνεται, ἆρα ὁ τὰ πάντα ποιήσας καταληφθήσεται; ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· εἰ ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς, ἀπερίληπτα τυγχάνει ταῖς ἡμετέραις διανοίαις, αὐτὸν ἄρα τὸν ἑτοιμάσαντα τῷ νῷ περιλαμβάνειν δυνάμεθα; ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. φησὶν ὁ ἀπόστολος. εἰ τὰ κρίματα καὶ αἱ ὁδοὶ ἀκατάληπτα καθέστηκεν, αὐτὸς ἄρα καταληφθήσεται; τοσούτου τοίνυν ὄντος τοῦ θεοῦ καὶ ἔτι μείζονος· οὐδὲ γὰρ ἐὰν ὅλην μου τὴν ὑπόστασιν εἰς γλῶσσαν μεταβάλλω, δύναμαι τὸ κατ' ἀξίαν εἰπεῖν· μᾶλλον δὲ οὐδ' εἰ πάντες ἄγγελοι συνέλθοιεν, οὔπω τὸ κατ' ἀξίαν ἐροῦσι· τοσούτου τοίνυν ὄντος ἀγαθοῦ, τοῦ θεοῦ καὶ μεγάλου, ἄνθρωπος λίθον γλύψας, τῷ λίθῳ εἰπεῖν, Θεός μου εἶ σύ, ἐτόλμησεν· ὢ μεγάλης ἀβλεψίας ἐκ τοσούτου μεγέθους εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατελθούσης. τὸ ξύλον ὅπερ ὁ θεὸς ἐφύτευσεν, καὶ ὑετὸς ἐμήκυνε, καὶ ὕστερον κατακαυθὲν,

καὶ σποδὸς διάπυρος γενόμενον, τοῦτο μὲν θεὸς ἀναγορεύεται· ὁ δὲ ἀληθὴς θεὸς, καταφρονεῖται· ἐπεδαψιλεύσατο δὲ ἡ πονηρία τῆς εἰδωλολατρείας· αἴλουρος, καὶ κύων, καὶ λύκος, ἀντὶ θεοῦ προσεκυνήθησαν· καὶ λέων ἀνθρωποβόρος ἀντὶ τοῦ θεοῦ τοῦ φιλανθρωποτάτου προσεκυνήθη· ὄφις καὶ δράκων ἀντίμιμοι τοῦ ἐκβαλλόντος ἡμᾶς ἐκ παραδείσου, προσεκυνήθησαν. καὶ ὁ τὸν παράδεισον φυτεύσας κατεφρονήθη. καὶ αἰσχύνομαι λέγειν, πλὴν λέγω· καὶ κρόμμυα γὰρ ἤδη παρά τισι προσεκυνήθη. οἶνος γὰρ ἐδόθη, ἵνα εὐφραίνῃ καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ οἶνος ἀντὶ θεοῦ προσεκυνήθη. σῖτον ὁ θεὸς εἰργάσατο διὰ τοῦ εἰπεῖν, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα· ἵνα ἄρτος στηρίζῃ καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ πόθεν ἡ Δήμητρα προσεκυνήθη. τὸ πῦρ ἐκ λίθων συγκρούσεως ἐξέρχεται μέχρι σήμερον· καὶ πόθεν Ἥφαιστος, πυρὸς ποιητής. πόθεν ἡ πολύθεος πλάνη τῶν Ἑλλήνων. ἀσώματος ὁ θεός· καὶ πόθεν μοιχεῖαι παρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις θεοῖς κατεγορῶνται. σιωπῶ τὰς Διὸς εἰς κύκνον μεταβολάς· αἰσχύνομαι λέγων τὰς εἰς ταῦρον μεταμορφώσεις· ἀνάξια γὰρ θεοῦ τὰ μυκήματα· μοιχὸς ὁ παρ' Ἕλλησι θεὸς εὕρηται, καὶ οὐκ αἰδοῦνται· εἰ γὰρ μοιχός ἐστι, θεὸς μὴ καλείσθω· καὶ θανάτους, καὶ ἀποπτώσεις, καὶ κεραυνώσεις τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων θεῶν. βλέπεις ἐκ πόσου μεγέθους ποῦ κατεληλύθασιν; μή τι ἄρα μάτην υἱὸς θεοῦ κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ; ἢ ἵνα τὸ τηλικοῦτον τραῦμα θεραπεύσῃ, μή τι μάτην ἦλθεν ὁ υἱός, ἵνα ὁ πατὴρ ἐπιγνωσθῇ; ἐπέγνως, τί ἐκίνησεν ἐκ δεξιῶν θρόνων κατελθεῖν τὸν μονογενῆ; πατὴρ κατεφρονεῖτο, ἔδει υἱὸν διορθώσασθαι τὴν πλάνην. ἔδει γὰρ τὸν δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, τῷ δεσπότῃ τῶν ἁπάντων προσενεγκεῖν τὰ πάντα· ἔδει θεραπευθῆναι τὸ τραῦμα· τί γὰρ ἦν ταύτης τῆς νόσου χεῖρον, ἵνα λίθος ἀντὶ θεοῦ προσκυνηθῇ.

fit cinis per ignem, ipſum quidem deus proclamatur: vetus autem deus contemnitur. Idololatriæ vero peruerſitas multiplex inducitur: felis, canis, lupus, pro deo ſunt adorati: & leo vorator hominum pro deo hominum amantiſſimo adoratus: anguis & draco, qui repræſentant eum qui de paradiſo nos eiecit, adorati ſunt; & qui paradiſum plantauit contemptus eſt. & (erubeſco referre; referam tamen) iam etiam apud nonnullos cæpæ ſunt adoratæ. Nam vinum datum *vt lætificet cor hominis*: & vinum pro deo colitur. Frumentum deus procreauit, dicendo, *Producat terra herbam fœni, ſeminantem ſemen ſecundum genus & ſimilitudinem*, vt panis *confirmet cor hominis*: vnde nam Ceres adoratur? Ignis attritu & colliſione lapidum excitur ad hodiernum diem: & vnde nam Vulcanus, ignis fabricator? Vnde ille gentilium in multitudine deorum error? incorporeus enim eſt Deus. Vnde nam ſtupra & adulteria vitio dantur apud eos qui deos ea dicunt? Taceo Iouis in olorem conuerſiones. pudet narrare transformationes in taurum: ſunt enim mugitus indigni deo. Adulter apud Gentiles deus eſt deprehenſus, nec erubeſcunt: Nam ſi adulter eſt, deus ne vocetur. Recenſent & ſuorum deorum mortes, caſus & ruinas, necnon fulminis ictu deflagrationes. Vides de quanta maieſtate quo deſcenderunt? Nunquid non fruſtra & incaſſum filius dei de cælo deſcendit? Nonne vt tantum vulnus curaret? fruſtráne filius venit vt pater agnoſceretur? Tenéſne quid mouerit ad deſcendendum à dextris ſedibus vnigenitum? Pater deſpiciebatur: filium oportuit errorem emendare. Oportuit enim vt per quem omnia facta fuerant, is vniuerſorum domino cuncta offerret. Oportebat vulnus curari. quid enim hoc morbo deterius erat, vt lapis pro deo coleretur?

Gen. 1.

Filius Dei cur deſcendit.

DE HÆRESIBVS.

NEC ſolum gentilibus iſta diabolus admolitus eſt: ſed & iam multi pſeudochriſtianorum, fragrantiſſima iſta Chriſti appellatione male nuncupatorum, auſi ſunt impie deum à ſuis creaturis abalienare: hæreticos dico, nefandos, & à deo remotiſſimos, qui ſe Chriſti ſimulant ſtudioſos, Chriſti tamen omnino ſunt hoſtes infenſi. Nam qui patri Chriſti conuiciatur, hoſtis eſt filij. Auſi ſunt hi duas deitates aſſerere: vnam bonam, alteram malam. O magnam cæcitatem! ſi deitas eſt, omnino & bona eſt: ſi non eſt bona, quid deitas appellatur? Nam ſi dei bonitas eſt, deo congruens, hominum amans, beneficentia, omnipotentia, de duobus alterum, aut deum vocent nomine, aut actione: ſin actionibus priuaturi ſunt, ne vocent ſola nuncupatione. Auſi ſunt hæretici duos proferre deos, & geminos boni malíque fontes, eóſque ingenitos. ſi vtérque ingenitus eſt; vterque prorſus æqualis alteri, & vterque potens. Quomodo ergo tenebræ & lumen ſe ſimul tollunt? Vtrúmne ſimul aliquando ſunt, an ſeiuncti? ſimul enim eſſe non poſſunt. *Quæ eſt enim luci communicatio cum tenebris?* ait Apoſtolus. ſin à ſe longe abſunt profecto ſuos quiſque locos habent. Vbi igitur vnum deum dicimus, omnino etiam & illic vnum adoramus. ſic enim colligendum eſt & conſtituendum, etiam ſi vel illorum inſania corripiamur, vnum adorandum eſſe. Inquiramus autem & ab iis quid de bono deo dicant. Poténſne eſt, an impotens? ſi potens, quomodo malum fit eo inuito? & quomodo praua in hunc mundum natura inducitur eo nolente? Nam ſi id reſciens prohibere non poſſit, eius impotentiam arguunt: ſin poſſit, nec prohibeat, proditionis reum faciunt. Ac vide horum amentiam. nam aliquandò dicunt nihil prauo commune eſſe cum bono, ad mundi fabricationem: aliquando cenſent cum quartam duntaxat

2.Cor.6.14.

ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

ΚΑΙ οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς ἐπηγωνίσατο ταῦτα ὁ διάβολος· ἀλλὰ γὰρ ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν χριστιανῶν ψευδῶς λεγομένων τῷ τοῦ εὐωδεστάτου χριστοῦ ὀνόματι κακῶς προσαγορευομένων, ἐτόλμησαν ἀσεβῶς ἀπαλλοτριῶσαι τὸν θεὸν τῶν οἰκείων ποιημάτων· τοὺς τῶν αἱρετικῶν λέγω παῖδας, τοὺς δυσωνύμους καὶ ἀθεωτάτους, προσποιουμένους μὲν εἶναι φιλοχρίστους, μισοχρίστους δὲ παντελῶς· ὁ γὰρ τὸν πατέρα τοῦ χριστοῦ δυσφημῶν, ἐχθρός ἐστι τοῦ υἱοῦ. ἐτόλμησαν εἰπεῖν οὗτοι δύο θεότητας, μίαν ἀγαθὴν, καὶ μίαν κακήν. ὢ πολλῆς ἀβλεψίας. εἰ θεότης, πάντως καὶ ἀγαθή· εἰ δὲ οὐκ ἀγαθὴ, τί καλεῖται θεότης; εἰ γὰρ θεοῦ ἡ ἀγαθότης, ἡ θεοπρεπὴς, ἡ φιλάνθρωπος, τὸ εὐεργετικὸν, τὸ παντοδύναμον, δυοῖν θάτερον, ἢ θεὸν καλείτωσαν σὺν τῷ ὀνόματι καὶ τῇ ἐνεργείᾳ· εἰ δὲ ἀποστερεῖν μέλλοιεν τὴν ἐνέργειαν, μὴ καλείτωσαν μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ. ἐτόλμησαν αἱρετικοὶ λέγειν δύο θεοὺς, καὶ δύο πηγὰς ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ· καὶ ταύτας ἀγεννήτους εἶναι, εἰ ἀγέννητοι ἀμφότεραι, πάντως ὅτι καὶ ἴσαι, καὶ ἀμφότεραι κραταιαί, πῶς οὖν ἀναιρεῖ τὸ σκότος τὸ φῶς· καὶ πότερον ποτὲ ὁμοῦ εἰσὶν, ἢ ἀπεχοινισμέναι· ὁμοῦ μὲν γὰρ εἶναι οὐ δύνανται· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, φησὶν ὁ ἀπόστολος. εἰ δὲ μακραὶ ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶν, πάντως ὅτι καὶ ἰδίους τόπους ἔχουσιν· πάντως που ἐν τοῖς τοῦ ἑνὸς θεοῦ ἐσμὲν, πάντως που καὶ ἕνα προσκυνοῦμεν· συστῆναι γὰρ οὕτω δεῖ, κἂν τῇ μωρίᾳ ἐκείνων συμπεριενεχθῶμεν, ὅτι ἕνα δεῖ προσκυνεῖν. ἐξετάσωμεν δὲ αὐτοὺς, καὶ τί λέγουσι περὶ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ. δυνατός ἐστιν, ἢ ἀδύνατος· εἰ μὲν δύναται, πῶς ἐγένετο τὸ κακὸν, ἄκοντος αὐτοῦ· καὶ πῶς ἐπεισέρχεται ἡ πονηρὰ ὑπόστασις, μὴ θέλοντος αὐτοῦ· εἰ μὲν γὰρ εἰδὼς, οὐ δύναται κωλῦσαι, ἀδυναμίαν κατηγοροῦσι· εἰ δὲ δυνάμενος, οὐ κωλύει, προδοσίαν κατηγοροῦσι. καὶ βλέπε τὴν τούτων ἀνοησίαν· ποτὲ μὲν λέγουσι τὸ πονηρὸν μὴ ἔχειν κοινὸν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, εἰς τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν· ποτὲ δὲ λέγουσιν αὐτὸ τὸ τέταρτον

μέρος ἔχει μόνον· καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν λέγουσι πατέρα εἶναι τοῦ χριστοῦ· τὸν δὲ χριστὸν, τὸν ἥλιον τοῦτον καλοῦσιν. εἰ τοίνυν ὁ κόσμος κατ' αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐγένετο· ὁ δὲ ἥλιος ἐν κόσμῳ, πῶς ὁ υἱὸς τοῦ ἀγαθοῦ ἐν τοῖς τοῦ πονηροῦ ἄκων δουλεύει; Βορβορεύμεθα, ταῦτα λέγοντες· ἀλλ' ἵνα μή τις τῶν παρόντων ἐξ ἀμαθίας εἰς βόρβορον αἱρετικῶν ἐμπέσῃ, οἶδα χραίνας ἐμαυτοῦ τὸ στόμα, καὶ τῶν ἀκουόντων τὰς ἀκοὰς, ἀλλὰ συμφέρει· πολὺ γὰρ κάλλιον, ἐν κατηγορίαις ἄλλων ἀκοῦσαι τὰ ἄτοπα, ἢ ἐξ ἀγνοίας εἰς ταῦτα ἐμπεσεῖν. πολὺ κάλλιον γνῶναί σε τὸν βόρβορον καὶ μισῆσαι τοῦτον, ἢ ἀγνοοῦντα ἐμπεσεῖν εἰς αὐτόν· ἔστι δὲ πολυσχιδὴς ὁ τῆς ἀθεότητος τῶν αἱρέσεων λόγος· ὅταν γὰρ μιᾶς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐκπέσῃ, τότε πολλάκις εἰς κρημνοὺς καταπίπτει· καὶ πάσης μὲν αἱρέσεως εὑρετὴς Σίμων ὁ μάγος· Σίμων ὁ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, τὴν ἄπρατον τοῦ πνεύματος χάριν ἀγοράσαι προσδοκήσας ἀργυρίῳ· καὶ, Οὐκ ἔστι σοι, ἀκούσας, μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. περὶ οὗ γέγραπται· Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. οὗτος ἐπὶ τῆς Ῥώμης γενόμενος, μετὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀποβληθῆναι· καὶ Ἑλένην τινὰ πόρνην ἐπαγόμενος, δυσφήμῳ τῷ στόματι, πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν ἐπὶ ὄρους Σινᾶ ὡς πατέρα φανέντα· παρὰ δὲ Ἰουδαίοις ὕστερον οὐκ ἐν σαρκὶ, ἀλλὰ δοκήσει ὡς χριστὸν Ἰησοῦν φανέντα· καὶ μετὰ ταῦτα ὡς πνεῦμα ἅγιον, ὃ ὑπὸ τοῦ χριστοῦ ὡς παράκλητον ἀποστέλλεσθαι ἐπαγγελθέν. καὶ ἐπλάνησέ τε οὕτω τὴν ῥωμαίων πόλιν, ὥστε Κλαύδιον ἀνδριάντα αὐτοῦ στῆσαι, ὑπογράψαντα τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ, Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ. ὅπερ ἑρμηνευόμενον δηλοῖ, Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ. παρατεινομένης δὲ τῆς πλάνης, ἀγαθῶν ξυνωρὶς διορθοῦται τὸ πλάσμα, Πέτρος καὶ Παῦλος παραγενόμενοι οἱ τῆς ἐκκλησίας προστάται, καὶ ἐπιδείξαντα τὸν νομιζόμενον θεὸν Σίμωνα, νεκρὸν εὐθὺς ἀπέδειξαν· ἐπαγγειλαμένου γὰρ τοῦ Σίμωνος μετεωρίζεσθαι εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐπ' ὀχήματος δαιμόνων ἐπ' ἀέρος

partem habere: & bonum ſanè patrem Chriſti eſſe aiunt: Chriſtum verò ſolem iſtum vocant. Si ergo mundus eorum opinione fabricatus eſt à malo: ſol autem in mundo locum habet, quo pacto boni filius in iis quæ mali ſunt, inuitus ſeruit? In cœno volutamur hæc enunciantes: id vero facio, ne quis noſtrum qui hic præſentes adſtamus, inſcitia & ignoratione in hæreticorum cœnum prolapſus incidat. non dubito quin os meum commaculem & aures audientium, ſed non ſine emolumento: multo enim præclarius eſt, audiſſe in aliis accuſandis abſurda, quàm ex inſcitia in ipſa incidiſſe. Longè melius eſt, vt ſordes cognoſcas, & oderis, quàm ignorans in eaſdem incidas. Hæreſeon autem de deitate multiplex ratio eſt. Cum enim quis ab vnica recta excidit via, tum ſæpenumero delabitur in præcipitia. Ac omnis quidem hæreſeos inuentor, Simon ille magus fuit: Simon ille idem, qui in Actis Apoſtolorum, gratuitam & nullo precio vendēdam ſpiritus gratiam, ſibi coemendam expectarat, & audierat, *Non eſt tibi portio neque ſors in hoc ſermone*, & quæ ſequuntur deinceps. de quo ſcriptum eſt, *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.* Hic cum Romam veniſſet, ab apoſtolis reiectus: & Helenam quādam meretricem conſortem aſciuiſſet, ore nefando primus eſt auſus ſe eſſe cū iactare qui in Sina monte ſub ſpecie patris apparuit: qui apud Iudæos poſtea, non in carne, ſed opinione ſub Chriſti Ieſu forma ſe videndum oſtenderit: & tandem vt ſpiritus ſanctus à Chriſto pollicente, paracletus mittendus fuerit: itáque Romanorum ciuitatem vſque adeo in errorem induxit, vt ei Claudius ſtatuam erexerit cum hac ſubſcriptione verbis Latinis, SIMONI DEO SANCTO. Errorem autem latius ſe proferentem, coarguerunt duo viri boni huc perlati, Petrus & Paulus, Eccleſiæ præfecti. & Simonem ſeſe deum oſtentantem, talémque exiſtimatum, confeſtim morte affecerunt. Nam cum Simon ſeſe ſublimem in cælos latum iri profiteretur, & in aërem dæmoniorum vehiculo

Hæreſes vt vitari poſſint noſcendæ.

Simon Magus auctor hæreſeon.

Act. 8. 21.

Epiſt. 1. Ioan. 2. 19.

Simon Magus, trinum ſe deum vocat.

Simoni Mago, Claudius ſtatuam erexit.

ferretur, genibus prouoluti ſerui dei, & concordiam illam præ ſe ferentes, quam Ieſus dixerat, *Si duo ex vobis conſenſerint, de omni re quancunque petierint, ſuccedet eis*, conſenſionis telum, precum interuentu in magum eiaculati ſunt, & in terram eum deiecerunt. nihilque mirum videatur, tametſi mirabile ſit: Petrus enim is erat qui claues cælorum circumferebat. nec admiratione dignum: Paulus enim is erat qui ad tertium vſque cælum & paradiſum raptus, arcana verba audierat, quæ homini proloqui nemini licet. E ſublimi aëre deum illum habitum in terram deiecerunt ad inferos deprimendum. Hic primus draco peruerſitatis fuit auctor: cuius vno abſciſo capite, multiceps denuo prauitatis radix emerſit. Nam Cerinthus ad eccleſiam labefactandam eſt aggreſſus: Carpocrates item, Ebionæi & Marcion, os impietatis plenum, & atheum. Qui enim diuerſos deos cenſet ac ſtatuit, alterum Bonum, & alterum iuſtum, filio contradicit inquienti, *Pater Iuſte*, & qui rurſus aliũ Patrem, & alium Factorem mundi, filio aduerſatur dicenti, *Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum ignis mittitur, deus ita veſtit*: &, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Fuit enim iſte peruerſi alius erroris inuentor: cui ſecundus Marcion extitit. nam cum teſtimoniis veteris teſtamenti in nouo recitatis coargueretur ac refelleretur, primus eſt auſus ea excindere teſtimonia, & fidei ſermonem qui annunciaretur teſtimonio nullo confirmatum dimittere, derelicto prius deo: & cum nulli præcones ſupereſſent, fidem eccleſiæ corrumpere. Huic deinceps alius ſucceſſit, Baſilides, homo infamis, moribus immodeſtiſſimis, impudicitiæ concionator. Valentinus quoque huic vitio ſe ſocium adiunxit, trigintáque deorum nuncium ſe præbuit. Gentiles paucos numerabant: hic vero qui nuncupabatur, vel potius non erat Chriſtianus, errorem ad triginta totos integros protendit, aitque, quod Bythos id eſt profundũ (decebat

φεϱϑμὸν,

Petrus & Paulus Simonẽ oratione proſtrauerunt.

Petrus cæli claues portat.

Cerinthus.

Ioan.17.25

Luc.12.28.

Mat.5.45.

Marcion.

Baſilides.

Valentinus 30. Deorũ Præco.

φερόμενον, γόνυ κλίναντες οἱ τοῦ θεοῦ δοῦλοι, καὶ τὴν συμφωνίαν ἐνδειξάμενοι, ἣν εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐὰν δύο ἐξ ὑμῶν συμφωνήσωσι, περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσονται, γενήσεται αὐτοῖς· τὸ τῆς ὁμονοίας βέλος διὰ τῆς προσευχῆς πέμψαντες κατὰ τοῦ μάγου, κατέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν γῆν· καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν καίπερ ὂν θαυμαστόν· Πέτρος γὰρ ἦν ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν περιφέρων· καὶ οὐ θαύματος ἄξιον· Παῦλος γὰρ ἦν ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγεὶς καὶ εἰς παράδεισον, καὶ ἀκούσας ἄρρητα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· ἐξ ἀέρος ἐπὶ γῆν κατήγαγον τὸν νομιζόμενον θεόν, μέλλοντα εἰς τὰ καταχθόνια κατάγεσθαι. οὗτος πρῶτος ὁ τῆς κακίας δράκων. μιᾶς δὲ ἐκκοπείσης κεφαλῆς, πολυκέφαλος εὑρέθη πάλιν ἡ τῆς κακίας ῥίζα· Κήρινθος γὰρ τὴν ἐκκλησίαν ἐλυμαίνετο, καὶ Καρποκράτης, Ἐβιωναῖοί τε καὶ Μαρκίων, τὸ τῆς ἀθεότητος στόμα· ὁ γὰρ θεοὺς διαφόρους ἀναγορεύσας, ἄλλον τὸν ἀγαθὸν, καὶ ἄλλον τὸν δίκαιον, ἀντιφθέγγεται τῷ υἱῷ λέγοντι, Πάτερ δίκαιε. καὶ πάλιν ἄλλον τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον ποιητὴν τοῦ κόσμου, ἐναντιοῦται τῷ υἱῷ λέγοντι, Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον πυρὸς βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι· καὶ, Ὅστις τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους· οὗτος γὰρ πάλιν ἄλλης κακίας εὑρετής· δεύτερος γὰρ ὁ Μαρκίων· ὑπὸ γὰρ τῶν κειμένων ἀπὸ τῆς παλαιᾶς ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ μαρτυριῶν ἐλεγχόμενος, πρῶτος ἐτόλμησεν ἐκκόψαι τὰς μαρτυρίας· καὶ ἀμάρτυρον ἀφεῖναι τὸν καταγγελλόμενον λόγον τῆς πίστεως, καταλείψας τὸν θεόν· καὶ ὡς κηρύκων μὴ ὄντων, καὶ ἀθρὰν ἠθέλησε ποιήσασθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν πίστιν. διεδέξατο τοῦτον πάλιν ἄλλος, Βασιλείδης, δυσώνυμος, δεινότατος τὸν τρόπον, ἀσελγείας καταγγέλλων· ἐπηγωνίσατο τῇ κακίᾳ Οὐαλεντῖνος, τριάκοντα θεῶν καταγγελεύς· Ἕλληνες ὀλίγους λέγουσιν· καὶ ὁ ὀνομαζόμενος, μᾶλλον δὲ οὐκ ὢν χριστιανὸς, εἰς τριάκοντα ὅλους ἐξέτεινε τὴν πλάνην, καὶ φησὶν, ὅτι ὁ Βυθός· πρέπει γὰρ αὐτῷ

ὄντι βυθῷ τῆς κακίας ἐκ βυθοῦ τῆς διδασκαλίας ἄρχεσθαι; ἐγέννησε Σιγήν, καὶ ἀπὸ τῆς Σιγῆς ἐτεκνοποίει Λόγον, τοῦ παρ' Ἕλλησιν Διὸς ἐστὶ χείρων τοῦ τῇ ἀδελφῇ μιγνυμένου· τέκνον γὰρ εἶναι τοῦ Βυθοῦ ἐλέγετο ἡ Σιωπή. βλέπεις ἀτοπίαν σχήματι χριστιανισμοῦ περιβεβλημένην; μεῖνον βραχὺ, καὶ μισήσεις τὴν ἀσέβειαν· φησὶ γὰρ, ὀκτὼ αἰῶνας ἐκ τούτου γεγεννῆσθαι· καὶ ἐξ ἐκείνων δέκα, καὶ ἐξ ἐκείνων δώδεκα, ἄρσενας καὶ θηλείας. καὶ πόθεν ἡ σύστασις τούτων, βλέπει τὴν ληρῳδίαν ἐκ τῶν κατασκευασμάτων. πόθεν ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν τῶν τριάκοντα αἰώνων· ἐπειδὴ γέγραπται, ὅτι ἐβαπτίσθη ὁ Ἰησοῦς τριάκοντα ἐτῶν ὤν. καὶ ποία ἀπόδειξις, ἐκ τῶν τριάκοντα ἐτῶν, εἰ δὲ τριάκοντα ἐτῶν ἐβαπτίσθη. ἆρα οὖν ἐπειδὴ καὶ πέντε ἄρτους ἔκλασεν εἰς πεντακισχιλίους, πέντε εἰσὶ θεοί; ἢ ἐπειδὴ δώδεκα εἶχεν μαθητάς, δώδεκα ὤφειλον μόνοι θεοί; καὶ τοῦτο ἔτι μικρὸν πρὸς τὰ λοιπὰ τῆς ἀσεβείας. φησὶ γὰρ, ὅτι ἡ τελευταία τῶν θεῶν ἀρσενόθηλυς οὖσα, ὡς τολμᾷ λέγειν, αὕτη ἐστὶν ἡ Σοφία. ὢ τῆς ἀθεότητος· Χριστοῦ γὰρ θεοῦ Σοφία μονογενὴς υἱός, κἀκεῖνος εἰς θῆλυ καὶ τριακοστὸν στοιχεῖον, καὶ ἔσχατον κατασκεύασμα κατήνεγκε τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ τὴν Σοφίαν· καὶ φησὶν, ὅτι ἐχείρησεν ἡ Σοφία τὸν πρῶτον θεὸν ἰδεῖν· δὲ μὴ φέρουσα τὰς μαρμαρυγὰς, ἐξέπεσε τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀπεβλήθη τοῦ τριακοστοῦ ἀριθμοῦ· εἶτα στένουσα ἐκ τῶν στεναγμάτων ἐγέννα τὸν διάβολον· καὶ ὅτι δακρύσασα τὴν ἀπόπτωσιν, τὴν θάλασσαν ὑπεστήσατο. βλέπεις τὴν ἀσέβειαν; πῶς γὰρ ἐκ σοφίας διάβολος γεννᾶται, καὶ ἀπὸ συνέσεως ἡ κακία, ἢ ἀπὸ φωτὸς σκότος. καὶ φησὶν, ὅτι ὁ διάβολος ἐγέννησεν ἄλλους, ἐξ ὧν τινες κατεσκεύασαν τὸν κόσμον· καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς κατῆλθεν ἐπὶ τὸ ἀποστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους τοῦ κοσμοποιοῦ. ἄκουε δὲ, τίνα λέγουσιν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, ἵνα ἔτι μειζόνως αὐτοὺς μισήσῃς· διδάσκουσι γὰρ ὅτι τῆς Σοφίας ἐκπεσούσης, ἵνα μὴ ὁ ἀριθμὸς λείπῃ

enim vt qui fundum eſſet malorum, à fundo doctrinæ ſumeret initium) genuerit Sigen, id eſt Silentium, & de Sige procrearit Logon, qui Iupiter ſit Gentilibus, & deterior ac inferior eo qui cum ſorore ſit mixtus. Sige enim Bythi filia dicebatur. Vides abſurditatem ſpecie Chriſtianiſmi obtectam. Mane paululum, & impietatis odium concipies. ait enim, ex eo genitos Æones octo fuiſſe, & ex his decem, & ex his duodecim, mares & fœminas. Et vnde conſtant hæc? nugacitatem ex firmamentis conſidera. Vndenam Æonum triginta demonſtrationem habes? Quia ſcriptum eſt, Ieſum baptizatum fuiſſe annos natum triginta. Quomodo vero probas ex annis triginta, etiamſi verum ſit, annos natum triginta baptizatum illum fuiſſe? Vtrum ergo quia & quinque panes fregit ad cibanda quinque hominum millia, idcirco quinque dij ſunt? aut quia duodecim habuit diſcipulos, duodecim ſoli dij eſſe debuerunt? id vero perpuſillum etiamnum eſt, ſi cum reliquis impiis eius documentis conferatur: Ait enim, vltimam inter deos eſſe marem ac fœminam ſimul, vt audet dicere, ipſum eſſe Sophiam, id eſt Sapientiam. (O impietatem. Chriſtus enim, dei ſapientia, vnigenitus filius) qui ad fœminam & trigeſimum elementum, & poſtremam fabricam detulit ſermone dei ſapientiam. ſubiungitque, Conatam Sapientiam primum deum contueri: & cum ſplendorem ſuſtinere non potuiſſet, de cælis excidiſſe, & è numero trigeſimo abiectam fuiſſe: tum gemuiſſe, ſuiſque gemitibus Diabolum genuiſſe: & cum caſum ſuum ab alto deploraret, mare procreauiſſe. Vides impietatem? quo enim pacto de Sapientia diabolus eſt generatus, & de prudentia malitia, aut de lumine tenebræ? ſubdit, Diabolum alios generaſſe, ex quibus nonnulli mundum ſint fabricati: Chriſtúmque deſcendiſſe, vt homines à mundi procreatore ſeduceret. Audi vero, quem Chriſtum Ieſum eſſe dicant, vt eos maiore inſuper odio proſequaris. docent enim quòd vbi Sapientia deciderit, ne

Valentini blaſphemia.

triginta deorum numerus deficeret, Æonas viginti-nouem ſingulos aliquid minimum contuliſſe, conſtituiſſéque Chriſtum, quem marem ac fœminam rurſum eſſe dicunt. Eſtne quicquam his magis impium?. éſtne quicquam miſerius Equidem tibi errorem enarro, vt in eos maius odium habeas. Fuge itaque hanc impietatem, neque tali ſalutem dicas, ne tenebrarum infrugiferis operibus participes. Ne vero curioſius iſta conquiras, neque ſermones cum eis conferre velis: & cum in genere cunctos oderis hæreticos, tum potiſſimum & præ aliis eum execrare qui à Mania & furore nomen habet, qui non multo antea ſub imperatore Probo habuit initium. Nam ante ſeptuaginta annos error inchoauit. & hucuſque ſuperſunt homines qui eum ſuis oculis conſpexerunt. Verum non ideo quia paulo ante fuit, hominem oderis, ſed impia dogmata execrare, prauitatis auctorem, omnis immunditiæ receptaculum, quíque omnis hæreſis cœnum ſuſceperit. Nam cum in malis primatum ambiret, omnibus in vnum collectis, & hæreſi vna ex omni genere blaſphemiarum omníque ſcelere conflata, deprædatur atque labefactat eccleſiam, vel potius eos qui exceſſerunt eccleſia: obambulans tanquam leo atque deuorans. Quorum blandis verbis ne attendas, neque humilitati fictæ & ad opinionem compoſitæ. Serpentes enim ſunt, progenies viperarum: & Iudas dicebat, *Aue rabbi*, & prodebat: ne oſculis attendas, ſed venenum caue. Et ne fruſtra hunc videamur accuſare, obiter quis iſte ſit Manes, & quid docuerit, aliquantum declaremus. totum enim eius cœnum, ne vniuerſum quidem æuum pro dignitate recenſeret. ea memorentur quæ adiumento tibi opportuno ſint futura: quæ quidem & in ſuperioribus ſunt explicata, dicentur tamen hoc tempore, vt & qui neſciunt intelligant, & qui ſciunt recordentur. A Chriſtianis non eſt Manes, abſit: neque vt Simon ille Magus, eiectus eſt ab eccleſia, neque ipſe, neque qui ante eum docebant. Fur enim alienorum

Hæretici odio habendi.

Cyrill. 70. annos poſt Manich.

τῶν τριάκοντα, οἱ εἰκοσιεννέα αἰῶνες συνενέγκαντές τι ἕκαστος ἐλάχιστον, κατεσκεύασαν τὸν χριστόν· καὶ τοῦτον δὲ ἀρσενόθηλυν πάλιν λέγουσιν. ἆρα ἐστὶ τούτων ἀσεβέστερον; ἔστι τι τούτων ἀθλιώτερον; ἐγὼ διηγοῦμαί σοι τὴν πλάνην, ἵνα μειζόνως αὐτοὺς μισήσῃς· φεῦγε οὖν τὴν ἀσέβειαν, μηδὲ χαίρειν λέγε τῷ τοιούτῳ, ἵνα μὴ κοινωνήσῃς τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους· καὶ μήτε πολυπραγμονήσῃς· μήτε εἰς λόγους αὐτοῖς ἐλθεῖν θελήσῃς. καὶ μίσει μὲν πάντας αἱρετικούς, ἐξαιρέτως δὲ, τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν πρώην ἐπὶ Πρόβου βασιλέως ἀρξάμενον· πρὸ γὰρ ὅλων ἑβδομήκοντα ἐτῶν, ἡ πλάνη. καὶ εἰσὶ μέχρι τοῦ νῦν ἄνθρωποι αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρήσαντες ἐκεῖνον· ἀλλ' οὐχ ὅτι πρὸ ὀλίγου χρόνου ἦν, διὰ τοῦτο μίσει· ἀλλὰ τὰ δυσσεβῆ δόγματα μίσει, τὸν τῆς κακίας ἐργάτην· τὸ δοχεῖον παντὸς ῥύπου· τὸν πάσης αἱρέσεως βόρβορον ὑποδεξάμενον· φιλοτιμούμενος γὰρ ἐν κακοῖς ἐξαιρέτοις γενέσθαι, τὰ πάντα λαβών, καὶ μίαν αἵρεσιν πεπληρωμένην βλασφημιῶν, καὶ πάσης παρανομίας συστησάμενος, λυμαίνεται τὴν ἐκκλησίαν· μᾶλλον δὲ τοὺς ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας· ὡς λέων περιπατῶν καὶ καταπίνων. μὴ πρόσεχε αὐτῶν τῇ χρηστολογίᾳ, μηδὲ τῇ νομιζομένῃ ταπεινοφροσύνῃ· ὄφεις γὰρ εἰσὶ γεννήματα ἐχιδνῶν. καὶ Ἰούδας ἔλεγε, Χαῖρε Ῥαββὶ, καὶ παρεδίδου. μὴ τοῖς φιλήμασι πρόσεχε, ἀλλὰ τὸν ἰὸν φυλάσσου. καὶ ἵνα μάτην μὴ δοκῶμεν αὐτοῦ κατηγορεῖν, ἐν παρεξόδῳ, τίς ἐστὶν ὁ Μάνης, εἴπωμεν, καὶ τί διδάσκει ἐκ μέρους· ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸν βόρβορον, οὐδ' ὁ πᾶς αἰὼν κατ' ἀξίαν διηγήσεται. μνημονευέτω δὲ τὰ περὶ σοὶ εἰς εὔκαιρον βοήθειαν. ἀτὰρ εἴρηται μὲν καὶ τοῖς πρὸ τούτου· λεχθήσεται δὲ καὶ τοῖς νῦν, ἵνα οἱ ἀγνοοῦντες, μάθωσιν· οἱ δὲ εἰδότες, ὑπομνησθῶσιν· οὐκ ἔστιν ἀπὸ χριστιανῶν ὁ Μάνης, μὴ γένοιτο· οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας· οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ διδάσκοντες· κλέπτης γὰρ ἀλλοτρίων

κακόν, ἐξιδιαζόμενος τὰ κακά· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον. Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τὸ γένος, οὐδὲν κοινὸν, οὔτε πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, οὔτε πρὸς χριστιανισμὸν κεκτημένος· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας, καὶ τὸν ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξε· μίαν καλουμένην, εὐαγγέλιον, οὐ χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον τὴν προσηγορίαν· καὶ μίαν ἄλλην καλουμένην, κεφαλαίων· καὶ μίαν τρίτην, μυστηρίων. καὶ τετάρτην ἣν νῦν περιφέρουσι, θησαυρόν. μαθητὴς δὲ ἦν τούτου, Τέρβινθος ὀνόματι. ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λυμήνασθαι τὴν χώραν, νόσῳ θανατώσας ὁ κύριος ἔπαυσε τὴν λοιμώδη κατάστασιν· ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τέρβινθος κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσοῦ, καὶ τῶν βιβλίων, καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωριζόμενος, καὶ καταγινωσκόμενος, ἔκρινεν εἰς τὴν Περσίδα μετελθεῖν· ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτόν. ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ καὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς τοῦ Μίθρα. καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων καὶ διαπληκτισμῶν, ἠλέγχετο. καὶ πέρας συνελαυνόμενος, προσέφυγέ τινι χήρᾳ. εἶτα ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας, οὓς οἱ μανιχαῖοι μέχρι σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς ἰσχάδος ἐπικαλοῦνται, θεόπληκτος γενόμενος, καταβληθεὶς ἀπὸ τοῦ δώματος, ἐξέψυξε. καὶ οὕτως ἐξεκόπη τὸ θηρίον τὸ δεύτερον. ἀλλ' ἔμεινε τὰ ὑπομνηστικὰ τῆς ἀσεβείας βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν χήρα καὶ τῶν βιβλίων, καὶ τῶν χρημάτων· μήτε δὲ συγγενέα, μήτε δὲ ἕτερόν τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι παῖδα Κούβρικον λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα, ἐπαίδευσε τοῖς Περσῶν μαθήμασιν ὡς υἱὸν, καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος, κακὸν βέλος· καὶ Κούβρικος ὁ κακὸς οἰκέτης εἰς μέσον φιλοσόφων ἤκμαζε· καὶ τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμησε καὶ τὰ βιβλία, καὶ τὰ χρήματα· εἶτα, ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας ὄνομα ἐπονείδιστον ᾖ, ἀντὶ Κουβρίκου, Μάνην ἑαυτὸν ἐπωνόμασεν,

malorum, ſibi ea mala vindicauit: quo autem modo & qua ratione, operæpretium eſt audire. Scythianus quidam erat in Ægypto, genere Saracenus, nihil commune cum Iudaiſmo, nihil cum Chriſtianiſmo habens. Hic cùm Alexandriam inhabitaret, & vitam imitaretur Ariſtotelicam, libros quatuor compoſuit: vnũ, quem Euangelium vocauit, non quidem facta Chriſti continentem, ſed ſimpliciter ſolum nuncupationem: & alterum, quem Capitum appellauit: tertium, Myſteriorum: & quartum, quem hoc tempore circũferunt, Theſaurorum. Huius autem diſcipulus erat Terbinthus nomine. Verumenimvero cum Scythianus decreuiſſet in Iudæam proficiſci, & regionem morbo inficere, Dominus hanc peſtem eo interempto ſedauit. Terbinthus autem peruerſitatis diſcipulus, auri factus hæres, librorum, & hæreſeos, in Palæſtinam ſe contulit, & in Iudæa cognitus atque damnatus, ſtatuit in Perſidem tranſire. ne vero de nomine illic agnoſceretur, Budam ſe ipſe nominauit: verum illic etiam aduerſarios habuit Mithræ ſacerdotes: multíſque ſermonibus ac diſputationibus agitatis, conuictus eſt: & tandem compulſus, ad viduam quandam confugit. deinde in ſuperiorem domus partem aſcendit, & aduocatis aëriis dæmonibus, quos ad hunc vſque diem Manichæi ſuper ſcelerata carica inuocant, dæmonio correptus, ac de cubiculo deiectus, animam efflauit: & ad hunc modum fera ſecunda exciſa eſt: remanſerunt tamen impietatis commentaria, & heres librorum vidua fuit, & pecuniarum. quæ cùm neque genere cognatum, neque amicum aliquem haberet, decreuit pecuniis emere puerum Cubricum nomine: quem adoptatum filij loco in Perſarum diſciplinis erudiendum curauit: id eſt mucronem exitialem exacuit in humanam naturam. Cubricúſque ſeruus improbus inter philoſophos adoleuit, & viduæ defunctæ ſucceſſit hæres tum librorum, tum pecuniarum. Deinde ne ſeruitutis nomen probroſum ei eſſet, pro Cubrico ſe Manem nuncupauit,

Scythianus primus autor Manichæorum erroris.

Cubricus ſeruus Manem ſe appellat.

αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. οὐ γὰρ πρὸ τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐκ τῆς πίστεως τέκνα θεοῦ γενέσθαι κατηξιώθησαν αὐτεξουσίως. τοῦτο τοίνυν γινώσκοντες, πνευματικῶς ἀναστρέψωμεν, ἵνα τῆς υἱοθεσίας τοῦ θεοῦ καταξιωθῶμεν. ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ θεοῦ εἰσίν. οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἡμῖν τὴν χριστιανῶν κεκτῆσθαι προσηγορίαν, μὴ καὶ τῶν ἔργων ἐπακολουθούντων, μή ποτε καὶ πρὸς ἡμᾶς ῥηθῇ τὸ, εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε· εἰ γὰρ πατέρα ἐπικαλούμεθα, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ἡμῶν χρόνον ἀναστραφῶμεν, μὴ ἀγαπῶντες τὸν κόσμον, μὴ δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ· ἐὰν γάρ τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ. ὥς τε τέκνα ἀγαπητὰ, δόξαν τῷ ἐν οὐρανοῖς πατρὶ διὰ τῶν ἔργων προσενέγκωμεν. ὅπως ἴδωσιν ἡμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, πᾶσαν τὴν μέριμναν ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν ἐπιρρίψαντες· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὧν χρείαν ἔχομεν. τιμῶντες δὲ τὸν ἐπουράνιον πατέρα, καὶ τοὺς τῆς σαρκὸς πατέρας ἡμῶν τιμήσωμεν. ἐπειδὴ σαφῶς ἐν νόμῳ καὶ προφήταις αὐτὸς ὥρισεν ὁ κύριος, λέγων, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ τοῦ παραγγέλματος τούτου ἀκουέτωσαν μάλιστα τῶν παρόντων οἱ πατέρας καὶ μητέρας κεκτημένοι. τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν κατὰ πάντα· τοῦτο γὰρ εὐάρεστόν ἐστι τῷ κυρίῳ· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα οὐκ ἔστι μου ἄξιος. μὴ τὸ καλῶς γεγραμμένον αὐτὸς ἐξ ἀγνοίας ἐκλάβῃς κακῶς, ἀλλὰ τὸ, ὑπὲρ ἐμὲ, προσέθηκεν. ὅταν γὰρ τῷ ἐν οὐρανοῖς πατρὶ οἱ ἐπὶ γῆς πατέρες φρονῶσιν ἐναντία, τότε δεῖ τῷ ῥήματι ἐπακολουθεῖν. ὅταν δὲ μηδὲν ἡμῖν εἰς εὐσέβειαν αὐτῶν ἐμποδιζόντων, ἀγνωμοσύνῃ φερόμενοι, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς αὐτῶν εὐεργεσιῶν ἀμνημονοῦντες καταφρονοῦμεν, τότε χώραν ἔξει τὸ λόγιον, τὸ λέγον· ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. χριστιανῶν εὐσέβεια ἐνάρετος πρώτη τὸ τιμᾶν τοὺς γεννήτορας· τὸ τοὺς πόνους ἀμεί-

eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen eius. Non enim ante fidem, ſed ex fide ſponte filij Dei fieri, digni facti ſunt. Hoc itaque cognoſcentes ſpiritaliter conuerſemur, vt adoptione Dei digni efficiamur. Qui enim Spiritu Dei ducuntur, iſti ſunt filij Dei. Nihil enim proderit nobis, Chriſtianorum poſſediſſe appellationem, ſi opera illam non ſequantur. Ne fortè & illud nobis dicatur: *Si filij Abraham eſſetis, opera Abraham faceretis.* Ioan. 8. 39. Si enim eum patrem vocamus, qui opus cuiuſque ſine perſonæ acceptione iudicat, in timore incolatus noſtri tempus tranſigamus: non diligentes mundum, nec ea quæ in mundo ſunt. Qui enim diligit mundum, non eſt dilectio patris in illo. Itaque dilecti filij, patrem cæleſtem per opera glorificemus, vt videant opera noſtra bona, & glorificent patrem noſtrum, qui eſt in cælis: omnem ſollicitudinem noſtram in illum proiiciamus: Scit enim pater noſter, quibus opus habeamus. Honorantes autem patrem ſupercæleſtem, etiam corporis noſtri parentes honoremus, quandoquidem in lege, & prophetis Dominus ipſe decreuit: *Honora*, inquit, *patrem tuum, & matrem tuam, vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.* Hanc admonitionem audiant hi præſertim, qui patres & matres habent, & hìc adſunt. *Filij obedite parentibus veſtris*, in omnibus: *hoc bene placitum eſt Domino.* Non enim dixit Dominus: *Qui amat patrem, aut matrem, non eſt me dignus*: ne quod benè ſcriptũ eſt, tu malè ex ignorãtia interpreteris. Verùm illud, *pluſquàm me*, addidit: Quando enim terreni parentes cæleſti patri ſentiunt contraria, tunc ea verba ſequenda ſunt. Quandò autem nihil nos illi in pietate impediunt, ſed nos iniquitate adducti, beneficiorum in nos collatorum obliti, eos deſpicimus, tunc locum habet illud eloquium, *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.* Chriſtianorum eſt præclara prima pietas, honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni ſtudio, quæcunque ad

Parentes honorandi.

Epheſ. 6. 1.

Mat. 10. 37

Mat. 15. 4.

quietem illorum pertineant, curare. Quamuis enim eiuſmodi plurima illis reddiderimus, generationis tamen beneficium rependere nunquam poterimus. Vt ipſi per nos quiete fruentes, benedictiones in nos congerant, quales ſupplantator Iacob prudenter rapuerat & bonam eiuſmodi voluntatem noſtram, pater cæleſtis ſuſcipiens dignetur efficere, vt cum iuſtis, tanquàm ſol, ſplendeamus in regno patris noſtri. Cui gloria & potentia nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

CATECHESIS OCTAVA ILLVMINAtorum Hieroſolymis, ex tempore habita, in illud, Omnipotentem: Et lectio ex Hieremia, Deus magnus & fortis, dominus magnus conſilio, & potens operibus, omnipotens, magni nominis dominus. & reliqua.

ET dum credimus vnum in deum, omnem de multitudine deorum errorem excindimus, his armis aduerſus gentiles vſi, & cunctas hæreticorum aduerſarias vires: & dum adiungimus, *In vnum deum patrem*, aduerſus circunciſos pugnamus, qui vnigenitum negant filium dei. Quemadmodum enim heſterno die dictum eſt, & antequam planè de domino noſtro Ieſu Chriſto tractetur, cum dicimus *patrem*, iam apertè filij patrem eſſe declaramus, vt ſicut deum eſſe hunc intelligimus: ita & filium habere cogitemus.

De potentia Dei errores.

Subiungimus etiam inſuper, omnipotentem eſſe. Id verò tum propter gentiles & Iudæos ſimul, tum propter omnes hæreticos, affirmamus. Nam & gentilium nonnulli animam mundi, deum aſſeruerunt, & alij poteſtatem eius ad cælum vſque ſolùm peruenire, non etiam ad terram cenſuerunt. Nonnulli quoque ſe erroris illorum ſocios adiungentes, abuſi ſunt ſermone

ψασθαι τῶν φυτῶν, καὶ πάσῃ δυνάμει τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν· κἂν γὰρ τὰ πλεῖστα τούτοις ἀποδῶμεν, ἀλλ' ἀντιλυτρῶσαι τούτοις οὐδέποτε δυνησόμεθα· ἵνα καὶ αὐτοὶ ταῖς παρ' ἡμῶν ἀναπαύσαντες, εὐλογίαις ἡμᾶς στηρίξωσιν, ἃς ὁ πτερνιστὴς Ἰακὼβ ἐμφρόνως ἥρπασε. καὶ τὴν ἀγαθὴν ἡμῶν προαίρεσιν ὁ ἐν οὐρανοῖς πατὴρ ἀποδεξάμενος, καταξιώσειεν ἡμᾶς μετὰ τῶν δικαίων λάμπειν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ μονογενεῖ καὶ σωτῆρι Ἰησοῦ χριστῷ, καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Η'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, Παντοκράτορα· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἱερεμίου, Ὁ θεὸς ὁ μέγας, καὶ ὁ ἰσχυρὸς κύριος· ὁ μέγας τῇ βουλῇ, καὶ δυνατὸς τοῖς ἔργοις, ὁ παντοκράτωρ, ὁ μεγαλώνυμος κύριος. καὶ τὰ ἑξῆς.

ΔΙΑ μὲν τοῦ πιστεύειν εἰς ἕνα θεὸν, πᾶσαν πολύθεον πλάνην ἐκκόπτομεν, ὅπλῳ τούτῳ κεχρημένοι πρὸς Ἕλληνας, καὶ πᾶσαν ἐναντίαν αἱρετικῶν δύναμιν· διὰ δὲ τοῦ προστεθεῖναι, Εἰς ἕνα θεὸν πατέρα, πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς μαχόμεθα, τοὺς ἀρνουμένους τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ· καθὼς γὰρ εἴρηται τῇ χθὲς ἡμέρᾳ, καὶ πρὶν τρανῶσαι τὰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, τῷ εἰπεῖν, ὅτι πατὴρ, ἤδη ἐδηλώσαμεν, ὅτι υἱοῦ ἐστὶ πατὴρ, ἵνα ὥσπερ νοοῦμεν ὅτι θεός ἐστιν, οὕτω νοήσωμεν ὅτι καὶ υἱὸν ἔχει. προστίθεμεν δὲ πρὸς ἐκείνοις, ὅτι καὶ παντοκράτωρ ἐστί· τοῦτο δὲ καὶ διὰ Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους ὁμοῦ, καὶ πάντας αἱρετικοὺς φαμέν· Ἑλλήνων μὲν γάρ τινες, ψυχὴν τοῦ κόσμου, τὸν θεὸν εἶπον· καὶ ἕτεροι, τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ φθάνειν εἰς οὐρανὸν μόνον, μηκέτι δὲ καὶ εἰς γῆν· καὶ τινὲς πλανηθέντες μετ' ἐκείνων, κακῶς τῷ ῥητῷ συγχρησάμενοι τῷ

λέγοντι, Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, ἐτόλμησαν τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν ἕως νεφελῶν περιγράψαι καὶ οὐρανοῦ· ἀπαλλοτριῶσαι δὲ τοῦ θεοῦ τὰ ἐπὶ γῆς, ἐπιλαθόμενοι τοῦ ψαλμοῦ τοῦ λέγοντος, Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· εἰ γὰρ ὑψηλότερον μὲν οὐρανοῦ, οὐδέν ἐστι· βαθύτερον δὲ τῆς γῆς ὁ ᾅδης, ὁ τὰ κατώτερα κρατῶν, ἅπτεται τῆς γῆς. αἱρετικοὶ δὲ πάλιν, καθὼς εἴρηται καὶ πρότερον, οὐκ οἴδασιν ἕνα παντοκράτορα θεόν· παντοκράτωρ γάρ ἐστιν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων· οἱ δὲ λέγοντες, τὸν μὲν, εἶναι τῆς ψυχῆς δεσπότην· τὸν δὲ, τοῦ σώματος, οὐ τέλειον λέγουσι· πῶς γὰρ τέλειος, ὁ λείπων ἕκαστον ἑκατέρῳ· ὁ γὰρ ψυχῆς ἐξουσίαν ἔχων, σώματος δὲ ἐξουσίαν μὴ ἔχων, πῶς παντοκράτωρ; καὶ ὁ δεσπόζων σωμάτων, μὴ ἐξουσιάζων δὲ πνευμάτων, πῶς παντοκράτωρ; ἀλλ᾽ ἀπελέγχει τούτους ὁ κύριος ἀπεναντίας λέγων, Φοβήθητε μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ· εἰ γὰρ μὴ ἔχει ἑκατέρων τὴν ἐξουσίαν, πῶς ἀμφότερα ὑποβάλλει τῇ τιμωρίᾳ ὁ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ πατήρ· πῶς γὰρ δυνήσεται τὸ ἀλλότριον σῶμα λαβὼν, βαλεῖν εἰς γέενναν, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσῃ; ἀλλ᾽ ἡ θεία γραφὴ, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα, ἕνα θεὸν οἶδε, πάντων μὲν κρατοῦντα τῇ δυνάμει· πολλῶν δὲ ἀνεχόμενον, διὰ τὸ θέλειν· κρατεῖ γὰρ καὶ τῶν εἰδωλολατρῶν· ἀλλ᾽ ἀνέχεται δι᾽ ἀνεξικακίαν. κρατεῖ καὶ τῶν ἀθετούντων αὐτὸν αἱρετικῶν· ἀλλ᾽ ἀνέχεται διὰ μακροθυμίαν. κρατεῖ καὶ τοῦ διαβόλου, ἀλλ᾽ ἀνέχεται· οὐ γὰρ ἀδυνατῶν ἀνέχεται ὡς νικώμενος, ἀρχὴ γάρ ἐστι πλάσματος κυρίου, πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι, οὐχ ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἀνάξιος γάρ ἐστιν· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεποιημένων· συνεχώρησε δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ζῆν, ἵνα δύο γένηται πράγματα, αὐτὸς μὲν μειζόνως ἀσχημονῇ νικώμενος, καὶ οἱ ἄνθρωποι στεφανωθῶσιν·

illo: *Et veritas tua vſque ad nubes*, vt dei prouidentiam auſi fuerint nubibus & cælo circunſcribere atque terminare, terrena quoque à deo tanquam aliena ſeparare, obliti eius pſalmi, qui ait, *Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad inferos, ades.* Nam ſi cælo nihil eſt ſublimius, & inferi profundiſſimum eſt terræ, is profecto, qui infima tenet, terram attingit. Hæretici etiam rurſus, vt & antea diximus, vnum deũ omnipotentem non agnoſcunt. Omnipotens enim eſt, qui omnia poteſt, & in cuius ditione ac poteſtate cuncta ſunt. Qui vero dicunt alium eſſe animæ dominum, alium corporis, imperfectum nec abſolutum pronunciant. Quo enim modo perfectus eſſet, qui alteri in re aliqua cederet? Nam qui animæ poteſtatem habet, quonam pacto fuerit omnipotens? & is in cuius dominio corpora ſunt, non autem ſpiritus, quomodo fuerit omnipotens? Quin hos dominus ex aduerſo reprehendit, inquiens, *Timete magis eum qui & animam & corpus perdere in gehennam poteſt.* Nam niſi habeat vtrorumque poteſtatem, quomodo vtraque ad ſupplicium dedit domini noſtri Ieſu Chriſti pater? Quomodo enim poterit alienum corpus vindicare, mitteréque in gehennam, niſi primum ligauerit fortem, & arma eius diripuerit? Atqui diuina ſcriptura & veritatis dogmata norunt deum vnum, qui omnia contineat ſua vi & poteſtate, & multa ſuſtineat ſua vi & voluntate. Nam & idololatrarum imperio potitur, ſed tolerat & patitur ſua clementia atque patientia. Potitur & ipſe hæreticorum impie de deo ſentientium imperio, ſed longanimitate ſua fert patienter. In diabolum etiam imperium habet, verum ſuſtinet. Non enim ſuſtinet, quaſi impotens & victus; eſt enim principium formationis domini factum vt illuderetur, non dico ab eo (alienum eſt enim à Deo) ſed ab angelis quos ipſe creauit, & tamen conceſſit ei viuere, vt duæ hæ res efficiãtur: videlicet ipſe victus, infamia maiori afficiatur, & homines nobiliori corona donentur.

Pſal. 107.
Pſal. 138.
Luc. 12. 5.
Dei potentia.
ps.

O prouidentiæ diuinæ ſapientiam omni ex parte perfectam! Prauam illam animi voluntatem ad fidelium ſalutis occaſionem conuertit. Quemadmodum enim inſtitutũ fratrum Ioſeph odio proſequentium præbuit eius adminiſtrationi materiam: & deus qui eis vt per odium fratrem venderent, permiſit, occaſionem inde cepit vt ille regnum adipiſceretur eorum quæ vellet: ita diabolo luctam conceſſit, vt victores coronarentur, & poſt victoriam diabolus infamia maiori notaretur, qui ab infirmioribus vinceretur: & homines maiori gloria cumularentur, quod eum ſuperarent qui archangelus aliquando fuiſſet. Nihil ergo de dei poteſtate ſubtrahitur: qua de re ſcriptura dicit. *Omnia tibi ſeruiunt: omnia quidem ſerua ſunt illi.* Porro eſt vnus ac ſolus filius eius, & vnicus eius ſpiritus ſanctus. His demptis, omnia reliqua vniuerſitatis ſerua & ſubiecta, per vnum filium in ſpiritu ſancto ſeruiunt ei domino. Imperium igitur deus habet in omnes, atque tolerat & homicidas, & latrones, & ſtupratores, ſuáque longanimitate ac patientia tempora dilationis definiuit atque terminauit: quando ſingulis ſua quæque reddet, vt diutinam moram nacti, ſi pœnitere nolens cor habeant, maiori vindicta puniantur. Hominum ſunt reges illi quidem, qui terreno regno potiuntur: verùm eo non abſque ſuperiori illa poteſtate potiuntur: quod & Nabuchodonoſor re ipſa expertus agnouit cum ait, *Regnum eius, regnum æternum: & poteſtas eius in omnem generationem ac generationem.* Diuitiæ, aurum & argentum, diaboli non ſunt, vt arbitrantur quidam. Nam ad fidelem pertinet rerum totus mundus: ad infidelem vero, ne obolus quidem: atqui diabolo nihil eſt infidelius: quod aperte deus inquit per prophetam, *Meum eſt aurum, & meum argentum,* [*& cui volo, ipſum dono.*] fac ſolum vtaris bene, & argentum non eſt vituperandum. Cum autem tu bona re abuteris, tum tuam adminiſtrationem incuſare nolens, impie crimen in opificem & auctorem intendis. Quiſ-

Diuitiæ nõ ſunt diaboli.

Agg. 2. 9.

ὢ πλύσο-

ὢ πάνσοφον θείας προνοίας ὅτι τὴν πονηρὰν προαίρεσιν, εἰς ὑπόθεσιν σωτηρίας λαμβάνει τῶν πιστῶν. ὥσπερ γὰρ τὴν μισάδελφον τῶν ἀδελφῶν Ἰωσὴφ προαίρεσιν ἔλαβεν εἰς ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας οἰκονομίας, καὶ συγχωρήσας αὐτοῖς κατὰ μῖσος πωλῆσαι τὸν ἀδελφόν, ὑπόθεσιν ἔλαβε τοῦ βασιλεῦσαι τοῦτον ὧν ἤθελεν· οὕτω συνεχώρησε παλαίειν τῷ διαβόλῳ, ἵνα οἱ νικῶντες στεφανωθῶσι, καὶ ἵνα νίκης γινομένης, ὁ μὲν, μειζόνως ἀσχημονῇ, ὑπὸ τῶν ἡττόνων νικώμενος. ἄνθρωποι δὲ μεγάλως εὐδοκιμῶσι τὸν ποτὲ ἀρχάγγελον νικήσαντες. οὐδὲν οὖν ὑπεξήρηται τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως· περὶ αὐτοῦ γὰρ λέγει ἡ γραφή, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά· τὰ σύμπαντα μὲν, δοῦλα αὐτοῦ, εἷς δὲ αὐτοῦ μόνος υἱὸς καὶ ἓν τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. ἐκτὸς τούτων πάντων καὶ τὰ σύμπαντα δοῦλα, διὰ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι δουλεύει τῷ δεσπότῃ. κρατεῖ τοίνυν τῶν πάντων ὁ θεὸς, καὶ ἀνέχεται καὶ φονέων, καὶ λῃστῶν, καὶ πόρνων, διὰ μακροθυμίας ὁρίσας καιρὸν τῆς προθεσμίας· καθ᾽ ὃν ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, ἵνα πολυχρόνιον λαβόντες τὴν προθεσμίαν, ἀμετανόητον ἔχοντες τὴν καρδίαν, μειζόνως καταδικασθῶσι. βασιλεῖς εἰσὶν ἀνθρώπων. οἱ ἐπὶ γῆς βασιλεύοντες, ἀλλ᾽ οὐκ ἄνευ τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας· καὶ ἔγνω τοῦτο τῇ πείρᾳ ὁ Ναβουχοδονόσορ εἰπὼν, ὅτι ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ εἰς πᾶσαν γενεὰν καὶ γενεάν. οὐκ ἔστιν ὁ πλοῦτος, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον τοῦ διαβόλου, καθὼς νομίζουσί τινες· τοῦ γὰρ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων· τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός. διαβόλου δὲ οὐδὲν ἀπιστότερον· καὶ φανερῶς διὰ τοῦ προφήτου λέγει ὁ θεός, Ἐμὸν τὸ χρυσίον, καὶ ἐμὸν τὸ ἀργύριον [καὶ ᾧ τινι θέλω, δίδωμι αὐτό.] σὺ μόνον χρῆσαι καλῶς, καὶ οὐκ ἔστι μεμπτέον τὸ ἀργύριον. ὅταν δὲ σὺ τῷ καλῷ χρήσῃ κακῶς, τότε μὴ θέλων μέμψασθαι τὴν σὴν διοίκησιν, ἀνάγεις τὴν μέμψιν ἐπὶ τὸν δημιουργὸν ἀσεβῶς. δυνα-

ταί τις καὶ διὰ χρημάτων δικαιωθῆναι· Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· πάντως ὅτι ἀπὸ χρημάτων. γυμνὸς ἤμην καὶ περιεβάλετέ με· πάντως ὅτι διὰ χρημάτων. καὶ θέλεις γνῶναι ὅτι δύναται θύρα γενέσθαι βασιλείας οὐρανῶν τὰ χρήματα, Πώλησόν σου, φησὶ, τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς. ταῦτα δέ μοι λέγε διὰ τοὺς αἱρετικοὺς, ἀναθεματίζοντας τὰ κτήματα, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ σώματα· οὔτε γὰρ δοῦλον βούλομαί σε χρημάτων εἶναι, οὔτε ὡς ἐχθροῖς προσέχειν τοῖς εἰς ὑπηρεσίαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ σοι δοθεῖσι. μὴ τοίνυν ποτὲ εἴπῃς τοῦ διαβόλου εἶναι τὰ χρήματα· κἂν γὰρ λέγῃ ταῦτα, Πάντα σοι δώσω, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, δύναται μέν τις αὐτοῦ καὶ ἀθετῆσαι τὸ ῥῆμα· τῷ ψεύστῃ γὰρ οὐ δεῖ πιστεύειν· τάχα γὰρ καὶ ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς τοῦ παρόντος δυνάμεως, εἶπε τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ ταῦτα πάντα σοι δώσω, ὅτι ἐμά ἐστιν, ἀλλ' ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται· οὐ γὰρ τὴν δεσποτείαν ἥρπασεν, ἀλλὰ τὸ ἐγκεχειρίσθαι καὶ οἰκονομεῖν τέως ὡμολόγησε. ζητείσθω δὲ κατὰ καιρὸν ὑπὸ τῶν ἐξηγουμένων, πότερον ψεύδεται, ἢ ἀληθεύει. εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ, ὃν ἐτόλμησαν αἱρετικῶν παῖδες δυσφημεῖν· ἐτόλμησαν γὰρ δυσφημῆσαι τὸν κύριον Σαβαώθ, τὸν καθήμενον ἐπάνω τῶν χερουβίμ. ἐτόλμησαν βλασφημῆσαι τὸν ἀδωναῒ κύριον· ἐτόλμησαν βλασφημῆσαι τὸν ἐπὶ προφήταις παντοκράτορα θεόν. σὺ δὲ ἕνα προσκύνει τὸν παντοκράτορα θεὸν, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. φεῦγε τὴν πολύθεον πλάνην· καὶ φεῦγε πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ λέγε κατὰ τὸν Ἰὼβ, Κύριον δὲ τὸν παντοκράτορα ἐπικαλέσομαι, τὸν ποιοῦντα μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις πᾶσι, τιμὴ παρὰ παντοκράτορος, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

piam & pecuniis ipſis iuſtum ſe eſſe poſſe intelligat, *Eſuriui, & cibaſtis me.* Id omnino pecuniarum ope. *Nudus eram & texiſtis me.* nimirum pecuniarum auxilio. Et viſne noſſe pecunias fores aperire regni cælorum? *Vende*, inquit, *quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis.* Hæc vero mihi profer propter hæreticos, qui diris deuouent poſſeſſiones & opes, atque corpora. Nam te nolo diuitiarum ſeruum eſſe addictum: nec etiam infenſum iis eſſe quæ à deo tibi conceſſa ſunt adiumenta. Ne ergo poſthac vnquam dicas diaboli res eſſe. Nam tametſi iactet iſta, *Omnia tibi dabo, quia mihi tradita ſunt*: vt quis poteſt eius irritum ſermonem facere reprobaréque, quoniam mentienti credendum non ſit. fortaſſis enim vel coactus eîus poteſtate qui aderat, verum dixit, non, Dabo tibi omnia quod mea ſint, ſed quod mihi ſint tradita, non enim vi dominium ſibi vindicauit, ſed poſſeſſorem precarium & diſpenſatorem interea ſe profeſſus eſt: ita poteſt opportune ab explanatoribus inquiri, mentiatúrne an vera dicat. Eſt itaque deus vnus pater omnipotens, in quem conuiciari hæretici auſi ſunt. Nam auſu temerario blaſphemare dominum Sabaoth, ſedentem ſuper cherubim. Auſi ſunt blaſphemare Adonaï dominum. auſi ſunt blaſphemare prophetarum deum omnipotentem. At tu vnum adora deum omnipotentem, patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Fuge errorem multos deos inducentem, fugéque hæreſim omnem, & dic, vt ait Iob, *Dominum autem omnipotentem inuocabo, facientem magna & imperueſtigabilia, glorioſa & ſtupenda, quorum non eſt numerus*: quódque iis omnibus accedit, honor ab omnipotente, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

CATECHESIS NONA ILLVMINAtorum Hieroſolymis, ex tempore habita, ad illud, Factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium factorem. Et lectio ex Ioele, Quis iſte qui occulit mihi conſilium, & continet verba in corde: mihi autem ſe putat occulere? & reliqua.

CARNEIS quidem oculis cerni Deus non poteſt: nam incorporeum, ſub corporeos oculos cadere nequit: quod & ipſe teſtificatus eſt vnigenitus dei filius his verbis, *Deum nemo vidit vnquam*: etiam ſi vel quod in Ezechiele ſcriptum eſt excipiat quis: ſed quid ait ſcriptura? *Vidit ſimilitudinem gloriæ domini*: non ipſum dominũ, ſed *ſimilitudinem gloriæ*: nec ipſam gloriam, vt reuera eſt. *Et intuitus ſimilitudinem gloriæ* ſolum, & non ipſam gloriam, *procidit in terram præ metu*. Quòd ſi gloriæ ſimulachrum conſpectum, timorem & anxietatem prophetis iniiciebat, ipſum ſi quis deum intueri conaretur, omnino & vita priuaretur, vt dicto hoc declaratur, *Nemo videbit faciem meam, & viuet*. Ob id ſua maxima deus vſus humanitate, propriæ deitati velamentum prætendit cælum, ne pereamus. Mea verba non ſunt, ſed propheta hoc inquit, *Si aperueris cælos, tremor tuus montes apprehendet, & liquefient*. Quid autem admiraris, ſi Ezechiel gloriæ ſimilitudinem intuitus, cecidit, cum Danieli viſus Gabriel qui dei ſeruus eſt, ſtatim conſternarit eum & in faciem proſtrauerit, & eo vſque donec ſe ipſum coactus angelus in ſimilitudinem filij hominis conformaſſet, auſus non eſt propheta reſpondere. Si vero Gabriel viſus tremorem incutiebat prophetis, ipſe deus ſi cernatur prout eſt, nõne perirent omnes? Diuinam itaque naturam conſpicere nequeũt oculi: ex operib. tamen diuinis, poteſtatis eius

Exod 33. 20.

Cælum eſt deitatis velum.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ Θ'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, Ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰώβ· Τίς οὗτος ὁ κρύπτων σε βουλήν; συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, καὶ σὲ οἴεται κρύπτειν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΣΑΡΚΟΣ μὲν ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι τὸν θεὸν, ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἀσώματον, σαρκὸς ὄμμασιν ὑποπίπτειν οὐ δύναται. καὶ μεμαρτύρηκεν αὐτὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς θεοῦ λέγων, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται· κἂν γὰρ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ ἐκλαμβάνῃ τις· ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή· Εἶδεν ὁμοίωμα δόξης κυρίου, οὐκ αὐτὸν τὸν κύριον, ἀλλὰ τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ὡς ἔστιν ἀληθῶς. Καὶ ἰδὼν τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης μόνον, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ φόβου. εἰ δὲ τὸ τῆς δόξης ὁμοίωμα θεαθὲν, φόβον καὶ ἀγωνίαν παρεποίει τοῖς προφήταις, αὐτὸν εἴ τις ἐπεχείρησε θεωρῆσαι τὸν θεὸν, πάντως ἂν καὶ τοῦ ζῆν ἀπηλλάττετο, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. διὰ τοῦτο κατὰ τὴν μεγίστην αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁ θεὸς παραπέτασμα τῆς οἰκείας θεότητος ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' ὁ προφήτης εἶπεν, Ἐὰν ἀνοίξῃς τοὺς οὐρανοὺς, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσονται. καὶ τί θαυμάζεις εἰ Ἰεζεκιὴλ τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης ἰδὼν ἔπεσεν, ὅπου τῷ Δανιὴλ ὁ Γαβριὴλ οἰκέτης ὢν τοῦ κυρίου ὤφθη, καὶ παραχρῆμα ἔπτηξε καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον· καὶ ἄχρις ὅτου ἐξεβιάσατο ἑαυτὸν ὁ ἄγγελος εἰς ὁμοίωμα υἱοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἐτόλμησεν ἀποκριθῆναι ὁ προφήτης. Εἰ δὲ Γαβριὴλ ὀπτανόμενος τρόμον ἐνεποίει προφήταις, αὐτὸς ὁ θεὸς εἰ ὤφθη καθ' ὃ ἦν, ἀπώλλυντο πάντες; θείαν τοίνυν φύσιν ἰδεῖν σαρκὸς ὄμμασιν ἀδύνατον· ἐκ δὲ τῶν ἔργων τῶν θείων, εἰς φαντασίαν τῆς

δυνάμεως ἐλθεῖν, δυνατὸν, κατὰ τὸν Σολομῶντα τὸν λέγοντα, Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκ τῶν κτισμάτων ὁ δημιουργὸς θεωρεῖται, ἀλλὰ προσέθηκεν, ὅτι ἀναλόγως· τοσοῦτο γὰρ μείζων ἑκάστῳ φαίνεται θεὸς, ὅσῳ ἂν μείζονος θεωρίας τῶν κτισμάτων ἐπιλάβηται ὁ ἄνθρωπος· καὶ ὅτ᾽ ἂν διὰ τῆς μείζονος θεωρίας ὑψωθῇ τῇ καρδίᾳ. καὶ θέλεις γνῶναι ὅτι θεοῦ φύσιν καταλαβεῖν ἀδύνατον; λέγουσιν οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς ὑμνολογοῦντες τὸν θεόν· Εὐλογητὸς εἶ ὁ ἐπιβλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ. εἰπέ μοι, τίς ἐστιν ἡ φύσις τῶν χερουβίμ, καὶ τότε τὸν ἐπικαθήμενον θεώρει. καίτοι γε Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης καὶ τὴν ἔκφρασιν αὐτῶν ἐποιήσατο, κατὰ τὸ δυνατὸν λέγων, Τέσσαρα πρόσωπα τῷ ἑνί· τὸ μὲν, ἀνθρώπου· τὸ δὲ, λέοντος· τὸ δὲ, ἀετοῦ· τὸ δὲ, μόσχου. καὶ ὅτι ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς πανταχόθεν· καὶ ὅτι ὑπὸ ἕκαστον τροχὸς τετραμερὴς ὑποκείμενος. καὶ ὅμως τοῦ προφήτου τὴν ἔκφρασιν ποιουμένου, οὔπω ἡμεῖς οὐδὲ ἀναγινώσκοντες καταλαβεῖν δυνάμεθα. εἰ δὲ τὸν θρόνον ὃν διηγήσατο καταλαβεῖν οὐ δυνάμεθα, τὸν ἐπικαθήμενον καὶ ἀόρατον καὶ ἀνεκδιήγητον θεὸν πῶς καταλαβεῖν δυνησόμεθα; φύσιν μὲν θεοῦ πολυπραγμονεῖν, ἀδύνατον· δοξολογίας δὲ ἀναπέμπειν αὐτῷ ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις αὐτοῦ δημιουργήμασι, δυνατόν. ταῦτα δὲ ὑμῖν λέγεται, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἀκολουθίαν· καὶ διὰ τὸ λέγειν ἡμᾶς, Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα μνημονεύωμεν, ὅτι αὐτός ἐστι πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. καὶ αὐτός ἐστιν ὁ πεποιηκὼς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ἵνα ἀσφαλιζώμεθα διὰ τὰς ἐκτροπὰς τῶν ἀθέων αἱρετικῶν τῶν τετολμηκότων κακῶς ἀγορεύειν τὸν πάνσοφον τεχνίτην πάντων τοῦδε τοῦ κόσμου. τῶν βλεπόντων μὲν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς· τὰ δὲ ὄμματα τῆς διανοίας πεπηρωμένων· τί γὰρ ἔχουσι μέμψασθαι τῷ μεγίστῳ δημιουργήματι τοῦ θεοῦ· οὓς ἔδει ἐκπλαγῆναι θεωρήσαντας τῶν οὐρανῶν τὰ κύτη; οὓς ἔδει προσκυνῆσαι τὸν στήσαντα ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν; τὸν ἐκ ῥευστῆς

informare in animo ſpeciem licet, vt Salomon ait, *Nā ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, pro rationis portione opifex earum cernitur.* non enim ait, ex creaturis opificem cerni, ſed adiunxit, pro rationis portione. Nam tanto maior vnicuique deus apparet, quanto homo maiori ſpeculatione res creatas attigerit, & cum animo per maiorem contēplationem fuerit ſubuectus. Viſne noſſe, dei naturam comprehendi non poſſe? Enarrant tibi tres illi in ignis camino pueri deum celebrantes, *Benedictus es qui reſpicis abyſſos, ſedens ſuper Cherubim.* Dic mihi quæſo, quæ ſit natura Cherubim ipſorum, & tum inſidentem ſpectato. Et licet etiam Ezechiel propheta deſcriptionem eorum expoſuerit pro viribus, inquiens, *Quatuor vultus vni: primum hominis, deinde leonis, tum aquilæ, poſtremo vituli. & ſex alæ vni: & oculi eis vndique: & ſub vnoquoque rota quadripartita ſubiecta.* attamen poſt prophetæ hanc explanationem, legendo comprehendere nondum poſſumus: inſidentem ergo & inaſpectabilem & ineffabilem deum quo pacto intelligere comprehenderéque poterimus? Naturam quidem dei vt accurate quis noſcat, fieri non poteſt: vt laudibus & honore concelebret eum de opificiis ipſius quæ cernuntur, fieri poteſt. Hæc autem à nobis dicuntur, quod fidei tractationem conſequantur, & quod dicamus, *Credimus in vnū deum, omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium & inuiſibilium,* vt in memoriam reuocemus, eundem eſſe patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, cum eo qui fecit cælum & terram: vtque confirmemur & muniamur aduerſus hæreticos, qui auſu temerario male de ſapientiſſimo totius huius mundi opifice loquuntur: videntes illos quidem carneis oculis, at mentis oculis cæcutientes. Quid enim habent quod criminentur in hoc maximo dei opificio? qui deberent ad conſpectum ſinuum cælorum admiratione percelli: eum adorare qui cælum ſtatuit quaſi fornicem: qui de aquarum flu-

Sap. 3.

Contemplanti magis, Deus magis apparet.

Cap. 10.

Cælum ex aquis.

xa natura, firmam & ſtabilem cæli naturam conſtituit. Dixit enim deus, *Fiat firmamentum in medio aquæ.* Dixit enim deus ſemel, & ſtetit, nec cadit aqua, cælum, & ignes in eo infixi, ſol & luna atque ſidera. Et quonam pacto ignea currunt in aqua? Si vero quis ob ignis & aquæ contrarias naturas, dubitat is ignis meminerit qui tempore Moyſis in Ægypto flammas fundebat in grandine, & ſapientiſſimam omni ex parte, dei fabricationem conſpiciat. Nam cum aquis opus eſſet terræ in poſterum colendæ, aquoſum in ſublimi parauit cælum, vt cum imbrium humectatione foret opus regioni terrenæ, paratum eſſet ad id & promptum cælum. Quid? admirari ne debet, qui ſolis fabricam intuetur? Quàm magnas vires complectitur vas quod tam puſillum videtur: ab oriente lucet, & ad occidentem vſque lucem emittit: cuius matutinos exortus deſcribens pſaltes in ſuis canticis ait, *Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Nam gratum ſplendorem eius, & moderatum primæ conſtitutionis eius quæ cælis illucet, ſtatum deſcripſit. Meridianum enim curſum eius ſæpenumero fugimus propter ardorem. Simul etiam exortu ſuo exhilarat omnes, vt ſponſus apparens. Ac eius munus & moderationem conſidera: vel potius non eius, ſed auctoris & opificis qui ſuo iuſſu curſum eius definiuit: quomodo æſtate ſublimior euectus, longiores reddit dies, hominibus opportunam tempeſtiuitatem largiens. hieme, curſum comprimit, ne frigoris tempus diutius duret, ſed noctes longius protenſæ, hominibus remiſſionem & quietem adiuuent, etiam vt proſint ad fructuum terræ fertilitatem. Vide etiam & quo pacto in vicem concedant ſibi ordine apto: dies æſtate creſcunt, hieme contrahuntur, vere & autumno, parem inter ſe interuallorum ſeruant menſuram: item noctes ſimilia faciunt: vt & Pſalmorum auctor de ipſis dicat, *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Aures

Aquæ ſuper cælos in vſū pluuiæ.

Pſal. 18 6.

Pſal. 18.

φύσεως τῶν ὑδάτων, ἄπτωτον ὑποστάσει οὐρανὸν ποιήσαντα; εἶπε γὰρ ὁ θεὸς, Γενηθήτω τὸ στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος. εἶπε γὰρ ὁ θεὸς ἅπαξ, καὶ ἔστη, καὶ οὐ πίπτει. ὕδωρ, οὐρανὸς, καὶ πύρινοι οἱ ἐν αὐτῷ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ ἄστρα· καὶ πῶς τὰ πύρινα ἐν τῷ ὕδατι τρέχει. εἰ δέ τις διὰ τὰς ἐναντίας φύσεις πυρὸς καὶ ὕδατος, ἀμφιβάλλει, μνημονευέτω τοῦ πυρὸς τοῦ ἐπὶ Μωϋσέως ἐν Αἰγύπτῳ φλογίζοντος ἐν τῇ χαλάζῃ· καὶ βλεπέτω τοῦ θεοῦ τὴν πάνσοφον δημιουργίαν· ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὑδάτων χρεία, μελλούσης τῆς γῆς γεωπονεῖσθαι, ὑδατώδη κατεσκεύασεν ὑπεράνω τὸν οὐρανὸν, ἵνα ὅταν δι' ὑετῶν ἀρδείας γένηται χρεία τῇ τῆς γῆς χρείᾳ, ἕτοιμος ᾖ πρὸς τοῦτο ὁ οὐρανός. τί δὲ, καὶ θαυμάσαι οὐκ ἔστιν, ἀποβλέποντα καὶ εἰς ἡλίου κατασκεύασμα· ὡς μικρὸν γὰρ ὁρώμενον σκεῦος, μεγάλην δύναμιν περιέχει, ἐξ ἀνατολῆς φαινόμενος, καὶ μέχρι δύσεως ἀποστέλλων τὸ φῶς· οὗ τὰς πρωϊνὰς ἀνατολὰς διαγράφων ὁ ψαλμῳδὸς, ἔλεγε, Καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ· τὸ γὰρ φαιδρὸν καὶ σύμμετρον τῆς πρώτης αὐτοῦ καταστάσεως φαινομένης εἰς ἀνθρώπους διέγραφε· μεσημβρινὸν μὲν γὰρ διιππεύοντα πολλάκις καὶ φεύγομεν, διὰ τὸ φλογῶδες· ἅμα δὲ τῇ ἀνατολῇ τερπνός ἐστι τοῖς πᾶσιν, ὡς νυμφίος ὁρώμενος. καὶ βλέπε διοίκησιν αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ τὸν δρόμον αὐτῷ διὰ προστάγματος ὁρίσαντος, πῶς θέρους μὲν ὑψηλότερος γινόμενος, μακροτέρας ἀπεργάζεται τὰς ἡμέρας, διδοὺς εὐκαιρίαν εἰς ἔργα τοῖς ἀνθρώποις· χειμῶνος δὲ, συστέλλει τὸν δρόμον, ἵνα μὴ τοῦ ψύχους πλείων γένηται ὁ χρόνος. ἀλλ' ἵνα αἱ νύκτες μειζόνως γινόμεναι, πρὸς ἄνεσιν μὲν συνεργῶσι τοῖς ἀνθρώποις· συνεργῶσι δὲ καὶ πρὸς καρποφορίαν τῶν γεννημάτων τῆς γῆς. ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀντιπαραδιδόασιν ἀλλήλαις εὐτάκτως αἱ ἡμέραι, θέρους μὲν, αὐξανόμεναι· χειμῶνος δὲ, συστελλόμεναι· ἐν ἔαρι δὲ καὶ φθινοπώρῳ, τὴν ἰσότητα διαφυλάττουσαι ἀλλήλαις χαριζόμεναι· καὶ αἱ νύκτες πάλιν ἐπιτελοῦσι τὰ παραπλήσια· ὡς καὶ τὸν ψαλμῳδὸν λέγειν περὶ αὐτῶν, Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. τοῖς γὰρ

οὐκ ἔχουσιν ὦτα, αἱρετικοί, μονονουχὶ βοῶσι, καὶ διὰ τῆς εὐταξίας λέγουσι, μὴ ἄλλον τινὰ εἶναι τὸν θεὸν, ἢ τὸν δημιουργὸν, ἢ τὸν ὡροθέτην, καὶ τὸν ἐκτάξαντα τὰ ὅλα. μηδεὶς δὲ ἀναχέσθω λεγόντων τινῶν, ἄλλον μὲν εἶναι, τὸν φωτὸς ποιητήν· ἄλλον δὲ, σκότους. μνημονευέτω γὰρ Ἡσαΐου λέγοντος, Ἐγὼ ὁ θεὸς ὁ ποιήσας φῶς, καὶ κτίσας σκότος. τί ἀσχάλλεις ἐπ' αὐτῷ, ὦ ἄνθρωπε· τί βαρέως φέρεις τὸν καιρὸν τὸν εἰς ἀνάπαυσιν σοὶ δοθέντα. οὐκ ἂν οἰκέτης παρὰ δεσποτῶν ἔλαβεν ἀνάπαυσιν, εἰ μὴ τὸ σκότος ἐπολύασκες ἐπήγαγε προθεσμίαν. πῶς δὲ πολλάκις κάμνοντας ἐν ἡμέρᾳ, ἐν νυξὶν ἀνανεούμεθα· καὶ ὁ τῇ χθὲς ἡμέρᾳ γεγονὼς ἐν καμάτοις, ἕωθεν γίνεται ῥωμαλέος, διὰ τὴν τῆς νυκτὸς ἀνάπαυσιν. τί δὲ νυκτὸς πρὸς σοφίαν χρησιμώτερον· ἐν ταύτῃ μὲν γὰρ πολλάκις τὰ περὶ θεοῦ φαντασιζόμεθα· ἐν αὐτῇ δὲ ἀνάγνωσιν καὶ θεωρίαν τῶν θείων λογίων ποιούμεθα· πότε δὲ μᾶλλον εἰς ψαλμῳδίαν καὶ προσευχὴν συντέταται ἡ διάνοια ἡμῶν. ἆρα οὐκ ἐν νυκτί; πότε πολλάκις τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἤλθομεν εἰς ὑπόμνησιν· οὐκ ἐν νυκτί; μὴ τοίνυν παραδεξώμεθα κακῶς, ἄλλον σκότους εἶναι ποιητήν· ἀγαθὸν γὰρ καὶ τοῦτο δείκνυσιν ἡ πεῖρα καὶ χρησιμώτατον· ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς, οὐ μόνον ἡλίου καὶ σελήνης τὴν κατασκευὴν ἐκπλαγῆναι καὶ θαυμάσαι· ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἀστέρων τὰς εὐτάκτους χορείας, καὶ τοὺς ἀνεμποδίστους δρόμους, καὶ τὰς ἀνατολὰς τὰς εὐκαίρους ἑκάστου· καὶ πῶς, οἱ μὲν, σημεῖά εἰσι θέρους· οἱ δὲ, χειμῶνος· καὶ πῶς, οἱ μὲν, τοῦ σπόρου τὸν καιρὸν δηλοῦσιν· οἱ δὲ, τοῦ πλεῖν τὴν ἀρχὴν σημαίνουσι. καὶ ἄνθρωπος ἐν πλοίῳ καθήμενος, καὶ ἐν ἀπειροείστοις κύμασι πλέων, εἰς ἀστέρα βλέπων, εὐθύνει τὴν ναῦν. περὶ τούτων γὰρ τῶν πραγμάτων λέγει ἡ γραφὴ καλῶς τὸ, Καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· οὐκ εἰς ἀστρολογίας καὶ γενέσεως μυθολογίας. ὅρα δὲ πῶς καὶ τὸ τῆς ἡμέρας φῶς καλῶς ἡμῖν ἐχαρίσατο ἐκ προσαγωγῆς· οὐ γὰρ

enim non habentibus hæreticis tantum non clamant, & ordine apto dicunt, non alium quempiam eſſe deũ, quàm opificem, quàm temporum moderatorem, & rerum vniuerſarum exornatorem ac diſpenſatorem. Neque vero quiſpiam eos ferat qui dicunt, alium eſſe lucis procreatorem, & alium tenebrarum. Meminerit enim Eſaiæ dicentis: *Ego deus qui feci lucem, & tenebras creaui.* Quid huic verbo ſuccenſes, ô homo? quid ægre fers tempus illud quod tibi ad requiem conceſſum eſt? famulus ab hero non conſequeretur quieſcendi licentiam, niſi tenebræ neceſſario tempus præſcriberent. Quomodo autem in diurno ac frequenti labore fatigati, noctibus reficimur ac veluti renouamur? & qui heſterno die laſſus erat laborando, mane robuſtus & alacer exurgit nocturna requie. Quid item nocte ad ſapientiam vtilius? Nam in ea ſæpe de deo cogitamus: in ea diuinorum oraculorum lectionem & contemplationem meditamur. Quandónam maiori mens noſtra contentione pſalmos canit, aut preces fundit? nónne noctu? quandónam ſæpius ad noſtrorum peccatorum recordationem venimus? nónne noctu? Ne ergo male admittamus, alium eſſe tenebrarum auctorem. Etenim bonam eas rem eſſe & vtiliſſimam, experientia docet. Oportebat autem vt ij non ſolum fabricam ſolis & lunæ attoniti mirarentur, verum etiam & ſtellarum choreas ordinatas, & liberos ac non impeditos curſus, tempeſtiuóſque ſingularum exortus: quónamque pacto ſint aliæ æſtatis, aliæ hiemis iudices: quóque modo partim ſerendi tempus demonſtrent, partim nauigandi primordium ſignificent, & homo ſedens in nauigio, ac in fluctibus indefinitis & immenſis nauigans, ad ſtellam intuens quampiam, nauem dirigit. De his enim rebus præclare ſcriptura loquitur, inquiens, *Et erunt in ſigna, & in tempora, & in annos*: non in fabulas aſtrologiæ & geneſeos ſiue natalitiorum ſiderum. Porro aduerte & quam præclare nobis viciſſitudines diurnæ lucis conceſſit: non

Cap. 45. 7.

Nox philoſophiæ & orationi cōgrua.

Aſtrorum vſus.

enim ſimul & vno momento ſolem exoriri cernimus; ſed lux puſilla præcurrit, vt oculi pupilla quaſi ſe exercens præmeditatione aliqua, poſſit maiorem radij claritatem percipere. Quam etiam apto ſplendorum lunarium ſolatio tenebras nobis mitigarit. Quis eſt imbris & pluuiæ progenitor? qui eſt qui roris ſtillas peperit? quis qui aërem condenſauit in nubes, & iuſſit vt imbrium aquas baiularet? & nonnunquam ab aquilone nubes aureo ſplendore fulgentes aduceheret? nonnũquam ea in vnam ſpeciem eandémque formam transmutaret, & rurſus in varios circulorum orbes aliáſque figuras conuerteret? Quis potens eſt, qui enumeret nubes ſapienter? de quo in Iob, *Scit vero diſcrimina nubium: cælum autem in terram inclinauit*: &, *Qui numerat nubes ſapienter*: &. *Non eſt effracta nubes ſub eo.*
Cap. 37. Tot enim aquarum pondera nubibus inſident: nec diſrumpuntur, verum cum ordine apto in terram decidunt. Quis eſt qui educit ventos de theſauris ſuis? quis inquam eſt, vt prædiximus, qui roris guttas peperit? Quonam ex vtero glacies emergit? aquoſa enim materia conſiſtit, & lapidoſa efficientia eſt, aliquandóque ex aqua nix efficitur ſicut lana: aliquando nebulam quaſi cinerem ſpargenti ſubminiſtrat: aliquando in lapidoſam ſubſtantiam conuertitur: natura vnius generis vniúſque modi eſt; at effectus multiplex & varius. Aqua, vinum eſt in vitibus ad exhilarandum cor hominum: oleum in oliuis quod faciei hominis nitorem inducat: & in panem conuertitur, vt confirmet cor hominis, conuertitur & in omne genus fructuum. Ob has res conuiciandúſne fuerat opifex & creator, an potius adorandus? & interim tamen nondum eiũs ſapientiæ arcana quæ non apparent dico. Conſidera mihi vernum tempus, & varios flores in ſimilitudine diſtinctos: roſæ ruborem maximum, lilij candorem ſupremum: quæ ex vno imbre omnia & vno ſolo. Quis eſt qui diſtinxit? quis qui fabricauit? Conſidera mihi quàm accurate omnia ex vna arboris natura, pars altera

ἅμα τὸν ἥλιον ἀνατέλλει θεωρεῖσθαι, ἀλλὰ προτρέχει μικρὸν τὸ φῶς, ἵνα προμελετήσασα ἡ κόρη, δύνηται βλέπειν τῆς ἀκτῖνος τὰ μείζονα· ὅπως δὲ τὸ τῆς νυκτὸς σκότος παρεμυθήσατο τοῖς σεληνιακοῖς αὐγάσμασι. τίς ἐστὶν ὁ ὑετοῦ πατήρ. τίς δὲ ἐστὶν ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου. τίς ὁ τὸν ἀέρα παχύνας εἰς νέφη, καὶ κελεύσας τῶν ὄμβρων βαστάζειν τὰ ὕδατα. καὶ ποτὲ μὲν, ἄγων ἀπὸ βορρᾶ νέφη χρυσαυγοῦντα· ποτὲ δὲ, εἰς ἓν εἶδος μεταποιῶν ταῦτα· καὶ πάλιν μεταφέρων εἰς ποικίλα κύκλων καὶ ἄλλα σχήματα. τίς ὁ δυνατὸς ἀριθμεῖν νέφη σοφίᾳ· περὶ οὗ φησὶν ἐν τῷ Ἰὼβ, Ἐπίσταται δὲ διακρίσεις νεφῶν· οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε. καὶ τὸ, Ὁ ἀριθμῶν νέφη σοφίᾳ· καὶ τὸ, Οὐκ ἐρράγη νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ· τοσαῦτα γὰρ μέτρα ἐπὶ τὰ νέφη ὑδάτων ἐστὶ, καὶ οὐ ῥήγνυται· ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐταξίας ἐπὶ τὴν γῆν κατέρχεται. τίς ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν. τίς δὲ ἐστὶν ὡς προειρήκαμεν, ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου. ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος ἐκπορεύεται ὁ κρύσταλλος, ὑδατώδης γὰρ ἡ ὑπόστασις, καὶ λιθώδης ἡ ἐνέργεια. καὶ ποτὲ μὲν, τὸ ὕδωρ γίνεται χιὼν, ὡσεὶ ἔριον· ποτὲ δὲ, ὑπουργεῖ τῷ πάσσοντι τὴν ὁμίχλην ὡς σποδόν· ποτὲ δὲ, εἰς λιθώδη ὑπόστασιν μεταβάλλεται· ἐπείπερ οἰακίζει τὸ ὕδωρ ὡς ἂν βούληται. μονοειδὴς ἡ φύσις, καὶ πολυδύναμος ἡ ἐνέργεια· τὸ ὕδωρ, οἶνος μὲν ἐν ἀμπέλοις, εὐφραίνων καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ ἔλαιον ἐν ἐλαίαις, λαμπρύνων πρόσωπον ἀνθρώπου· καὶ εἰς ἄρτον δὲ μεταβάλλεται, στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου. καὶ εἰς παντοῖα καρπῶν δημιουργήματα. ἐπὶ τούτοις τί ἔδει βλασφημεῖσθαι τὸν δημιουργὸν, ἢ προσκυνεῖσθαι μᾶλλον. καὶ τέως οὔπω λέγω τῆς σοφίας αὐτοῦ τὰ μὴ φαινόμενα. θεώρησόν μοι τὸ ἔαρ, καὶ τὰ ἄνθη τὰ παντοῖα, ἐν ὁμοιότητι διακεκριμένα· ῥόδου μὲν, τὸ ἐρυθρότατον· κρίνου δὲ, τὸ λευκότατον· ἐξ ἑνὸς γὰρ ὑετοῦ ταῦτα καὶ μιᾶς τῆς γῆς. τίς ὁ διακρίνων· τίς ὁ δημιουργῶν. θεώρησόν μοι τὴν ἀκρίβειαν. ἐκ μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ δένδρου, τὸ μὲν,

εἰς σκέπην· τὸ δὲ, εἰς καρποὺς διαφόρους· καὶ εἷς ὁ τεχνίτης· μιᾶς ἀμπέλου, τὸ μέν τι, εἰς καῦσιν· τὸ δὲ, εἰς βλαστήματα· τὸ δὲ, εἰς φυλλάδας· τὸ δὲ, εἰς ἕλικας· τὸ δὲ, εἰς βότρυν. ἐκπλάγηθι τοῦ καλάμου τὴν πυκνότητα, τὴν τῶν κόμβων περιβολὴν, ἣν ἐποίησεν ὁ τεχνίτης. ἐκ τῆς μιᾶς γῆς, ἑρπετὰ προέρχεται, καὶ θηρία, καὶ κτήνη, καὶ ξύλα, καὶ βρώματα, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ λίθος. μία τῶν ὑδάτων ἡ φύσις, καὶ ἐξ αὐτῆς νηκτῶν καὶ ὀρνέων ὑπόστασις, ἵνα ὥσπερ ἐκεῖνα νήχεται ἐν τοῖς ὕδασιν, οὕτω καὶ τὰ ὄρνεα ἵπταται ἐν τῷ ἀέρι. αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐκεῖ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. τίς δύναται διηγήσασθαι τῶν ἰχθύων τῶν ἐν αὐτῇ τὸ κάλλος· τίς δύναται διηγήσασθαι κητῶν τὰ μεγέθη· καὶ τῶν ἀμφιβίων ζώων τὴν ὑπόστασιν, ὅπως καὶ ἐν χέρσῳ γῇ, καὶ ἐν ὕδασι διαιτᾶται· τίς δύναται διηγήσασθαι τῆς θαλάσσης τὸν βυθὸν καὶ τὸ πλάτος, ἢ τῶν ὑπερμεγέθων κυμάτων τὴν ὁρμήν. ἀλλ' εἰς τοὺς ὅρους αὐτῆς ἕστηκε διὰ τὸν εἰπόντα, ἄχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα, ἥτις καὶ δηλοῦσα τὸν ἐπηρτημένον αὐτῇ τοῦ προστάγματος λόγον, ἐπεκδραμοῦσα διὰ τῶν κυμάτων, γραμμήν τινα φανερὰν ἐναφίησι τοῖς αἰγιαλοῖς, δηλοῦσα τοῖς ὁρῶσιν, ὥσπερ ὅτι τοὺς προστεταγμένους οὐ παραβέβηκεν ὅρους. τίς δύναται σκέψασθαι τῶν ἀερίων ὀρνέων τὴν φύσιν, πῶς τὰ μὲν, γλῶσσαν περιφέρει μουσικήν· τὰ δὲ, παντοίᾳ τῇ ζωγραφίᾳ πεποίκιλται· τὰ δὲ, ὑπὲρ πάντα εἰς μέσον ἀέρα ἕστηκεν ἀκίνητα· ὡς ἱέραξ ἐκπετάσας τὰς πτέρυγας ἕστηκεν ἀκίνητος, καθορῶν τὰ πρὸς νότον. τίς δύναται ἀνθρώπων ὑψωθέντα θεωρῆσαι ἀετόν. εἰ δὲ τῶν ὀρνέων τὸ ἀλογώτατον ὑψωθὲν οὐ δύνασαι κατανοῆσαι, πῶς τὸν πάντων ποιητὴν θέλεις κατανοῆσαι. τίς ἐν ἀνθρώποις θηρίων πάντων οἶδε κἂν τὰ ὀνόματα· ἢ τίς ἑκάστου δύναται διασκέψασθαι τὴν φυσιολογίαν. εἰ δὲ τῶν θηρίων μόνον οὐδὲ τὰ ὀνόματα γινώσκομεν, πῶς τὸν ποιητὴν αὐτῶν καταληψόμεθα. ἓν τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα

in diuerſos ac varios fructus: vnúſque eſt artifex. Vnius vitis partim abit in pampinos, partim in germina, partim in capreolos, partim in vuam & racemos. Arundinis obſtupeſcas craſſitiem, internodiorum ambitum, quem opifex procreauit. Ex vna terra ſerpentes prodeunt, feræ, pecora, ligna, eſculenta, aurum, argentum, æs, ferrum, & lapis. Vna eſt aquarum natura, & ex ea producuntur natatilia atque volatilia, vt quemadmodum illa natant in aquis, ſic & volatilia in aëre volent. Ipſum quoque mare magnum & ſpacioſum eſt: ibi ſerpentia latitant, quorum non eſt numerus. Quis exponat piſcium in eo degentium pulchritudinem? quis enarret cetorũ magnitudines, & animantiũ ancipitium conſtitutionem, quo pacto & in continenti terra degant & in aquis? Quis exponat maris profunditatem, & latitudinem, aut fluctuum immenſum impetum? Atqui ſuos intra limites & terminos conſiſtit, propter eum qui dixit, Hucuſque progredieris, nec vltra perges, ſed in te ipſo conterentur fluctus tui: quod etiam mandati rationem ſibi iniunctam indicat dum, fluctibus recurrens, lineam quandam manifeſtam in littoribus remittit, qua re palam ſpectatoribus oſtendit, quantum abſit, vt præſcriptos limites tranſgrediatur. Quis poteſt aëriorum auium naturam ſpeculari, vt aliæ linguam circunferant canendi peritam, aliæ varietate picturarum inſignitæ ſint, aliæ in aëre medio perpetuo ſtent immobiles? vt accipiter expaſſis alis ſine motu conſiſtit vllo, auſtrales mundi partes conſpiciens? Quis hominum poteſt aquilam cernere in ſublime porrectam? quod ſi auium à ratione longiſſime remotam ſublimitatem agnoſcere non potes, qui fit vt velis omnium auctorem internoſcere? Quis inter homines, vel nomina ferarum omnium tenuit, aut quis ſingularum poteſt naturam, vel conſiderare, vel oratione explicare? Si autem ne nomina quidem duntaxat ferarum noſcimus, quomodo fabricatorem earum comprehendemus? vnum dei præceptum fuit,

Maris limites à Deo conſtituti.

quo dixit, *Producat terra feras, & pecora, & ſerpentes, pro genere quæque ſuo.* & vna voce, vnóque præcepto variæ natæ ſunt diuerſæque naturæ: ouis, manſuetiſſimum animal & leo carniuorus, & diuerſi animantium ratione carentium motus, in quibus hominum ingeniorum, ac variarum conceptionum imitationes apparent: veluti vulpes dolum, & vafriciem hominum præ ſe fert, anguis amicorum venenata diſſidia, equus adhinniens, adoleſcentium mores incontinentes, formica agriculturæ maximam peritiam, vt deſidem & pigrum exuſcitet. cum enim aliquis inertem degit iuuentutem, tum ab animantibus rationis expertibus docetur, redarguitur à ſcriptura diuina, quæ ait. *Vade ad formicam piger, & æmulare vias eius, eſtóque illa ſapientior*: Cernens enim illam ſibi ipſi tempeſtiue recondentem cibos, imitare, & tibi ipſe fructus bonorum operum ad futura ſecula reconde. Et rurſus: *Perge ad apem, & diſce quàm operoſa ſit*, quam diligenter flores omnis generis ambit, & tibi mel ad vtilitatem componit, vt & tu diuinas ſcripturas percurrens, quod tibi ſaluti ſit amplectaris, quibus refertus dicas, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſupra mel & fauum ori meo.* Nunquid ergo non glorificatione potiùs opifex dignus? quid enim etiamſi non omnium noris conſtitutionem, iam ne propterea inertia ſunt ea & ocioſa, quæ creata ſunt? Potéſne omnium herbarum efficaciam aut vtilitatem noſſe? Potéſne omnem diſſerere omnium animalium commoditatem. Iam vero & ex venenatis viperis ad ſalutem hominibus amuleta venenorum prodita ſunt. At mihi dices, horrendus eſt anguis. Time dominum & immunis eris ab illius noxa. Scorpius pungendo valet. Time dominum, & te non punget. Leo ſanguinem vorat. Time dominum, & tibi, vt Danieli, aſſidebit. Vere autem admirationi ſunt & animalium actiones, quomodo alia in aculeis aciem habeant, vt ſcorpius: vis aliis in dentibus ſit, & alia vnguibus ſe protegant. At Baſiliſco

Humani mores diuerſi in beſtijs expreſſi.

Pſal. 1.

ὁ λέγων,

ὁ λέγων, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ θηρία καὶ κτήνη καὶ ἑρπετὰ κατὰ γένος· καὶ διάφοροι φύσεις ἐκ μιᾶς φωνῆς γεγένασιν ἑνὶ προστάγματι· πρόβατον ἡμερώτατον, καὶ λέων σαρκοβόρος, καὶ διάφοροι ζώων ἀλόγων κινήσεις, μιμήσεις ἔχουσαι διαφόρων προαιρέσεων ἀνθρωπίνων, ἵνα ἀλώπηξ μὲν δηλώσῃ τὸ ἐν ἀνθρώποις δόλερον· ὄφις δὲ, τῶν φίλων τοὺς ἰοβόλους· ἵππος δὲ χρεμετιστὴς, τῶν νέων τοὺς ἀκολάστους· μύρμηξ δὲ ὁ γεωργότατος, ἵνα διεγείρῃ τὸν ὀκνηρὸν, τὸν νωθρόν· ὅταν γάρ τις ἀργὴν ἔχῃ τὴν νεότητα, τότε ὑπὸ τῶν ἀλόγων ζώων διδάσκεται, διελεγχόμενος ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς λεγούσης, Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος· βλέπων γὰρ ἐκεῖνον ἑαυτῷ εὐκαίρως θησαυρίζοντα τὴν τροφὴν, μιμοῦ, καὶ θησαύριζε σεαυτῷ καρποὺς ἔργων ἀγαθῶν, εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας· καὶ πάλιν, Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί· πῶς ἀνθῶν παντοῖα περιτρέχουσα, συντίθησί σοι πρὸς ὠφέλειαν τὸ μέλι, ἵνα καὶ αὐτὸς περιερχόμενος τὰς θείας γραφὰς, τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας περιδράξῃ, καὶ τούτων ἐμφορούμενος εἴπῃς, Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ὑπὲρ μέλι [καὶ κηρίον] τῷ στόματί μου. ἆρα οὐχὶ δοξάζεσθαι μᾶλλον ὁ τεχνίτης ἄξιος; τί γὰρ εἰ καὶ σὺ μὴ πάντων γινώσκεις τὴν ὑπόστασιν· ἤδη ἀργὰ καὶ τὰ γινόμενα· μὴ γὰρ πάντων βοτανῶν δύναται γνῶναι τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν ὠφέλειαν; δύνασαι μαθεῖν πᾶσαν τὴν ἐκ παντὸς ζώου προερχομένην. ἤδη καὶ ἐξ ἰοβόλων ἐχιδνῶν ἀντίδοτοι προεδόθησαν εἰς σωτηρίαν ἀνθρώποις. ἀλλ' ἐρεῖς μοι, δεινὸς ὁ ὄφις. φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ οὐ δυνήσεταί σε βλάψαι. σκορπίος πληκτικός· φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ οὐ πλήξει σε. λέων αἱμοβόρος· φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ παρακαθήσεταί σοι, ὡς τῷ Δανιήλ. ἔστι δὲ θαυμάσαι ἀληθῶς καὶ τῶν ζώων τὴν ἐνέργειαν· πῶς τὰ μὲν, ἐν κέντροις, ὥσπερ ὁ σκορπίος, ἔχει τὸ ὀξύ· ἑτέροις δὲ ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἡ δύναμις. καὶ ἄλλα δι' ὀνύχων καταγωνίζεται· βασιλίσκου

δὲ, τὸ βλέμμα ἡ δύναμις. ἐκ τῆς ποικίλης αὐτῶν δημιουργίας, νόησον τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἐνέργειαν. ἀλλ' ἴσως ταῦτα οὐ γινώσκεις· μηδέν σοι καὶ τοῖς ἔξωθέν σου ζώοις· εἴσελθε λοιπὸν εἰς σεαυτὸν, καὶ ἐκ τῆς σῆς ὑποστάσεως νόησον τὸν τεχνίτην, τί μεμπτὸν ἐν τῷ σώματί σου πέπλασται. κράτει σεαυτοῦ, καὶ οὐδὲν φαῦλον ἐκ πάντων τῶν μελῶν. ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ γυμνὸς ἦν μετὰ τῆς Εὔας, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ μέλη ἦν ἀπόβλητος. οὐκ ἄρα τὰ μέλη τῆς ἁμαρτίας αἴτια· ἀλλ' οἱ χρώμενοι τοῖς μέλεσι κακῶς. σοφὸς δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητής. τίς ὁ παρασκευάσας εἰς τεκνογονίαν μήτρας ὄγκους. τίς ὁ τὸ ἄψυχον ἐν αὐτῇ ψυχώσας. τίς ὁ νεύροις καὶ ὀστέοις ἡμᾶς ἐνείρας· δέρμα δὲ καὶ κρέας περιβαλὼν, καὶ ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ βρέφος, ἐκ μαστῶν πηγὰς γάλακτος ἐκφέρων. πῶς τὸ μὲν βρέφος εἰς παιδίον αὔξει· καὶ τοῦτο εἰς νεανίαν, εἶτα εἰς ἄνδρα· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς πρεσβύτην μεταβάλλεται, μηδενὸς καταλαμβάνοντος τῆς μεταβολῆς τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρίβειαν· πῶς τῆς τροφῆς, τὸ μὲν, ἐξαιματοῦται· τὸ δὲ, εἰς ἀποχώρησιν διακρίνεται· τὸ δὲ, εἰς σάρκα μεταβάλλεται. τίς ὁ τὴν καρδίαν ἀκινήτως κινῶν. τίς ὁ τὴν ἁπαλότητα τῶν ὀφθαλμῶν, τῇ τῶν βλεφάρων περιβολῇ σοφῶς ἀσφαλισάμενος· περὶ γὰρ τῆς ποικίλης καὶ θαυμασίας τῶν ὀφθαλμῶν κατασκευῆς, αἱ πολύστιχοι τῶν ἰατρῶν μόγις ἐξηγοῦνται βίβλοι. τίς ὁ τὴν μίαν ἀναπνοὴν εἰς ὅλον τὸ σῶμα διαδούς. βλέπεις ἄνθρωπε τὸν τεχνίτην; βλέπεις τὸν σοφὸν δημιουργόν; ταῦτά σοι νῦν ἐπλάτυνεν ὁ λόγος, πολλῶν καὶ ἄλλων μυρίων καταλελειμμένων, καὶ μάλιστα τῶν ἀσωμάτων καὶ ἀοράτων, ἵνα μισήσῃς μὲν τοὺς βλασφημοῦντας τὸν σοφὸν καὶ ἀγαθὸν τεχνίτην. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων καὶ ἀναγινωσκομένων, καὶ ὧν ἂν αὐτὸς εὑρεῖν ἢ νοῆσαι δυνηθείης, ἐκ μεγέθους κτισμάτων καὶ καλλονῆς, ἀναλόγως τὸν γενεσιουργὸν θεωρήσας, γόνυ κάμπτων εὐσεβῶς τῷ τῶν ὅλων ποιητῇ, τῶν αἰσθητῶν λέγω καὶ νοητῶν, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων μετ' εὐγνώμονος καὶ εὐφήμου

vires inſunt in aſpectu. Et vario igitur opificio vim & efficaciam opificis intellige. At fortaſſe hæc tibi nota non ſunt, nihil tibi cum animalibus à te remotis commune eſt. Intro poſthac ad teipſum ingredere, & ex tua conſtitutione artificem cogitato. Quidnam in tuo corpore reprehenſione dignum factum eſt, te ipſum contine, & nihil prauum ex omnibus membris orietur. Ab initio nudus erat Adam cum Eua in paradiſo, nec membra deſpicabilem eum faciebant. Non ergo in membris peccandi cauſa eſt, ſed in iis, qui membris abutuntur, ſapienſque eſt membrorum auctor. Quis eſt ille qui ad liberorum procreationem vteri moles præparauit? Quis in eo inanimum animauit? Quis neruis & oſſibus nos colligauit, pelle & carnibus circundedit, & ſimulatque natus eſt infans, ex vberibus lactis fontes educit? Quomodo infans in puerum creſcit, & ex puero in iuuenem, deinde in virum, deinde in ſenem mutatur? nomine mutationis quotidianam ſeriem deprehende. Quo pacto alimenti pars vna in ſanguinem conuertitur, altera autem ad ſeceſſum diſcernitur, alia in carnem commutatur. Quis eſt ille qui cor agitat motu perpetuo? Quis mollitiem oculorum palpebrarum tegumento tam aperte muniuit? Nam de varia & admirabili oculorum fabrica copioſi medicorum vix exponunt libri. Quis vnam reſpirationem in totum indidit corpus? vides ô homo artificem, cernis ſapientem opificem? Hæc tibi nunc ſermo noſter explanauit multis & aliis innumeris prætermiſſis maximéque incorporeis & ſub videndi ſenſum non cadentibus, tum, vt eos odio proſequaris, qui ſapienti & bono conuitiantur artifici, tum vt ex iis quæ vel dicta vel lecta velque ipſe poteris aut inuenire, aut cogitare, perſpecto quantum fieri poteſt ex magnitudine pulchritudinéque rerum creatarum parente atque creatore, in genua procidens religioſe vniuerſorum auctori ſenſibilium, inquam, & intelligibilium, viſibilium & inuiſibilium lingua grata &

Fabrica humani corporis admiranda.

benedicta, labiis ſine intermiſſione deum celebra, in-
Pſ.103.26 quiens, *Quam admiranda ſunt opera tua domine, omnia ſapienter feciſti*. te enim decet honor & magnificentia & nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

CATECHESIS DECIMA ILLVMINAtorum Hieroſolymis, dicta ex tempore, in illud: Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et lectio ex prima ad Corinthios: Nam etſi ſunt, qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: ſiquidem ſunt dij multi & domini multi, nobis tamen vnus eſt Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum, &c.

QVI credere in vnum Deum omnipotentem decreuerunt, & in filium vnigenitum credere debent: qui enim negat filium, neque patrem habet.
Ioan.14.6. *Ego ſum oſtium*, inquit Ieſus, *nemo venit ad patrem niſi per me*. Si negaueris oſtium, præcludetur tibi & patris
Mat.11.27 cognitio. *Nemo enim cognoſcit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare*. Si negaueris reuelantem, manes in ignorantia. Sententia eſt in Euangeliis, quæ dicit:
Pater impiè colitur ſine filio. Ioan. 3.36. *Qui non credit in filium, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper illum*. Indignatur enim pater, cum filius eius vnigenitus non agnoſcitur. Graue eſt regi, ſi quis gregarium militem inhonorarit: quòd ſi quis eorum, qui interius ſunt, ſatellitum, vel amicorum inhonoretur, tunc excitatur maior ira: ſin autem aliquis ipſum filium vnicum Regis contumelia afficiat, quis conſolabitur patrem pro filio vnigenito indignantem? Si quis vult piè colere Deum, adoret & filium, alioquin eius cultus non recipietur. Pater cælitus pronuntiauit, dicens, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*. Complacuit patri in filio: quòd ſi tibi non

γλώττης, ἀδιαλείπτοις τε χείλεσιν αἰνυμνήσω [καὶ καρδίᾳ] τὸν θεὸν λέγων, ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. σοὶ γὰρ πρέπει τιμὴ, δόξα, καὶ μεγαλωσύνη, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ι'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

Vnigenitum. Filium porrò cùm audis non exiſtimes eſſe adoptiuum, ſed naturalem filium, vnigenitum filium, qui fratrem alium habet nullum. Propterea enim vocatur vnigenitus, quòd in dignitate Deitatis, & ex patris generatione, fratrem non habet. Filium autem Dei vocamus ipſum, non ex nobis ipſis, ſed quoniam pater ipſius filium eum vocauit. Vera autem eſt appellatio, quæ à patribus filiis datur. Incarnatus eſt tunc Dominus noſter Ieſus Chriſtus; ſed à multis ignorabatur. quod cùm docere vellet, congregatis diſcipulis, quærebat ex illis: *Quem dicunt eſſe filium hominis?* non inanis gloriæ ſtudio: ſed vt veritatem illos doceret, hæc quæſiit, vt qui cum vnigenito Dei habitarent, tanquàm ſimplicem aliquem hominem illum non contemnerent. Dicentibus autem illis: *Quòd alij quidem Heliam, alij vero Hieremiam: licit ad illos*: Illi quidem neſcientes, excuſabiles: Vos autem apoſtoli, qui in nomine meo leproſos mundatis, & dæmonia eiicitis, & mortuos excitatis, non debetis eum ignorare, per quem facitis miracula. Omnibus autem tacentibus, (ſupra vires enim humanas hæc erat doctrina) Petrus princeps Apoſtolorum, & ſupremus Eccleſiæ præco, non comminiſcens ſibi, neque ratione humana perſuaſus, ſed à patre Deo, in mente illuminatus, dicit ad ipſum: *Tu es Chriſtus.* Nõ ſimpliciter, ſed *filius Dei viuentis.* Et ſtatim benedictio verbum id ſubſequitur: erat enim id verè ſuprà hominem. Et obſignans id quod ille dixerat, quòd pater eſſet, qui hoc illi reuelaret, dicit ſaluator: *Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt.* Qui itaque agnoſcit Dominum Ieſum Chriſtum cum Deo, fit particeps eius beatitudinis: qui verò negat filium Dei, infœlix & miſer eſt. Porrò cùm filium audis, non abuſiuè dici filium putes, ſed verè filium naturalem: non ex ſeruitute in adoptionis progreſſionem aſcendentem, ſed imperſcrutabili incõprehenſibilique generatione pro-

Deus incarnatus.

Mat. 16.

Ibid.

Petrus princeps Apoſtolorũ & Eccleſiæ.

Ibid.

τὸν μονογενῆ· υἱὸν δὲ πάλιν ἀκούων, μὴ νομίσῃς θετὸν, ἀλλὰ φυσικὸν
υἱὸν, υἱὸν μονογενῆ ἀδελφὸν ἕτερον οὐκ ἔχοντα. διὰ τοῦτο γὰρ καλεῖται
μονογενὴς, ὅτι εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα καὶ τὴν ἐκ πατρὸς γέννη-
σιν, ἀδελφὸν οὐκ ἔχει· υἱὸν δὲ τοῦ θεοῦ καλοῦμεν αὐτὸν οὐκ ἀφ'
ἑαυτῶν, ἀλλὰ γὰρ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς αὐτὸν χριστὸν υἱὸν ὀνομάσαντος.
ἀληθὴς δὲ προσηγορία ἡ ἐκ πατέρων τοῖς τέκνοις ἐπιτεθειμένη.
ἐνηνθρώπησε τότε ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν
πολλῶν ἠγνοεῖτο· διδάξαι δὲ βουλόμενος τὸ ἀγνοούμενον, συναγαγὼν
τοὺς μαθητὰς, ἠρώτα, τίνα με λέγουσιν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.
οὐ κενοδοξῶν, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῖς δεῖξαι βουλόμενος. ἵνα
μὴ θεῷ θεοῦ μονογενεῖ συνοικοῦντες, ὡς ἀνθρώπου τινὸς ψιλοῦ
καταφρονήσωσιν. εἰπόντων δὲ ἐκείνων, ὅτι οἱ μὲν, Ἠλίαν, οἱ δὲ
Ἱερεμίαν, ἔφη πρὸς αὐτούς· ἐκεῖνοι μὲν μὴ εἰδότες, συγγνωστοί·
ὑμεῖς δὲ οἱ ἀπόστολοι οἱ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λεπροὺς καθαρίζον-
τες, καὶ δαιμόνια ἐκβάλλοντες, καὶ νεκροὺς ἐγείροντες, οὐκ ὀφείλετε
τοῦτον ἀγνοεῖν, δι' ὃν ποιεῖτε τὰ θαυμάσια. πάντων δὲ ἀποσιωπησάν-
των· ὑπὲρ ἄνθρωπον γὰρ ἦν τὸ μάθημα. Πέτρος ὁ πρωτοστάτης τῶν
ἀποστόλων, καὶ τῆς ἐκκλησίας κορυφαῖος κήρυξ, οὐχ εὑρεσιλογίᾳ χρη-
σάμενος, οὐδ' ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ πεισθεὶς, ἀλλὰ πατρόθεν φω-
τισθεὶς τὴν διάνοιαν, φησὶ πρὸς αὐτόν. σὺ εἶ ὁ χριστὸς, οὐχ ἁ-
πλῶς, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. καὶ μακαρισμὸς ἐπακολουθεῖ τῷ
ῥήματι. ἦν γὰρ καὶ ἀληθῶς ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ σφραγὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι,
ὅτι πατὴρ ἦν ὁ ἀποκαλύψας· λέγει γὰρ ὁ σωτήρ· μακάριος εἶ Σίμων
Βαριωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι. ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν
τοῖς οὐρανοῖς. ὁ τοίνυν γνωρίζων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν τὸν υἱὸν
τοῦ θεοῦ, τῆς μακαριότητος μετέχει. ὁ δὲ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν τοῦ
θεοῦ, δείλαιός ἐστι καὶ ἄθλιος. υἱὸν δὲ πάλιν ἀκούων, μὴ καταχρη-
στικῶς ἄκουε μόνον· ἀλλὰ υἱὸν ἀληθῶς, υἱὸν φυσικὸν, ἄναρχον,
οὐκ ἐκ δουλείας εἰς προκοπὴν υἱοθεσίας ἐλθόντα, ἀλλὰ υἱὸν
ἀεὶ γεννηθέντα ἀπεριεργάστῳ, καὶ ἀνελθόντα ἀκαταλήπτῳ τῇ

γεννήσῃ. καὶ πρωτότοκον ὁμοίως ἀκούων, μὴ νομίσῃς εἶναι κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. οἱ μὲν γὰρ ἐν ἀνθρώποις πρωτότοκοι, καὶ ἄλλους ἔχουσιν ἀδελφούς, καί που γέγραπται· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. ἀλλ' ὡς ὁ Ῥουβὶμ πρωτότοκος ἦν, ἐκπεπτωκὼς ὁ Ἰσραήλ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἀνέβη ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρὸς· ὁ δὲ Ἰσραὴλ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς ἐκβαλὼν ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος ἐσταύρωσε. καὶ πρὸς ἄλλους δέ φησιν ἡ γραφή, υἱοί ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. καὶ ἀλλαχοῦ ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. εἶπα, οὐκ ἐγέννησα. ἐκεῖνοι ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν θεὸν, τὴν υἱοθεσίαν προσέλαβον, ἣν οὐκ εἶχον. οὗτος δὲ οὐκ ἄλλό τι ὤν, ἄλλό τι ἐγεννήθη ἀλλὰ υἱὸς ἐξ ἀρχῆς ἐγεννήθη, υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὅμοιος τῷ γεγεννηκότι, ζωὴ ἐκ ζωῆς γεγεννημένη, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ ἀλήθεια ἐξ ἀληθείας, καὶ σοφία ἐκ σοφίας, καὶ βασιλεὺς ἐκ βασιλέως, καὶ θεὸς ἐκ θεοῦ. ἐὰν τοίνυν ἀκούσῃς τοῦ εὐαγγελίου, λέγοντος. βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. τὸ κατὰ σάρκα νόησον. υἱὸς μὲν γὰρ Δαβὶδ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων· [υἱὸς δὲ θεοῦ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀνάρχως.] κἀκεῖνο μὲν προσέλαβεν, ὅπερ οὐκ εἶχε· τοῦτο δὲ ὃ ἔχει, ἀϊδίως ἔχει γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς. δύο ἔχει πατέρας, ἕνα τὸν Δαβὶδ, κατὰ σάρκα, καὶ ἕνα τὸν θεὸν πατέρα θεϊκῶς. ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ τὸν Δαβὶδ, καὶ χρόνῳ ὑποβάλλεται, καὶ ψηλαφᾶται, καὶ γενεαλογεῖται· τὸ δὲ κατὰ τὴν θεότητα, οὔτε χρόνῳ ὑποβάλλεται οὔτε τόπῳ, οὔτε γενεαλογεῖται· τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; πνεῦμα ὁ θεός. ὁ πνεῦμα ὢν πνευματικῶς ἐγέννησεν, ὡς ἀσώματος ἀπεριέργαστον, καὶ ἀκατάληπτον γέννησιν· ὁ υἱὸς αὐτὸς λέγει περὶ τοῦ πατρὸς. κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· τὸ δὲ σήμερον, οὐ πρόσφατον, ἀλλ' ἀΐδιον, τὸ σήμερον, ἄχρονον, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. πίστευσον τοίνυν εἰς Ἰησοῦν χριστὸν υἱὸν θεοῦ ζῶντος· υἱὸν δὲ μονογενῆ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τὸ λέγον· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν

ductum. Similiter cùm audis primogenitum, non humano id more eſſe putes: hominum enim primogeniti alios quoque habent fratres, ſicut alicubi ſcriptum eſt: *Filius primogenitus meus Iſraël.* Sed ſicut Ruben fuit abiectus, ita Iſraël. Ille enim in patris cubile aſcenderat. Iſraël autem filium patris eiiciens ex vinea, crucifixit. Et ad alios quoque dicit ſcriptura: *Filij eſtis Domini Dei veſtri.* & alibi: *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Dixi, non genui. Illi verbo adoptionem, quã non habebãt, acceperunt: hic autem non aliud erat, & aliud factus, ſed filius ab initio genitus, filius patris, ſimilis generanti, vita ex vita progenita, & lumen de lumine, & veritas de veritate, & ſapientia de ſapientia, & rex de rege, & Deus de Deo. Si igitur audieris Euangelium cum dicit: *Liber generationis* IESV *Chriſti, filij Dauid, filij Abraham:* ſecundùm carnem id intellige: filius enim Dauid factus in conſummatione ſeculorum. [filius autem Dei ante omnia ſæcula, ſine principio] Et illud quidem accepit, quod non habuit: hoc autem quod habuit, habuit perpetuò, vt ſit genitus de patre. Duos patres habet, vnum Dauid ſecundùm carnem, & alterum Deum patrem ſecundùm Deitatem. Et illud quidem quod eſt ſecundùm Dauid, & tempori ſubiicitur, & contrectatur, & proſapia eius recenſetur. Quod verò eſt ſecundùm Deitatem, neque tempori ſubiicitur, neque loco, neque genus eius recenſetur. *Generationem eius quis enarrabit?* Spiritus eſt Deus: qui verò ſpiritus eſt, ſpiritaliter generatur vt incorporeus, inperſcrutabili, & incomprehenſibili generatione. Filius ipſe dicit de patre, *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* hodie autem non recens, ſed perpetuum hodie, & ſine tempore, & ante omnia ſæcula: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Crede itaque in Ieſum Chriſtum filium Dei viuentis, filium autem vnigenitum, ſecundùm Euangelium, quod dicit: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitã*

Filius primogenitus quomodo. *Exod. 4. 22*

Pſal. 81. 6.

Chriſtus hãtet duos patres.

Eſai. 53 8.

Ioan. 3. 16.

Ibid. *æternam.* Et rurſus: *Qui credit in filium, non iudicatur, ſed tranſlatus eſt ex morte in vitam: qui non credit filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper illum*: quia non credidit in filium Dei vnigenitum. De quo teſtimonium perhibens Ioannes dixit: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre*, plenum gratia & veritate. Quem trementes dicebant dæmones: *Quid nobis & tibi, fili Dei viuentis?* Filius ergo eſt Dei, non adoptione, ſed natura genitus ex patre, qui diligit generantem, diligit & genitum ex eo: qui autem non recipit genitum, contumelia afficit genitorem. Quum autem generantem Deum audis, ne incidas in corpora, neque corruptibilem eſſe opineris generationem, ne impiè agas. Spiritus Deus, ſpiritalis eius generatio. Corpora enim generant corpora: & in eorum generatione tempus intercedat neceſſe eſt. Eius autem, quæ eſt ex patre, generationis tempus intermedium non eſt. Et quod hîc generatur, imperfectum eſt: filius autem Dei perfectus eſt genitus. Quod enim nunc eſt, hoc ab initio natus. Nos cùm naſcimur infantes, ex ignorantia in rationem progredimur. Imperfecta eſt, ô homo, tua generatio: per ſucceſſionem enim fit illius acceſſio. Illic autem nihil eiuſmodi exiſtimes: neque infirmitatis genitum arguas. Si enim imperfectus quidem genitus eſt, ſucceſſu verò temporis perfectionem adeptus eſt, infirmitatis illum arguis. Sin autem, quæ tu deinceps tempore illi acceſſiſſe putas, ab initio habuit, non ergo humanam eſſe exiſtimes iſtam generationem, neque ſicut Abraham genuit Iſaac: qui non quem voluit progenuit, ſed quem alius illi contulit. Deo patre generante neque ignorantia intercedit, neque deliberatio. Dicere enim, quòd natum ex ſe ignorat, maxima eſt impietas: tum verò dicere quòd in tempore conſiderans, deinceps pater eſt factus eiuſdem eſt impietatis. Non enim priùs erat Deus ſine prole, ſucceſſu verò temporis factus eſt pater. Sed ſemper habet filium quem genuit: non ſicut homines

Ioan. 1. 14. *Mat. 8. 29.*

Filius quo modo ex patre generatur.

Generatio diuina.

ἀΐώνιον.

αἰώνιον. καὶ πάλιν. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, οὐ κρίνεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. περὶ οὗ μαρτυρῶν ὁ Ἰωάννης, ἔλεγε· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. ὃν τρέμοντες οἱ δαίμονες, ἔλεγον· ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος; υἱὸς τοίνυν τοῦ θεοῦ ἐστὶ φύσει, καὶ οὐ θέσει γεννηθεὶς ἐκ πατρός· καὶ ὁ μὲν ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀθετῶν τὸν γεγεννημένον ἀναπέμπει τὴν ὕβριν εἰς τὸν γεγεννηκότα. γεννᾶν δὲ θεὸν ἐὰν ἀκούσῃς, μὴ κατεπέσῃς εἰς σώματα. μὴ φθαρτὴν γέννησιν ὑπολάβῃς, ἵνα μὴ ἀσεβήσῃς. πνεῦμα ὁ θεὸς, πνευματικὴ ἡ γέννησις. τὰ μὲν γὰρ σώματα γεννᾷ σώματα, ἐκ χρείας τοῖς ἐν σώμασι γεννωμένοις, χρόνον μεσιτεύειν. μεσίτης δὲ τῆς ἐκ πατρὸς υἱοῦ γεννήσεως, χρόνος οὐκ ἔστι. καὶ ὧδε μὲν γεννᾶται, τὸ γεννώμενον ἀτελές. ὁ υἱὸς δὲ τοῦ θεοῦ τέλειος ἐγεννήθη. ὅπερ γὰρ νῦν ἐστι, τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ γεγεννημένος [ἀνάρχως.] ἡμεῖς γεννώμεθα ἐξ ἀμαθείας νηπιώδεις, εἰς λογιότητα μεταβαίνοντες. ἀτελὴς ἄνθρωπε ἡ σὴ γέννησις· ἐκ προκοπῆς γὰρ ἡ πρόσληψις. ἐκεῖ δὲ οὕτω μὴ νόμιζε, μηδὲ ἀσθένειαν κατηγόρει τοῦ γεγεννηκότος. εἰ γὰρ ἀτελὲς μὲν ἐγέννησε, χρόνῳ δὲ τοῦτο προσέλαβε τὸ τέλειον, ἀσθένειαν κατηγορεῖς τοῦ γεγεννηκότος. Εἴγε ἃ χρόνοις ὕστερον ἐχαρίσατο, κατὰ σὲ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἐχαρίσατο· μὴ τοίνυν ἀνθρωπίνην εἶναι νομίσῃς τὴν γέννησιν, μηδὲ ὥσπερ ἐγέννησεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαάκ. Ἀβραὰμ γὰρ τὸν Ἰσαὰκ ἐγέννησεν, ἀλλ' οὐχ ὅπερ ἐβούλετο, ἐγέννα, ἀλλ' ὅπερ ἄλλος ἐχαρίζετο. τοῦ δὲ θεοῦ καὶ πατρὸς γεννῶντος οὔτε ἄγνοιά ἐστιν, οὔτε σκέψις ἐν μέσῳ. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἠγνόει τὸ γεννώμενον, ἀσέβεια μεγίστη. καὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι χρόνοις σκεψάμενος ὕστερον πατὴρ ἐγένετο, τῆς αὐτῆς ἀσεβείας ἐστίν. οὐ γὰρ πρότερον ὢν θεὸς ἄπαις, ὕστερον ἐν χρόνοις ἐστὶ πατὴρ, ἀλλ' ἀεὶ ἔχει τὸν υἱὸν, γεννήσας αὐτὸν οὐχ ὡς ἄνθρωποι ἀνθρώπους,

ἀλλ' ὡς αὐτὸς οἶδεν ὁ γεννήσας αὐτὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων θεὸν ἀληθινόν. θεὸς γὰρ ἀληθινὸς ὢν ὁ πατὴρ, ὅμοιον ἑαυτῷ ἐγέννα τὸν υἱὸν, θεὸν ἀληθινὸν, οὐχ ὡς διδάσκαλοι γεννῶσι μαθητάς. οὐχ ὁ Παῦλος φησὶ τισίν; ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. ὧδε μὲν γὰρ ὁ μὴ κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν, διὰ τῆς μαθητείας υἱὸς ἐγένετο· ἐκεῖ δὲ φυσικὸς υἱός. ἀληθὴς υἱός, οὐχ ὡς ὑμεῖς οἱ φωτιζόμενοι νῦν γίνεσθε υἱοὶ τοῦ θεοῦ. γίνεσθε γὰρ καὶ ὑμεῖς υἱοὶ, ἀλλὰ θέσει κατὰ χάριν, ὡς γέγραπται· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν, καὶ ἡμεῖς μὲν γεννώμεθα ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. οὐχ οὕτω δὲ ἐγεννήθη Χριστὸς ἐκ πατρός· κατὰ τὸν καιρὸν γὰρ τοῦ βαπτίσματος προσφωνῶν, καὶ λέγων, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου. οὐκ εἶπεν οὗτος νῦν γέγονεν υἱός μου, ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ἵνα δηλώσῃ, ὅτι καὶ πρὸ τῆς τοῦ βαπτίσματος ἐνεργείας υἱὸς ἦν. ἐγέννησεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώποις γεννᾷ νοῦς λόγον. ὁ μὲν γὰρ νοῦς ἐν ἡμῖν ἐνυπόστατός ἐστιν, ὁ δὲ λόγος, λαληθεὶς, καὶ εἰς ἀέρα διαχυθεὶς, ἀπόλλυται. ἡμεῖς δὲ οἴδαμεν τὸν Χριστὸν γεννηθέντα, λόγον οὐ προφορικὸν, ἀλλὰ λόγον ἐνυπόστατον ζῶντα. οὐ χείλεσι λαληθέντα, ἀλλ' ἐκ πατρὸς ἀϊδίως, καὶ ἀνεκφράστως, καὶ ἐν ὑποστάσει γεννηθέντα. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἐν δεξιᾷ καθεζόμενος λόγος νοῶν τοῦ πατρὸς τὸ βούλημα, καὶ δημιουργῶν τὰ πάντα τῷ ἐκείνου νεύματι. λόγος ὁ καταβὰς, καὶ ἀναβάς. ὁ γὰρ προφορικῶς λαλούμενος, οὐ καταβαίνει, οὐδὲ ἀναβαίνει. λόγος λαλῶν, καὶ λέγων, ἃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου λαλῶ. λόγος ἐξουσιαστικὸς, καὶ βασιλεύων τῶν πάντων. πάντα γὰρ τῷ υἱῷ παραδέδωκεν ὁ πατήρ. ἐγέννησε τοίνυν αὐτὸν οὐκ οὕτως ὡς ἄν τις νοήσειεν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος. οὐ γὰρ τὸ πῶς ἐγέννησεν εἰπεῖν ἐπαγγελλόμεθα, ἀλλὰ τὸ οὐχ οὕτως διαβεβαιούμεθα· καὶ οὐχ ἡμεῖς ἀγνοοῦμεν μόνον τὴν ἐκ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γέννη-

ab hominibus, ſed ſicut ipſe nouit, qui genuit ipſum ante omnia ſecula Deum verum. Cùm enim Deus verus eſſet pater, ſimilem ſibi genuit filium, Deum verum. Non quemadmodum magiſtri generant diſcipulos. Non vt Paulus quibuſdam dicit: *In Chriſto* IESV *per Euangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4. 15. Hîc enim ſecundùm naturam filius non erat, per doctrinam filius eſt factus. Illic autem naturalis filius, & verus filius. Non ſicut vos illuminati, nunc facti eſtis filij Dei. Efficimini enim & vos filij, ſed adoptione per gratiam, ſicut ſcriptum eſt: *Quicunque receperunt ipſum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.* Ioan. 1. Et nos quidem naſcimur ex aqua & ſpiritu. Non ita autem Chriſtus Ieſus ex patre natus eſt, tempore baptiſmatis clamante & dicente: *Hic eſt filius meus.* Non dixit, Hic nunc factus eſt filius meus: ſed, *Hic eſt filius meus*, vt oſtendat quod ante baptiſmatis operationem filius erat. Genuit pater filium, non ſicut in hominibus mens generat verbum. Mens enim ſubſiſtens in nobis eſt: verbum autem prolatum, in aëra ſparſum, diſperditur. Nos autem ſciamus Chriſtum eſſe natum verbum, non enuntiatiuum, ſed verbum ſubſiſtens & viuens: non labiis prolatum, & diſſolutum, ſed ex patre perpetuo, ineffabili modo & in ſubſtantia natum. *Chriſtus verbũ ſubſiſtens & viuens.* *In principio enim erat verbum,* in dextera ſedens, verbum intelligens patris voluntatem, & illius nutu omnia gubernans. Verbum quod deſcendit & aſcendit: nam illud quod enunciando profertur, non deſcendit, neque aſcendit. Verbum loquens & dicens: *Quæ vidi apud patrem meum, hæc loquor.* Ioan 8. 38. Verbum potens, & imperans omnibus: *omnia enim filio tradidit pater.* Ioan. 13. 3. Genuit igitur ipſum pater, non ita vt aliquis intellexerit, ſed vt ipſe ſolus nouit. Neque enim quomodò genuerit, dicere promittimus: ſed quòd non ita genuerit, confirmamus. Neque verò nos tantùm hanc ex patre, filij ignoramus generatio-

Creatoris generationē nulla nouit creatura. nem: ſed etiam vniuerſa creata natura. Perquire terram ſi tibi dicet: etiamſi omnia perquiſiueris, quæ ſunt ſuper terram, dicere non poterunt. Terra enim ſui figuli, & creatoris ſubſtantiam dicere non poterit. Neque terra tantum id neſcit, verùm etiam ſol: quarto enim die creatus eſt ſol, & ea quæ tribus ante illum diebus facta ſunt non nouit, quomodò ipſum factorem poterit eloqui? Cælum quoque hoc non enarrabit: nutu enim patris per Chriſtum, *Cælum tanquam fumus firmatum eſt*. Neque cæli cælorum enarrabunt: neque aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, hoc enarrauerint: Quid igitur doles te neſcire ô homo, quod & cæli ignorant: ſed & vniuerſa natura angelica? Si enim poſſet eſſe, vt aliquis in primum cælum aſcendens perſpicienſque angelorum ſtatum, & accedens, interrogauerit, quomodò Deus filium ſuum genuerit, dicerent fortè, ſuperiùs habemus maiores, quàm nos, illos interroga: aſcende in ſecundùm cælum, & tertium ſi potes conſcende, & ad dominationes, principatus & poteſtates. Etiamſi ad illos acceſſerit quiſpiam, quamuis id ſit impoſſibile: & illi hanc enarrationem recuſarent, neque enim eam norunt. Equidem admiratus ſum audacem illorum curioſitatem, qui per opinionem religionis incidùnt in impietatem. Cùm *Throni & dominationes ſunt Chriſti opera.* enim thronos & dominationes, quæ ſunt Chriſti opera; cùm & principatus & poteſtates ignorant: ipſum factorem curioſè ſcrutari aggrediuntur. Dic mihi primùm, ô audacule, quid thronus differat à dominatione, & tunc ſis curioſus circa Chriſtum: dic mihi, quid ſit principatus? quid poteſtas? quid virtus? quid angelus? & tunc factorem perquire curioſè. Omnia enim per ipſum facta ſunt, ſed ne velis interrogare thronos, aut dominationes: neque enim enarrare poterunt. *1.Cor.2.10* Quis eſt alius, qui cognoſcat profunda Dei, niſi Spiritus ſanctus, cuius eloquia ſunt diuinæ ſcripturæ: neque tamen vel ipſe Spiritus ſanctus de filij ex patre generatione, in ſcripturis locutus eſt.

σιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσα γεννητὴ φύσις. ἐκδιήγησαι γῆ, ἐάν σοι φράσῃ· καὶ ἐὰν ἐξετάσῃς πάντα τὰ ὄντα ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δυνήσεται εἰπεῖν. ἡ γὰρ γῆ τοῦ οἰκείου κεραμέως καὶ πλάστου τὴν ὑπόστασιν λέγειν οὐ δύναται. οὐ μόνον δὲ γῆ οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐδὲ ἥλιος. τετάρτῃ γὰρ ἡμέρᾳ ὁ ἥλιος ἐκτίσθη τὰ ἐν ταῖς πρὸ αὐτοῦ τρισὶ μὴ γινώσκων. ὁ δὲ τὰ ἐν τρισὶν ἡμέραις ταῖς πρὸ αὐτοῦ μὴ εἰδὼς, αὐτὸν τὸν ποιητὴν ἐξειπεῖν οὐ δυνήσεται. οὐρανὸς τοῦτο οὐ διηγήσεται· νεύματι γὰρ πατρὸς ὑπὸ τοῦ χριστοῦ καὶ ὁ οὐρανὸς, ὡς καπνὸς ἐστερεώθη. οὐδὲ οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν διηγήσονται, οὐδὲ τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τοῦτο διηγήσεται. τί τοίνυν ἀθυμεῖς ἀγνοεῖν ἄνθρωπε, ὅπερ ἀγνοοῦσι καὶ οἱ οὐρανοί; οὐ μόνον δὲ οἱ οὐρανοὶ τὴν γέννησιν ἀγνοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀγγελικὴ φύσις. εἰ γάρ τις, εἴγε ἦν δυνατὸν, ἀναβὰς εἰς πρῶτον οὐρανὸν, καὶ τῶν ἐκεῖ ἀγγέλων καταγοήσας τὴν κατάστασιν, προσελθὼν ἐρωτήσειε, πῶς ὁ θεὸς ἐγέννησε τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, ἐροῦσιν ἴσως, ἔχομεν ὑπὲρ ἡμᾶς μείζονας ἀνωτέρους, ἐκείνους ἐρώτησον· ἀνάβηθι πρὸς δεύτερον οὐρανὸν, καὶ τρίτον. φθάσον εἰ δύνῃ, πρὸς θρόνους, κυριότητας, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας. κἂν πρὸς ἐκείνους δέ τις φθάσειεν, ὅπερ ἀδύνατον, κἀκεῖνοι παραιτήσονται τὴν διήγησιν, οὐ γὰρ οἴδασι. καὶ ἐγὼ τεθαύμακα ἀεὶ τῶν τολμηρῶν τὴν φιλοπραγμοσύνην, τῶν διὰ τῆς νομιζομένης εὐλαβείας εἰς ἀσέβειαν ἐκπιπτόντων. θρόνους γὰρ καὶ κυριότητας, τὰ χριστοῦ ποιήματα, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας ἀγνοοῦντες, αὐτὸν τὸν ποιητὴν φιλοπραγμονεῖν ἐπιχειροῦσιν. εἰπέ μοι πρότερον ὦ τολμηρότατε, τί διαφέρει θρόνος κυριότητος, καὶ τότε πολυπραγμόνει τὰ κατὰ χριστόν. εἰπέ μοι τί μέν ἐστιν ἀρχὴ, τί δὲ ἐξουσία, τί δὲ δύναμις. τίς δὲ ἄγγελος, καὶ τότε τὸν ποιητὴν πολυπραγμόνει. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ἀλλ' οὐ θέλεις ἐρωτῆσαι θρόνους, ἢ κυριότητας, ἢ οὐ δύνασαι. τί ἐστιν ἕτερον γινῶσκον τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ μόνον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λαλῆσαν τὰς θείας γραφάς. ἀλλ' οὐδ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ τῆς ἐκ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως ἐν ταῖς γραφαῖς ἐλάλησεν.

τί τοίνυν πολυπραγμονεῖς, ἃ μηδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔγραψεν ἐν ταῖς γραφαῖς; ὁ τὰ γεγραμμένα μὴ γινώσκων, τὰ μὴ γεγραμμένα πολυπραγμονεῖς; πολλὰ ζητήματά ἐστιν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς· τὸ γεγραμμένον οὐ καταλαμβάνομεν, τί τὸ μὴ γεγραμμένον πολυπραγμονοῦμεν; αὔταρκες ἡμῖν εἰδέναι, ὅτι θεὸς ἐγέννησεν [υἱὸν] ἕνα μόνον. μὴ ἐπαισχυνθῇς ὁμολογῆσαι τὴν ἄγνοιαν, ἐπειδὴ μετ' ἀγγέλων ἀγνοεῖς. ὁ γεννήσας οἶδε μόνος τὸν γεννηθέντα. καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος οἶδε τὸν γεννήσαντα. ὁ γεννήσας οἶδε τί ἐγέννησε, [καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ μαρτυρεῖ ἐν ταῖς γραφαῖς, ὅτι θεὸς ὁ γεννηθεὶς ἀνάρχως. τίς γὰρ ἔγνω τῶν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ.] ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. καὶ ὥσπερ ὁ πατὴρ οὓς θέλει ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. οὔτε ὁ γεννήσας ἐζημιώθη τι, οὔτε λείπει τι τῷ γεννηθέντι. οἶδα πολλάκις ταῦτα εἰρηκώς, ἀλλὰ πολλάκις ταῦτα εἴρηται ὑπὲρ τῆς ὑμῶν ἀσφαλείας. οὔτε ὁ γεννήσας ἔχει πατέρα, οὔτε ὁ γεννηθεὶς ἀδελφὸν ἔχει. οὔτε ὁ γεννήσας εἰς υἱὸν μετεβλήθη, οὔτε ὁ γεννηθεὶς πατὴρ ἐγένετο. ἐξ ἑνὸς μόνου πατρὸς εἷς μονογενὴς υἱός, οὔτε δύο ἀγέννητοι, οὔτε δύο μονογενεῖς· ἀλλ' εἷς ἐστι πατὴρ ἀγέννητος. ἀγέννητος γάρ ἐστιν ὁ πατέρα μὴ ἔχων. καὶ εἷς ἐστιν υἱὸς ἀϊδίως ἐκ πατρὸς γεγεννημένος οὐ χρόνοις γεγεννημένος, ἀλλὰ πρὸ αἰώνων γεννηθείς. οὐκ ἐκ προκοπῆς αὐξηθείς, ἀλλὰ τοῦτο γεννηθείς, ὅπερ ἐστὶ νῦν. πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, θεὸν ἀληθινόν· ὁ γὰρ ἀληθὴς θεός, οὐ γεννᾷ ψευδῆ καθὼς εἴρηται. οὐδὲ σκεψάμενος, ὕστερον ἐγέννησεν, ἀλλ' ἀϊδίως ἐγέννησε, καὶ πολὺ μᾶλλον τάχιον τῶν ἡμετέρων ῥημάτων, ἢ νοημάτων ἐγέννησεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐν χρόνοις λαλοῦντες, χρόνον ἀναλίσκομεν· ἐπὶ δὲ τῆς θείας δυνάμεως, ἄχρονος ἡ γέννησις. καὶ καθὼς εἴρηται πολλάκις, οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὸν υἱὸν

Cur igitur curioſè inquiris ea, quæ nec ſpiritus ſolus locutus eſt in ſcripturis? Qui ea quæ ſcripta ſunt non noſti, in his quæ ſcripta non ſunt, ne ſis curioſus. Quæſtiones multæ ſunt in ſcripturis diuinis, & tamen quæ ſcripta etiam ſunt non comprehendimus, quid de eo quod ſcriptum non eſt, curioſi ſumus? Sufficit nobis ſcire, quòd genuit Deus [filium] vnum ſolum. Non te pudeat ignorantiam confiteri: quandoquidem cum angelis id ignoras. Qui genuit, ille ſolus nouit, & qui ab illo genitus eſt, nouit genitorem. Qui genuit, nouit quem genuit. [Et ſanctus Dei ſpiritus teſtatur in ſcripturis, quòd Deus genitus eſt ab æterno: quis enim nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui eſt in homine? nullus etiam cognoſcit ea quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei:] Sicut enim pater vitam habet in ſeipſo, ita & filio dedit vitam habere in ſeipſo. Et vt omnes honorent filium, ſicut honorant patrem. Et ſicut pater quos vult viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. Neque generans aliquo priuatur, neque deeſt quicquam genito. Scio quod ſæpè eadem vobis dixerim. Sed hæc ſæpè dicuntur propter veſtram ſecuritatem, & confirmationem. Neque genitor habet patrem, neque genitus fratrem. Neque generans in filium mutatus eſt, neque natus, pater factus. Ex vno ſolo patre, vnus vnigenitus filius. Neque duo ingeniti, neque duo vnigeniti, ſed vnus eſt pater ingenitus, qui patrem non habet, & vnus eſt filius æternus ex patre natus. Non in tempore factus, ſed ante ſecula genitus. Non promotione aliqua auctus: ſed idem ſemper qui & nunc. Credamus igitur in filium Dei vnigenitum, qui ex patre natus eſt, Deum verum de Deo vero. Verus enim Deus non generat falſum, ſicut dictum eſt. Neque deliberans deinceps genuit, ſed perpetuò genuit, & verbis cogitationibusque noſtris multò celerius genuit. Nos enim in tempore loquentes, tempus conſumimus. In diuina autem virtute, ſine tempore eſt generatio. Et ſicut ſæpè dictum eſt, non produxit filium

De non ſcriptis vetat eſſe curioſum.

ex non eſſe ad eſſe, neque eum qui non erat, in adoptionem adduxit: ſed æternus pater, æternum filium ineffabiliter genuit, vnum ſolum, fratrem non habentem. Neque duo ſunt principia, ſed caput Chriſti pater, vnum principium: pater enim filium genuit. Genuit Deum verum, Emanuel appellatum, qui interpretatur, nobiſcum Deus. Et vis noſſe, quòd Deus eſt ille, qui ex patre genitus, & deinde incarnatus eſt, audi prophetam dicentem: *Hic eſt Deus noſter, & non reputabitur alius aduerſus illum. Inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſraëli dilecto ſuo: poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Cernis Deum poſt legiſlationem Moyſis incarnatum? Accipe & aliud teſtimonium Chriſti Deitatis, quod modò lectum eſt: *Thronus tuus Deus in ſeculum.* Vt enim propter carnis hanc præſentiam hîc factam, non exiſtimaretur deinceps, in hanc Deitatis dignitatem deueniſſe dicit, manifeſtè: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Vides Chriſtum à patre vnctum Deum? Vis habere & tertium teſtimonium Chriſti Deitatis? Audi Eſaiam dicentem: *Laborauit Ægyptus, & negotiatio Æthiopum.* Et poſt pauca: *Et tibi ſupplicabunt, quoniam in te Deus eſt, & non eſt Deus præter te: Tu enim es Deus & neſciebamus Deus Iſraël ſaluator.* Cernis Deum habentem in ſeipſo Deum patrem? modò non, hoc ipſum dicentem, quod eſt in Euangeliis dictum: *Pater in me, & ego in patre.* Non dixit: *Pater ſum ego,* ſed *pater in me.* Et rurſus non dixit, *Vnus ſum:* ſed, *Ego & pater vnum ſumus:* vt neque abalienemus, neque contractionem filiopatoriæ fabricemus. Vnum, propter Deitatis dignitatem: quoniam Deus genuit Deum. Vnum, propter regnum: non enim aliis regnat pater, aliis filius: (ſicut Abſolon, qui aduerſabatur patri) ſed quibus regnat pater, his & filius regnat. Vnum propterea, quod nulla ſit differentia, aut diſtantia: non enim aliæ voluntates patris, & aliæ filij. Vnum propterea, quod alia

Principium vnū pater.

Baruc.3.36

Prou.29.14.

Cap.45.

Filiopatoria, hoc eſt, patris & filij confuſio non facienda.

Voluntas vna patris & filij.

παρῆγα-

παρήγαγεν, οὐδὲ τὸν μὴ ὄντα εἰς υἱοθεσίαν ἤγαγεν· ἀλλ᾽ ἀΐδιος ὢν ὁ πα-
τὴρ, ἀϊδίως ἐγέννησε καὶ ἀνεκφράστως υἱὸν ἕνα μόνον ἀδελφὸν οὐκ ἔχον-
τα. οὔτε δύο εἰσὶν ἀρχαὶ, ἀλλὰ κεφαλὴ τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ. μία ἡ ἀρχή·
πατὴρ γὰρ υἱὸν ἐγέννησε θεὸν ἀληθινὸν, Ἐμμανουὴλ προσαγορευόμενον· ὁ
δὲ Ἐμμανουὴλ προσαγορευόμενος, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεὸς ἑρμηνεύεται. καὶ θέ-
λεις γνῶναι ὅτι θεός ἐστιν ὁ ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ ὕστερον ἐνανθρωπήσας,
ἄκουε τοῦ προφήτου, λέγοντος. οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος
πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ
τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ. μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς
γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. βλέπεις θεὸν μετὰ τὴν
Μωϋσέως νομοθεσίαν ἐνανθρωπήσαντα; δέξαι καὶ δευτέραν μαρτυρίαν
τῆς Χριστοῦ θεότητος, τὴν ἀρτίως ἀναγνωσμένην. ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς
εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ἵνα γὰρ μὴ διὰ τὴν ἔνσαρκον τὴν ἐνταῦθα γενο-
μένην παρουσίαν νομισθῇ μετὰ ταῦτα εἰς προκοπὴν ἥκειν θεότητος, λέ-
γει σαφῶς. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός. ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως
παρὰ τοὺς μετόχους σου. βλέπεις Χριστὸν ὑπὸ πατρὸς χριόμενον θεόν;
θέλεις δέξασθαι καὶ τρίτην μαρτυρίαν τῆς Χριστοῦ θεότητος; ἄκουε. Ἠσαΐου
λέγοντος, ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορεία Αἰθιόπων. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. καὶ
ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ. σὺ γὰρ
εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. βλέπεις θεὸν, υἱὸν
ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ; θεὸν τὸν πατέρα μονονουχὶ τὸ αὐτὸ λέγοντα, ὅπερ ἐν
εὐαγγελίοις εἴρηκεν, ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί; οὐκ εἴρηκεν, ὁ
πατήρ εἰμι ἐγὼ, ἀλλ᾽ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. καὶ πάλιν οὐκ
εἶπε, ἐγὼ [καὶ ὁ πατὴρ] ἕν εἰμι, ἀλλ᾽ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἵνα μήτε
ἀπαλλοτριώσωμεν, μήτε συναλοιφὴν υἱοπατορίας ἐργασώμεθα. ἕν,
διὰ τὸ κατὰ τὴν θεότητα ἀξίωμα, ἐπειδὴ θεὸς θεὸν ἐγέννησεν. ἕν, διὰ τὸ κατὰ
τὴν βασιλείαν. οὐ γὰρ ἄλλων βασιλεύει πατὴρ, ἄλλων δὲ υἱὸς, κατὰ τὸν Ἀβε-
σαλὼν, ἀνταίρων τῷ πατρί. ἀλλ᾽ ὧν βασιλεύει ὁ πατὴρ, τούτων βασι-
λεύει καὶ ὁ υἱός. ἕν, διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι διαφωνίαν, ἢ διάστα-
σιν. οὐ γὰρ ἄλλα βουλήματα πατρὸς, ἄλλα δὲ υἱοῦ. ἕν, διὰ τὸ

μὴ ἔστι, ἀλλὰ Χριστοῦ δημιουργήματα, καὶ ἀλλὰ πατρὸς· μία γὰρ ἡ πάντων δημιουργία, τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πεποιηκότος. ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν, φησὶν ὁ ψαλμῳδός. ὁ γὰρ λέγων, λέγει τῷ ἀκούοντι, καὶ ὁ ἐντελλόμενος, ἐντέλλεται τῷ συμπαρόντι. θεὸς τοίνυν ἀληθινὸς υἱὸς ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, οὐκ εἰς πατέρα μεταβληθείς, οὐ γὰρ πατὴρ ἐνηνθρώπησε, ἀλλὰ υἱός· λεγέσθω γὰρ ἐλευθερίως ἡ ἀλήθεια. οὐ πατὴρ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ πατὴρ ἀπέστειλε τὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθόντα. μήτε λέγωμεν ποτὲ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός· μήτε υἱοπατορίαν καταδεξώμεθα· ἀλλ᾽ ὁδῷ βασιλικῇ πορευθῶμεν. μὴ ἐκκλίνωμεν μήτε δεξιᾷ, μήτε ἀριστερᾷ, μήτε διὰ τὸ νομίζειν τιμᾶν τὸν υἱόν, πατέρα αὐτὸν ἀναγορεύσωμεν, μήτε διὰ τὸ τιμᾶν τὸν πατέρα νομίζειν ἕν τι τῶν δημιουργημάτων τὸν υἱὸν ὑποπτεύσωμεν. ἀλλ᾽ εἷς πατὴρ δι᾽ ἑνὸς υἱοῦ προσκυνείσθω, καὶ μὴ μεριζέσθω ἡ προσκύνησις. εἷς υἱὸς καταγγελέσθω πρὸ τῶν αἰώνων ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθεζόμενος. τὸ συγκαθέζεσθαι οὐ χρόνοις μετὰ τὸ πάθος λαβὼν ἐκ προκοπῆς, ἀλλ᾽ ἀϊδίως κεκτημένος. ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱόν, ἑώρακε τὸν πατέρα. ὅμοιος γὰρ ἐν πᾶσιν ὁ υἱὸς τῷ γεγεννηκότι. ζωὴ ἐκ ζωῆς γεννηθείς, καὶ φῶς ἐκ φωτός. δύναμις ἐκ δυνάμεως, καὶ θεὸς ἐκ θεοῦ. καὶ ἀπαράλλακτοι τῆς θεότητος οἱ χαρακτῆρες εἰσὶν ἐν τῷ υἱῷ. καὶ ὁ καταξιωθεὶς ἰδεῖν υἱοῦ θεότητα, ἔρχεται εἰς ἀπόλαυσιν τοῦ γεγεννηκότος. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, τοσοῦτον χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ ἵνα εἴπω συντομώτερον μήτε χωρίζωμεν, μήτε συναλοιφὴν ἐργαζώμεθα. καὶ μήτε ἀλλότριόν ποτε εἴπῃς τὸν υἱόν, μήτε καταδέξῃ τοὺς λέγοντας τὸν πατέρα, ποτὲ μὲν πατέρα, ποτὲ δὲ υἱὸν εἶναι, ἀλλότρια γὰρ καὶ ἀσεβῆ ταῦτα καὶ οὐκ ἐκκλησίας τὰ διδάγματα. ἀλλ᾽ ὁ πατὴρ γεννήσας τὸν υἱόν, ἔμεινε πατήρ, καὶ οὐκ ἠλλοίωται. σοφίαν ἐγέννησεν, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸς ἄσοφος ἐγένετο, καὶ δύναμιν γεννήσας, οὐκ ἠσθένησε. θεὸν γεννήσας, οὐκ αὐτὸς τῆς θεότητος ἐστερήθη, καὶ οὔτε τι αὐτὸς ἀπώλεσε μειωθείς, ἢ ἀλλοιωθείς, οὔτε ὁ γεννηθείς, ἔχει τι λεῖπον.

ſunt opificia Chriſti, & alia patris. Non vnum enim eſt omnium opificium: patre per filium omnia faciente. *Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe præcepit, & creata ſunt*, dicit Pſaltes. Dicens enim audienti dicit, & præcipiens, præſenti præcipit. Deus igitur verus eſt filius, habens in ſeipſo patrem, non in patrem mutatus. Non pater incarnatus eſt, ſed filius. Dicatur enim liberè veritas. Non pater paſſus eſt pro nobis: ſed pater miſit eum, qui pro nobis pateretur. Neque dicamus: Erat aliquando, quando non erat filius: neque filiopatoriam concipiamus, ſed via regali procedamus. Non declinemus neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Neque ideò, quòd ita exiſtimemus nos filium honorare patrem eum nuncupemus: neque proptereà, quòd in hoc patrem nos honorare putemus, creatum quid eſſe filium ſuſpicemur: ſed vnus pater, per vnum filium adoretur, & non diuidatur adoratio. Vnus filius appelletur ante ſecula, in dextra patris ſedens, atque hanc ſeſſionem non in tempore poſt paſſionem ex promotione accipiens, ſed ab æterno poſſidens. Qui videt filium, videt & patrem: ſimilis enim in omnibus filius genitori: vita ex vita genitus, lumen de lumine, virtus de virtute, & Deus de Deo. Et non differẽtes ſunt Deitatis ſplendores in filio. Et qui dignus habitus eſt filij Deitatem videre, veniet etiam in fruitionẽ patris. Non meus hic ſermo, ſed vnigeniti. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non nouiſti me Philippe? Qui videt me, videt & patrem meum.* Et vt cõpendioſiùs dicã, neque ſeparemus, neque cõtractionem faciamus. Et ne alienũ fortè filiũ dicas à patre: non recipias eum qui dicat, patrem, aliquando quidem patrẽ, aliquãdo verò filium eſſe. Aliena enim & impia ſunt hæc, & non Eccleſiæ dogmata. Sed pater generans filium, manſit pater, & non alteratur. Sapientiam genuit ſed non inſipiens ipſe factus: & virtutem generans, ipſe non eſt infirmatus. Deum generans ipſe non eſt aliquo priuatus, neque diminutus quicquã ipſe perdidit, neque genitus aliquem defectum habet.

Erat aliquando quando non erat, non dicendum.

Ioan. 14. 9

Dogmata ab Eccleſia aliena, ſunt impia.

Perfectus genitor, perfectus genitus. Deus genitor, Deus & genitus. Deus quidem omnium. Deum verò ſibi patrem aſcribens, non puduit illum dicere: *Aſcen-*
Ioa.20.17. *do ad patrem meum, & ad patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum.* Sed vt non exiſtimes, eodem modo eſſe filij & creaturarum patrem, diſtinxit in ſequentibus. Non enim dixit: Aſcendo ad patrem noſtrum: ne eſſet communio creaturarum cum vnigenito: ſed ad patrem, inquit, meum, & ad patrem veſtrum. Aliter meum, per naturam: aliter veſtrum, per adoptionem. Et rurſus: Ad Deum meum, & ad Deum veſtrũ. Aliter meum, tanquam proprij & vnigeniti filij; & aliter veſtrum, tanquam creaturarum. Deus igitur verus eſt filius Dei, ante omnia ſecula ineffabiliter genitus. Sæpè autem hoc idem vobis dico, vt menti hoc veſtræ imprimatur. Et quòd Deus quidem filium habeat crede: quomodò autem, ne ſis curioſus. Quærens
Curioſitas in diuinis vitanda. enim non inuenies. Non extollas te, ne cadas. Quæ tibi mandata ſunt, hæc ſola intellige. Dic mihi priùs, quis ſit genitor, & tunc genitum cognoſces. Si autem naturam genitoris non potes cognoſcere, qui modus geniti ſit, ne ſis curioſus. Sufficit tibi ad pietatem, quemadmodum diximus, ſcire, quòd vnum ſolum filium Deus habet: vnum natura genitum: Qui non tum eſſe cœpit, cùm in Bethlehem natus eſt, ſed ante omnia ſecula. Audi Micheam prophetam dicentem: *Et tu Beth-*
Cap.5. *lehem domus Ephrata, nequaquam minima es in millibus Iuda: ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſrael, & exitus ipſius ab initio à diebus æternitatis.* Non ergo aduertas tantùm, quod natum eſt in Bethlehem, ſed etiã adora eum, qui ab æterno genitus eſt ex patre. Non tẽporaneum principiũ filij recipe, aliquo id dicente, ſed princi-
Principium filij pater. pium ſine tempore, patrem eſſe agnoſce. Principium enim filij ſine tempore, & incomprehenſibile. Sine principio pater, fons fluminis iuſtitiæ. Vnigeniti pater, qui genuit ipſum, ſolus ipſe nouit. Et vis noſſe, quòd æternus eſt rex & Dominus noſter Ieſus Chriſtus,

τέλειος ὁ γεννήσας· τέλειον τὸ γεννηθέν. θεὸς ὁ γεννήσας· θεὸς ὁ γεννηθείς. θεὸς μὲν, τῶν πάντων· θεὸν δὲ ἑαυτοῦ τὸν πατέρα ἐπιγραφόμενος. οὐ γὰρ ἐπαισχύνεται, λέγων. ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν. καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὁμοίως τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν κτισμάτων ἐστὶ πατὴρ, ὑποδιέστειλεν τοῖς ἑξῆς. οὐ γὰρ εἶπεν, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα ἡμῶν, ἵνα μὴ κοινωνία γένηται τῶν ποιημάτων πρὸς τὸν μονογενῆ, ἀλλὰ πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν εἶπεν ἄλλως ἐμοῦ κατὰ φύσιν. ἄλλως ὑμῶν κατὰ θέσιν. καὶ πάλιν, πρὸς τὸν θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. ἄλλως ἐμοῦ, ὡς υἱοῦ γνησίου καὶ μονογενοῦς. καὶ ἄλλως ὑμῶν ὡς δημιουργημάτων· θεὸς τοίνυν ἀληθινός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀνεκδιηγήτως γεννηθείς· πολλάκις γὰρ λέγω τὸ αὐτὸ πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἐντυπωθῇ ὑμῶν τοῦτο τῇ διανοίᾳ. καὶ ὅτι μὲν ὁ θεὸς υἱὸν ἔχει, τοῦτο πίστευε· τὸ δὲ πῶς, μὴ πολυπραγμόνει· ζητῶν γὰρ οὐχ εὑρήσεις· μὴ ἐξύψου σεαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ μόνα. εἰπέ μοι πρῶτον τίς ἐστιν ὁ γεννήσας, καὶ τότε μάνθανε ὃ ἐγέννησεν. εἰ δὲ φύσιν οὐ δύνασαι νοῆσαι τοῦ γεγεννηκότος, τοῦ γεγεννημένου τὸν τρόπον μὴ πολυπραγμόνει. αὔταρκές σοι πρὸς εὐσέβειαν εἰδέναι; καθὼς εἴπαμεν, ὅτι ἕνα υἱὸν ὁ θεὸς ἔχει μόνον· ἕνα φυσικῶς γεγεννημένον, οὐχ ὅτε ἐγεννήθη ἐν Βηθλεέμ, τοῦ εἶναι ἀρξάμενον, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· ἄκουε γὰρ Μιχαίου τοῦ προφήτου λέγοντος· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅς τις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· μὴ οὖν πρόσεχε τῷ νῦν ἐκ τοῦ Βηθλεέμ, ἀλλὰ προσκύνει τὸν ἀϊδίως ἐκ πατρὸς γεννηθέντα μὴ χρονικὴν ἀρχὴν τοῦ υἱοῦ καταδέξῃ τινὸς λέγοντος. ἀλλὰ ἄχρονον ἀρχὴν γίνωσκε τὸν πατέρα. ἀρχὴ γὰρ υἱοῦ ἄχρονος, ἀκατάληπτος. ἄναρχος ὁ πατὴρ, πηγὴ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ποταμοῦ, τοῦ μονογενοῦς ὁ πατὴρ, ὁ γεννήσας αὐτὸν, καθὼς οἶδεν αὐτὸς μόνος· καὶ θέλεις γνῶναι, ὅτι καὶ αἰώνιος ἐστὶ βασιλεὺς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστός.

ἄκουε πάλιν αὐτοῦ λέγοντος· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα εἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη· εἶτα, σκληρῶς τοῦτο καταδεξαμένων τῶν Ἰουδαίων, τὸ ἐκείνοις ἔτι σκληρότερον λέγει· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· καὶ πάλιν πρὸς τὸν πατέρα λέγει· καὶ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. σαφῶς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι ἐγὼ εἶχον τὴν παρὰ σοὶ δόξαν· καὶ πάλιν, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου, λέγων, σαφῶς, φησίν, ὅτι ἀΐδιον ἔχω τὴν παρὰ σοὶ δόξαν· πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, θεὸν ἀληθινὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. εἴτε γὰρ θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ οὐδὲν τῶν γεννητῶν ὑπεξῄρηται τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ. φιμούσθω πᾶσα αἵρεσις διαφόρους ποιητὰς καὶ κοσμοποιοὺς εἰσάγουσα. φιμούσθω βλασφημοῦσα γλῶσσα τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· φιμούσθωσαν οἱ λέγοντες τὸν ἥλιον εἶναι τὸν Χριστόν. ἡλίου γάρ ἐστι δημιουργός, οὐχ ὁ ἥλιος ὁ φαινόμενος· φιμούσθωσαν οἱ λέγοντες ἀγγέλων δημιουργήματα τὸν κόσμον, οἱ τὸ τοῦ μονογενοῦς ἀξίωμα παραρπάζειν βουλόμενοι· εἴτε γὰρ ὁρατά, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε τι ὀνομαζόμενον, πάντα διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐγένετο· βασιλεύει τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων· οὐκ ἀλλοτρίαν αἰχμαλωσίαν ἁρπάσας, ἀλλὰ ἰδίων δημιουργημάτων βασιλεύων, καθὼς ὁ εὐαγγελιστὴς εἴρηκεν Ἰωάννης· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐργαζομένου. καὶ βούλομαι μέν τοι εἰπεῖν καὶ ὑπόδειγμα τῶν λεγομένων, ἀλλ' οἶδα αὐτὸ ἀσθενές· ποῖον γὰρ ἔσται ὁρατῶν ἀκριβὲς ὑπόδειγμα τῆς θείας καὶ ἀοράτου δυνάμεως; ἀλλ' ὅμως λεγέσθω ὡς ἀσθενὲς παρὰ ἀσθενῶν πρὸς ἀσθενεῖς· ὥσπερ γὰρ δή τις βασιλεύς, βασιλέα υἱὸν ἔχων, βουλόμενος κατασκευάσαι πόλιν, ὑποθοῖτο τῷ υἱῷ συμβασιλεύοντι τὴν κατασκευὴν τῆς πόλεως· ὁ δὲ τὸ παράδειγμα

audi rurſus ipſum dicentem: *Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt:* Deinde cùm id durè Iudæi acciperent, durius iſto dicit: *Priuſquàm Abraham eſſet, ego ſum.* Et rurſus ad patrem dicit: *Et nunc glorifica me tu pater apud teipſum, gloria quam habui ante huius mundi conſtitutionem apud te.* Manifeſtè ſanè dixit: *Quod priuſquàm mundus fieret, ego habui apud te gloriam.* Et rurſus: *Quòd dilexiſti me ante conſtitutionem mundi*: dicit manifeſtè, *Quòd æternam apud te habeo gloriam.* Credamus igitur in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, qui ex patre natus eſt, Deum verum ante omnia ſecula, per quem omnia facta ſunt. Siue enim throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum facta ſunt, & nihil eſt creatum extra poteſtatem illius. Obmuteſcat omnis hæreſis, quæ diuerſos factores & mundi conſtitutores inducit. Obmuteſcat, quæ Chriſtum filium Dei blaſphemat. Obmuteſcant, qui dicunt, ſolem eſſe Chriſtum: ſolis enim ille opifex eſt, non eſt autem ſol hic apparens. Obmuteſcant, qui dicunt hunc mundum, angelorum eſſe opificium, qui vnigeniti dignitatem abripere volunt. Siue enim viſibilia, ſiue inuiſibilia: ſiue throni, ſiue dominationes: ſiue quocunq. nomine vocentur, omnia per Chriſtū facta ſunt. Regnat filius ſuper ea, quæ ab illo facta ſunt, non alienam rapinam ſibi vſurpans, ſed ſuis opificiis dominans: ſicut Ioannes Euangeliſta dixit, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Omnia per ipſum facta ſunt, patre per filium operante. Ac vellem etiam adferre exemplum aliquod dictorum, ſed eſſe ſcio imbecillum. Quod enim ex his viſibilibus aptum diuinæ virtutis capietur exemplum? ſed dicam tamen, tanquàm infirmum, ab infirmo ad infirmos. Quemadmodum enim ſi quis rex, regem habens filium, volens conſtituere ciuitatem, poneret exemplarem filio ſecum regnanti ſtructuram ciuitatis, ille autem exemplum

Abraham Chriſtum vidit.

Chriſti poteſtas ſuper dominationes.

Ioan. 1.

capiens ad finem perducat, quod animo concepit: Ita patre volente omnia extruere, patris nutu filius omnia creauit, vt nutus quidem cuſtodiat patri authenticam poteſtatem: filius verò habeat nihilominus poteſtatem rerum à ſe factarum. Et neque pater à dominio creaturarum abalienatur, neque filius his quæ ab alio facta eſſent dominatur, ſed his quæ ab illo. Non enim angeli, ſicut dictum eſt, mundum hunc fabricarunt: ſed filius vnigenitus, ante omnia ſecula genitus, ſicut dictum eſt, per quem omnia facta ſunt, nulla re ab illius opificio excepta. Et hæc quidem huc vſque per Dei gratiam dicta ſufficient. Recurrentes verò in fidei confeſſionem, nunc concludemus ſermonem. Omnia fecit Chriſtus, ſiue angelos, ſiue dominationes dicas, ſiue archãgelos, ſiue thronos. Non quòd pater deſtituatur in creaturarum gubernatione, ſed quòd regnare voluit filium, in his, quæ ab illo facta ſunt, ipſe exhibens illi rerum creatarum adminiſtrationem. *Honorat enim*, inquit, *vnigenitus patrem ſuum.* Non poteſt filius quicquam facere à ſemetipſo, niſi viderit patrem facientem. Quæ enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit. Et rurſus: *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.* Neque tamen vlla eſt in rebus operatis cõtrarietas. *Mea enim tua ſunt, & tua mea*, inquit in euangeliis Dominus. Quod quidem apertè cognoſcere licet, tam ex veteri, quam ex nouo Teſtamento. Qui enim dicit: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem*, omninò ad aliquem præſentem dicit. Manifeſtiſſimè autem omnium Pſaltes dixit: *Ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Itaque patre mandante & dicente, filius nutu illius omnia fecit. Quod etiam Iob myſticè dixit: *Qui extendet cælum ſolus, & ambulat ſuper mari, tanquàm ſuper ſolo.* Palàm eſt conſiderantibus, quod qui cum hîc præſens eſſet, ambulauit ſuper mari, is erat qui ante hos cælos factus eſt. Et rurſus Dominus inquit, *Aut tu ſumens terram lutum plaſmaſti animal, & idoneum ad*

Patris nutu filius omnia fecit.

Chriſtus entia omnia fecit.

Gen. 1.

Patre mandante filius omnia fecit.

Pſal. 148.

Iob. 9. 8.

Ibid. 38.

λαϐὼν,

λαβὼν, εἰς τέλος ἄγει τὸ νοηθέν· οὕτω πατρὸς βουληθέντος τὰ πάντα κατεσκευάσθαι, τῷ τοῦ πατρὸς νεύματι ὁ υἱὸς τὰ πάντα ἐδημιούργησεν· ἵνα τὸ μὲν νεῦμα τηρῇ τῷ πατρὶ τὴν αὐθεντικὴν ἐξουσίαν. καὶ ὁ υἱὸς δὲ πάλιν ἔχῃ ἐξουσίαν τῶν ἰδίων δημιουργημάτων, καὶ μήτε πατὴρ ἀπαλλοτριωθῇ τῆς δεσποτείας τῶν ἰδίων δημιουργημάτων, μήτε ὁ υἱὸς τῶν ὑπ᾽ ἄλλου δημιουργηθέντων βασιλεύῃ· ἀλλὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἄγγελοι καθὼς εἴρηται, τὸν κόσμον ἐδημιούργησαν, ἀλλὰ υἱὸς μονογενής, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγεννημένος, καθὼς εἴρηται, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, μηδενὸς ὑπεξῃρημένου τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ ποιήσεως· καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν τέως τῇ τοῦ χριστοῦ χάριτι λελέχθω. ἀναδραμόντες δὲ ἐπὶ τὴν τῆς πίστεως ἐπαγγελίαν καταπαύσωμεν ἐν τῷ παρόντι τὸν λόγον· πάντα ἐποίησεν ὁ χριστὸς, κἂν ἀγγέλους λέγῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν κυριότητας, κἂν θρόνους· οὐχ ὅτι ὁ πατὴρ ἠτόνησε τῆς τῶν δημιουργημάτων αὐτουργίας. ἀλλ᾽ ὅτι βασιλεύειν τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεποιημένων τὸν υἱὸν ἠβουλήθη, αὐτὸς αὐτῷ παρέχων τῶν κατασκευαζομένων τὴν ὑφήγησιν· τιμῶν γὰρ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ μονογενὴς φησίν· οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τις βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· καὶ πάλιν, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, οὐδεμιᾶς οὔσης ἐν τοῖς ἐργαζομένοις ἐναντιότητος· τὰ γὰρ ἐμὰ πάντα σά ἐστι· καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, φησὶν ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος. καὶ τοῦτο ἔστιν ἐπιγνῶναι γραφὰς ἐκ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης· ὁ γὰρ λέγων ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, πάντως ὅτι τινὶ παρόντι προσδιελέγετο. σαφέστατα δὲ μᾶλλον ὁ ψαλμῳδὸς εἴρηκεν· αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· ὡς μὲν τοῦ πατρὸς ἐντελλομένου, καὶ λέγοντος· τοῦ δὲ υἱοῦ νεύματι τὰ πάντα δημιουργοῦντος. καὶ τοῦτο μυστικῶς ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν· ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος καὶ περιπατῶν, ὡς ἐπ᾽ ἐδάφους ἐπὶ θαλάσσης. δηλοῖ τοῖς νοοῦσιν, ὅτι ὁ διὰ τῆς παρουσίας περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, αὐτὸς ἦν ὁ πρὸ τούτου τῶν οὐρανῶν ποιητής· καὶ πάλιν ὁ κύριος φησὶν, ἢ σὺ λαβὼν γῆν πηλὸν ἔπλασας ζῷον, καὶ λαλητὸν

αὐτὸν ἔθου ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ τὰ ἑξῆς. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ, πύλαι θανάτου. πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν; δηλῶν ὅτι ὁ εἰς ᾅδου κατελθὼν διὰ φιλανθρωπίαν, οὗτος ἐξ ἀρχῆς ἐκ πηλοῦ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον· ἔστι τοίνυν ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ μονογενὴς, καὶ τοῦ κόσμου ποιητής· ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καθὼς ἡμᾶς διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον. οὐ μόνον δὲ τῶν φαινομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν μὴ φαινομένων νεύματι πατρὸς, ποιητής ἐστιν ὁ χριστός. ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα, κατὰ τὸν ἀπόστολον τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, κἂν τοὺς αἰῶνας αὐτοὺς εἴπῃς, καὶ τούτων, νεύματι τοῦ πατρὸς, ἐστὶ ποιητὴς Ἰησοῦς ὁ χριστός. ἐπ' ἐσχάτων γὰρ τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

loquendum eum poſuiſti ſuper terram? &c. *Aut tibi aperiuntur metu, portæ mortis, cum Ianitores inferni videntes te timuerunt.* Manifeſtum, quòd qui propter ſuam benignitatem in infernum deſcenderat, hic ab initio ex luto fecit hominem. Eſt igitur Chriſtus filius Dei vnigenitus, & mundi factor. *In mundo erat, & mundus per eum factus eſt. Et in propria venit.* ſicut nos docet Euangelium. Non ſolùm autem viſibilium, ſed etiam inuiſibilium, nutu patris creator eſt Chriſtus. *In ipſo enim creata ſunt omnia* ſecundùm Apoſtolum: *& ea quæ ſunt in cælis, & quæ ſuper terram, & viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia*, & omnia in ipſo conſtant, etiam ipſa ſecula: horum omnium voluntate patris Ieſus eſt Dominus. *Nouiſsimis enim his diebus locutus eſt nobis in filio, quem poſuit heredem omnium, per quem & ſecula fecit.* Cui gloria honor & potentia, in ſancto Spiritu, vbique nunc, & ſemper in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Coloſſ. 1. 16

Hebr. 1.

HH ij

CATECHESIS DVODECIMA ILLVminatorum Hieroſolymis, ex tempore dictata: De incarnato, & inhumanato Chriſto. Et lectio ex Eſaia: Et adiecit Dominus loqui ad Achab dicens: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo,&c. Ecce virgo concipiet,& pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel,&c.

CASTITATIS alumni, & diſcipuli temperantiæ, natum ex virgine Deũ caſtitatis, plenis labiis celebremus, & ſpiritalis ouis corpus ſumere digni effecti, caput ſimul cum pedibus ſumamus. Caput autem Deitatem intelligentes, & pedes, humanitatem accipientes, ſanctorum Euangeliorum auditores, Ioanni Theologo credamus. Qui enim dixit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, idem ſubiecit, dicens: *Et verbum caro factum eſt*. Neque enim ſimplicem hominem adorare ſanctum eſt; neque Deum tantùm eſſe illum dicere, pium. Si enim Deus Chriſtus, quemadmodum eſt, non aſſumpſit autem humanitatem, alieni ſumus à ſalute. Adoretur itaque vt Deus: credatur autem quòd humanitatem aſſumpſit. Neque enim hominem dicere abſque Deitate, vtile eſt; neque Deitatem confiteri abſque humanitate ſalutare. Confiteamur regis & medici præſentiam. Rex enim Ieſus homines curaturus, linteo humanitatis præcinctus, curauit morbũ. Perfectus infantium magiſter Paruulus factus eſt paruulis, vt erudiret imprudentes. Cæleſtis panis venit ſuper terram, vt alat eſurientes. Iudæi autem venientem reiecerunt: malè autem venturum expectant. Verum Chriſtum negauerunt: falſum autem ipſi errantes recipient. Qua de re etiam Saluator verè dixit: *Ego veni in nomine patris mei, & non recipitis me: ſi*

Ioannes Euangeliſta Theologus vocabatur.

Iudæi falsũ Chriſtum recepturi.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ιβ'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα, εἰς τό, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· καὶ προσέθετο κύριος λαλῆσαι τῷ Ἄχαζ, λέγων, αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον, καὶ ἑξῆς. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, καὶ τὰ ἑξῆς.

relinquunt. Venit enim qui miſertus eſt, & crucifixus eſt, & reſurrexit: Dedit ſanguinem ſuum pretium pro gentibus & Iudæis. Illi tamen dicunt, Dicite quòd furati ſunt eum: cuſtodientes vana & falſa. De reſurrectione ipſius Eſaias dicit: *Qui eduxit de terra paſtorem ouium magnum*: adiecit magnum, vt ne præcedentibus aliis paſtoribus æqualis eſſe putaretur. Cum igitur nos habeamus prophetas, fides quoque apud nos maneat. Cadant cadentes ex infidelitate, quoniam ita volunt. Tu verò ſtetiſti ſupra petram Fidei, quæ eſt de reſurrectione: ne quando tibi hæreticus perſuadeat diffamare reſurrectionem. Nam Manichæi ad hodiernam vſque diem, phantaſticam dicunt, & non veram fuiſſe Saluatoris reſurrectionem, non audientes Paulum ſcribentem: *Qui factus eſt de ſemine Dauid ſecundum carnem*. Et rurſus dicentem: *Ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri*. Et iterum longius producit ad eos ſermonem: *Ne dicas in corde tuo*, &c. aut, *Quis deſcendit ad abyſſum, hoc eſt, Chriſtum ex mortuis reducere*. Et ſimiliter confirmans alibi, rurſus ſcripſit: *Memineris Ieſum Chriſtum excitatum à mortuis*. Et iterum: *Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt certè prædicatio noſtra, vana & fides noſtra. Inueniremur autem & falſi teſtes Chriſti, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non excitauit*. Sed poſteà dicit: *Nunc verò Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ morientium: & apparuit Cephæ, poſteà vndecim*. Si enim vni teſti non credis, habes duodecim teſtes. Deinde apparuit plus quam quingentis fratribus ſimul. Si illis duodecim non credunt, quingentos teſtes recipiant. Poſteà viſus eſt à Iacobo fratre ſuo primo huius parochiæ Epiſcopo. Talis igitur Epiſcopi, qui ipſe coram vidit reſurrexiſſe Ieſum, tu cùm ſis diſcipulus, ne diffidas. Sed dices, quòd Iacobus frater, ad gratiam teſtatus eſt. Viſus eſt poſteà & Paulo inimico. Quale autem ſit hoſtis teſtimonium ſcitis: & adhuc

Manichæi negãt Chriſti reſurrectionem.

Rom. 1. 2.

Rom. 10. 6.

Ibid.

1. Cor. 15. 15

Iacobus primus Hieroſolymorum Epiſcopus.

de hoc præconio dubitatis? Qui priùs perſecutor eram, nunc vobis annuncio reſurrectionem. Multi ſunt teſtes Saluatoris reſurrectionis. Nox & plenilunij lumen: ſextadecima enim nox erat. Petra monumenti, quæ eum ſuſcepit: Et lapis hic ſtatuetur contrarius Iudæis, ipſe enim vidit Dominum. Et lapis, qui tunc erat reuolutus, ipſe teſtatur reſurrectionem, vſque ad hodiernum diem relictus. Angeli Dei præſentes, teſtati ſunt de reſurrectione vnigeniti. Petrus, & Ioannes, & Thomas, & reliqui omnes Apoſtoli: alij quidem ad ſepulchrum currentes, & linteamina ſepulturæ, quibus inuolutus erat, priùs iſtic poſita poſt reſurrectionem videntes: alij verò manus & pedes eius attingentes, & ſtigmata clauorum perſpicientes. Simul autem oues ſalutari inſufflatione perfruentes: & poteſtatem remittendi peccata in virtute Spiritus ſancti accipientes. Mulieres, quæ apprehenderant pedes, tremoris terræ magnitudinem, & angeli præſentis ſplendorem cernebant, & ea quibus erat circundatus, linteamina quæ reliquit reſurgens: Milites, & argentum illis donatum: Et locus adhuc apparens: Et ſanctæ huius Eccleſiæ hæc domus, quæ voluntate Chriſti ſtudioſa à beatæ memoriæ Conſtantino Imperatore ædificata, &, vt cernis, ornata eſt. Teſtatur reſurrectionē Ieſu & Tabitha in ipſius nomine à mortuis excitata: quis enim credere recuſabit Chriſtum reſurrexiſſe, cum vel ipſum nomen eius mortuos ſuſcitet? Teſtatur reſurrectionem Chriſti & mare, ſicut anteà audiuiſti: teſtatur piſcium captura, & carbones poſiti, & ſuperpoſitus piſcis: Teſtatur Petrus, qui anteà quidem negauerat, poſteà verò ter confeſſus eſt: & paſcere oues ſpiritales iuſſus. Stat ad hodiernam vſque diem mons oliuarum, qui aſcendentem in nube, oculis fidelium modò non monſtrat, & portam, qua in cælum aſcendit, indicat. De cælo enim in Bethlehem deſcendit: de monte autem oliuarum in cælos aſcendit. Illic maximum certamen incepit: hîc autem poſt

Conſtantinus Eccleſiã Hieroſolimis ædificat.

Oues ſpiritales.

ἀμφιβάλλεται; ὁ πρότερον διώκτης, νῦν εὐαγγελίζομαι τὴν ἀνάστασιν. πολλοὶ μάρτυρές εἰσι τῆς τοῦ σωτῆρος ἀναστάσεως. νὺξ μὲν καὶ πανσέληνον φῶς· ἑκκαιδεκάτη γὰρ ἡ νὺξ ἦν· πέτρα τοῦ μνήματος ἡ ὑποδεξαμένη, καὶ ὁ λίθος αὐτίκα στήσεται εἰς πρόσωπον Ἰουδαίων· αὐτὸς γὰρ εἶδε τὸν κύριον· καὶ ὁ λίθος ὁ τότε ἀποκυλισθεὶς, αὐτὸς μαρτυρήσει τῇ ἀναστάσει, μέχρι σήμερον κείμενος· ἄγγελοι θεοῦ παρόντες ἐμαρτύρησαν τῇ ἀναστάσει τοῦ μονογενοῦς· Πέτρος καὶ Ἰωάννης καὶ Θωμᾶς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἀπόστολοι· οἱ μὲν ἐπὶ τὸ μνῆμα δραμόντες, καὶ τὰ ὀθόνια τῆς ταφῆς οἷς ἐνετυλίχθη πρότερον, αὐτόθι κείμενα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδόντες, οἱ δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ψηλαφήσαντες, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων θεωρήσαντες· ὁμοῦ δὲ πάντες τοῦ σωτηριώδους ἐμφυσήματος ἀπολαύσαντες, καὶ τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίαις ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντες· γυναῖκες αἱ κρατήσασαι τοὺς πόδας τοῦ τε σώματος τὸ μέγεθος, καὶ τοῦ παρόντος ἀγγέλου τὴν λαμπηδόνα θεωρήσασαι· ἃ περιβαλλόμενος κατέλιπεν ἀναστάς· οἱ στρατιῶται, καὶ τὸ ἀργύριον τὸ δοθέν· ὁ τόπος αὐτὸς ἔτι φαινόμενος· καὶ ὁ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας οὗτος οἶκος ὁ τῇ φιλοχρίστῳ προαιρέσει τοῦ ἐπὶ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντίνου βασιλέως οἰκοδομηθεὶς τε καὶ ὡς ὁρᾷς οὕτως φαιδρυνθείς. μαρτυρεῖ τῇ ἀναστάσει τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἡ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἐγερθεῖσα Ταβιθά· πῶς γὰρ ἀπιστηθήσεται Χριστὸς ἀναστὰς, ὅπου τε καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ νεκροὺς ἤγειρε; μαρτυρεῖ τῇ ἀναστάσει τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἡ θάλασσα, καθὼς πρότερον ἤκουσας· μαρτυρεῖ καὶ ἡ τῶν ἰχθύων ἄγρα, καὶ ἡ ἀνθρακία ἡ κειμένη, καὶ τὸ ὀψάριον τὸ ἐπικείμενον· μαρτυρεῖ καὶ Πέτρος, ὁ πρότερον μὲν ἀρνησάμενος, τὸ δὲ τρίτον ὁμολογήσας, καὶ ποιμαίνειν τὰ νοητὰ πρόβατα προσταχθείς· ἕστηκε μέχρι σήμερον ὁ ἐλαιὼν, τὸν ἐπὶ νεφέλης ἀναβάντα τοῖς τῶν πιστῶν ὀφθαλμοῖς, μονονουχὶ δεικνύων μέχρι σήμερον, καὶ τὴν οὐρανίου τῆς ἀνόδου πύλην· εἰς μὲν γὰρ Βηθλεὲμ, ἐξ οὐρανῶν κατελήλυθεν· ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν. ἐκεῖθεν μὲν τῶν ἀγώνων ἀρξάμενος, ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι στεφανούμενος.

πολλοὺς οὖν ἔχεις τοὺς μάρτυρας· ἔχεις ἀναστάσεως τὸν τόπον τοῦτον· ἔχεις καὶ τὸν ἐξ ἀνατολῆς ἡμῶν τόπον τῆς ἀναβάσεως· ἔχεις καὶ μάρτυρας τοὺς ἐκεῖ μαρτυρήσαντας ἀγγέλους, καὶ τὴν νεφέλην, ἧς ἐπέβη, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν κατελθόντας μαθητάς· καὶ ἡ μὲν ἀκολουθία τῆς πίστεως τῆς διδασκαλίας προετρέπεν εἰπεῖν καὶ τὰ περὶ τῆς ἀναλήψεως, ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ χάρις ᾠκονόμησε πληρέστατά σε ἀκοῦσαι κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν τῇ χθὲς ἡμέρᾳ κατὰ τὴν κυριακὴν, κατ' οἰκονομίαν τῆς θείας χάριτος ἐν τῇ συνάξει τῆς τῶν ἀναγνωσμάτων ἀκολουθίας τὰ περὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν περιεχούσης· ἐλέγετο δὲ τὰ λεγόμενα, μάλιστα μὲν, διὰ πάντας, καὶ διὰ τὸ τῶν πιστῶν ὁμοῦ πλῆθος· ἐξαιρέτως δὲ, διὰ σέ· ζητεῖται δὲ εἰ προσέσχες τοῖς λεγομένοις. οἶδα γὰρ ὅτι ἀκολουθία τῆς πίστεως διδάσκει σε πιστεύειν εἰς τὸν ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς μάλιστα μὲν οὖν μνημονεύειν σε νομίζω τῆς ἐξηγήσεως. πλὴν ἐν παραδρομῇ καὶ νῦν ὑπομιμνήσκω σε τῶν εἰρημένων· μνημόνευε τοῦ γεγραμμένου σαφῶς ἐν ψαλμοῖς· ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ· μνημόνευε ὅτι καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις ἔλεγον πρὸς ἀλλήλας· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. μνημόνευε καὶ τοῦ ψαλμοῦ λέγοντος· ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· μνημόνευε τοῦ προφήτου, εἰπόντος· ὁ οἰκοδομῶν εἰς οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα εἴρηται χθὲς, διὰ τὰς τῶν Ιουδαίων ἀντιλογίας. ὅταν γὰρ ὡς ἀδυνάτῳ τῇ τοῦ σωτῆρος ἀναβάσει ἀντιλέγωσι· μνημόνευε τῶν περὶ τῆς μεταθέσεως τοῦ Αββακοὺμ εἰρημένων· εἰ γὰρ ὁ Αββακοὺμ ὑπὸ ἀγγέλου μετετέθη, βασταχθεὶς ἀπὸ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, πολὺ μᾶλλον ὁ καὶ προφητῶν καὶ ἀγγέλων δεσπότης ἐξ ὄρους ἐλαιῶν νεφέλῃ ἐπιβὰς, οἰκείᾳ δυνάμει ποιήσασθαι τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον δυνατώτερος ἦν· καὶ τὰ μὲν ὅμοια μνημόνευε τῶν θαυμάτων· τὴν δὲ ὑπεροχὴν τήρει τῷ δεσπότῃ τῷ θαυματοποιῷ· οἱ μὲν γὰρ ἐβαστάζοντο, ὁ δὲ βαστάζει τὰ πάντα· μνημόνευε ὅτι Ενὼχ μετετέθη, ἀλλ' Ιησοῦς ἀνῆλθε· μνημόνευε τῶν περὶ Ηλίαν τῶν χθὲς εἰρημένων·

certamina coronatus eſt. Multa itaque habes teſtimonia. Habes reſurrectionis locum: habes eum, qui nobis ad Orientem eſt, aſcenſionis locum: habes teſtes, qui illic teſtabantur, angelos & nubem, in qua aſcendit, & diſcipulos inde deſcendentes. Ac doctrinæ quidem fidei conſequentia, vt de aſcenſione diceremus, monebat: ſed diuina diſpenſatione factum eſt, vt plurima ſecundùm exiguitatem noſtram, heſterno die Dominico, per Dei gratiam audiueris, in ſynaxi lectionum, quæ ex ordine ſequuntur, & ea quæ ſunt de aſcenſione in cælum Saluatoris noſtri, continent. Dicta ſunt illa maximè propter omnes, & ſimul propter multitudinem fidelium, præcipuè verò propter te. Quæritur autem, num attendas dictis. Scio enim quòd progreſſus fidei docet te credere in reſurgentem tertia die, & aſcendentem in cælos, & ſedentem in dextera patris. Quamuis autem meminiſſe te puto illius fidei ſeriem, nihilominus tanquàm in tranſcurſu mentionem facio dictorum. Recordare, quòd ſcriptum eſt apertè in pſalmo: *Aſcendit Deus in iubilo.* Recordare, quòd & diuinæ virtutes ad inuicem dicunt: *Tollite portas principes veſtras*, &c. Memineris pſalmi dicentis: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Memineris dicentis prophetæ: *Aedificans in cælum aſcenſionem ſuam*, &c. quæ dicta ſunt heri, propter Iudæorum contradictiones. Quando enim tanquàm impoſſibili aſcenſioni Saluatoris contradicunt, reduc in memoriam, quæ de tranſlatione Habacuc dicta ſunt. Si enim Habacuc tranſlatus eſt, coma capitis portatus: quantò magis prophetarum & angelorum Dominus, de monte oliuarum per nubem aſcendens, propria virtute aſcendere in cælum potentior erat? Ac ſimilia quidem memineris eiuſmodi rerum admirandarum, excellentiam autem tribue ſoli mirabilium effectori Domino. Illi enim ferebantur: hic autem omnia fert. Memineris quòd Enoch tranſlatus eſt: ſed Ieſus aſcendit. Memineris quæ heri de Helia dicta

Synaxes die Dominico fieri ſolita.

Aſcenſionis teſtimonia.
Pſa. 46. 6.
Pſal. 23. 7.
Pſal. 67. 19
Amos. 6. 6

ſunt : Quòd Helias quidem curru igneo aſſumptus. Chriſti autem currus variè multiplicatus, myriadibus benedicentium : Currus Dei decem millia millium lætantium . Et quòd Helias quidem ad Orientem Iordanis, Chriſtum autem ad Orientem torrentis arborum aſcendit . Et quod ille quidem dixit, dabuntur duplicia in ſpiritu proprio diſcipulo. Chriſtus autem tantam exhibuit diſcipulis gratiæ Spiritus ſancti abundantiam : vt non modò ipſum Spiritum ſanctum in ſeipſis haberent: ſed per manuum impoſitionem ipſorum, participationem ipſius credentibus traderent. Et cùm ſic contra Iudæos pugnabis, cùm ex ſimilitudinibus illos conuiceris : tunc veni ad excellentiam gloriæ Saluatoris, quòd illi quidem ſerui, hic autem filius Dei: atque illius excellentiæ memineris, intelligens quòd Paulus Chriſti ſeruus in tertium cælum raptus eſt. Si enim Elias quidem ad primum vſque peruenerat cælum, Paulus vſque ad tertium, excellentiorem ſanè aſſecutus eſt dignitatem.

Petrus habes claues regni cælorum.
Mat.16. 19

Non pudeat te Apoſtolorum, non ſunt Moyſe deteriores, neque prophetis inferiores, ſed boni cum bonis, & bonis meliores. Helias enim aſſumptus eſt in cælum : ſed Petrus habet claues regni cælorum, cùm audiret : *Et quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Helias in cælum tantùm : Paulus autem & in paradiſum raptus erat. Decebat enim Chriſti diſcipulos, ampliorem gratiam capere. Audiuit ſanè ineffabilia verba, quæ non licet hominibus loqui. Deſcendit autem Paulus rurſus : non quòd dignus non eſſet conuerſatione tertij cæli: ſed vt guſtatis ſupercæleſtibus, & honoratus deſcendens, Chriſtum prædicaret, & pro ipſo moriens, corona martyrij potiretur. Prætereo autem reliqua huius negotij, quæ heri in Synaxi dominica dicta ſunt: apud intelligentes enim auditores ſufficit vel admonitio tantùm ad doctrinam.

Thronus Chriſti incomprehenſibilis.

Meminero autem ſæpè dictorum à nobis, propter ordinem fidei dicentem: Et eum qui aſcendit in cælos,

ὅτι Ἠλίας μὲν ἄρματι πυρὸς ἀνελήφθη, Χριστοῦ δὲ τὸ ἅρμα, μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐφημούντων· καὶ ὅτι Ἠλίας μὲν ἀνελήφθη πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Ἰορδάνου· Χριστὸς δὲ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ χειμάρρου Κέδρων ἀνῆλθε· καὶ ὅτι ἐκεῖνος μὲν εἶπε, δοθήσεται διπλᾶ ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαθητῇ· Χριστὸς δὲ τοσαύτην παρέσχε τοῖς μαθηταῖς ἀπόλαυσιν χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὥστε μὴ μόνον αὐτὸ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν τῆς κοινωνίας αὐτοῦ μεταδιδόναι τοῖς πιστεύουσι. καὶ ὅταν οὕτως πρὸς Ἰουδαίους παλαίσῃς, ὅταν ἐξ ὁμοιότητος νικήσῃς, τότε ἐλθὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ὑπεροχὴν τῆς τοῦ σωτῆρος δόξης· ὅτι οἱ μὲν δοῦλοι· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ θεοῦ· καὶ οὕτω δὲ τῆς ὑπεροχῆς μνημονεύσεις, ἐννοῶν ὅτι τοῦ Χριστοῦ δοῦλος ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ· εἰ γὰρ Ἠλίας μὲν ἕως πρώτου ἔφθασε, Παῦλος δὲ ἕως τρίτου οὐρανοῦ, προτιμότερος ἄρα τετύχηκε τῆς ἀξίας· μὴ ἐπαισχυνθῇς τοῖς σοῖς ἀποστόλοις. οὐκ εἰσὶ χείρονες Μωϋσέως, οὐδὲ δεύτεροι τῶν προφητῶν· ἀλλὰ καλοὶ μετὰ καλῶν, καὶ καλῶν καλλίονες. Ἠλίας μὲν γὰρ ἀνελήφθη εἰς οὐρανόν· ἀλλὰ Πέτρος ἔχει τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἀκούσας, ὅσα ἂν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἠλίας εἰς οὐρανὸν μόνον· Παῦλος δὲ καὶ εἰς οὐρανὸν, καὶ εἰς παράδεισον· ἔπρεπε γὰρ τοὺς μαθητὰς τοῦ Ἰησοῦ πολυπλασίονα λαβεῖν τὴν χάριν· ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· κατέβη δὲ ὁ Παῦλος ἄνωθεν πάλιν, οὐχ ὅτι ἀνάξιος ἦν τῆς ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ διατριβῆς, ἀλλ' ἵνα ἀπολαύσας τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ ἔντιμος καταβὰς, καὶ Χριστὸν κηρύξας, καὶ ὑπεραποθανὼν αὐτοῦ, λάβῃ καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον· παρέλιπον δὲ τὰ λοιπὰ τῆς κατασκευῆς τὰ χθὲς ἐπὶ τῆς συνάξεως εἰρημένα τῆς κυριακῆς. παρὰ γὰρ τοῖς συνετοῖς ἀκροαταῖς, αὐτάρκης μόνον καὶ ὑπόμνησις εἰς μάθησιν· μέμνησο δὲ καὶ τῶν εἰρημένων μοι πολλάκις περὶ τοῦ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέζεσθαι τὸν υἱόν, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἀκολουθίαν τὴν λέγουσαν, καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς

καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· θρόνου μὲν ἰδιότητα μὴ πολυπραγμονοῦμεν· ἀκατάληπτον γάρ· μήτε δὲ ἀνεχώμεθα τῶν λεγόντων κακῶς, ὅτι μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, τότε ἤρξατο τοῦ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέζεσθαι ὁ υἱός· οὐ γὰρ ἐκ προκοπῆς ἔσχε τὸν θρόνον· ἀλλὰ ἀφ' οὗπερ ἔστιν· ἔστι γὰρ ἀεὶ γεννηθεὶς, καὶ συγκαθέζεται τῷ πατρί. καὶ τοῦτον τὸν θρόνον πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ σωτῆρος ἑωρακὼς ὁ προφήτης φησὶν Ησαΐας· εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ τὰ ἑξῆς· τὸν πατέρα μὲν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ δὲ τῷ προφήτῃ τότε φανεὶς, υἱὸς ἦν· καὶ ὁ ψαλμῳδὸς φησίν· ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· πολλῶν οὐσῶν τῶν περὶ τούτου μαρτυριῶν, διὰ τὸ βραδὺ τῆς ὥρας ἀρκούμεθα καὶ ταύταις. νῦν δὲ ὑμᾶς ὑπομνηστέον ὀλίγων τῶν ἐκ πολλῶν εἰρημένων περὶ τοῦ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέζεσθαι τὸν υἱόν· ὁ μὲν γὰρ ἑκατοστὸς ἔνατος ψαλμὸς σαφῶς φησίν· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· βεβαιῶν δὲ ὁ σωτὴρ τὸ εἰρημένον ἐν εὐαγγελίοις, φησὶ τὸν Δαβὶδ, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ἐπινοίας τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρηκέναι λέγων· πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι, κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων. ἐν τῇ τῆς πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, σταθεὶς ὁ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα. καὶ τοῖς Ισραηλίταις διαλεγόμενος τῆς ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐνάτῳ ψαλμῷ ταύτης αὐτολεξεὶ τῆς μαρτυρίας ἐμνημόνευσεν· ὑπομνηστέον δὲ καὶ ἄλλων ὀλίγων μαρτυριῶν ὁμοίως τῶν περὶ ἐκ δεξιῶν καθέζεσθαι τὸν υἱόν· ἐν μὲν γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ γέγραπται· πλὴν λέγω ὑμῖν ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς ἀκολούθως καὶ ὁ ἀπόστολος Πέτρος φησὶ, γράφων, δι' ἀναστάσεως Ιησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανόν. ὁ δὲ ἀπόστολος Παῦλος, Ρωμαίοις μὲν γράφων, φησίν·

& ſedet ad dexteram patris. Throni quidem illius proprietatem non curioſè inquiramus, incomprehenſibilis enim eſt. Neque patiamur eos qui dicunt malè, quòd poſt crucem, & reſurrectionem, & in cælos aſcenſionem, tunc primum cœpit ad dexteram patris ſedere Chriſtus. Non enim per ſucceſſionem habuit hanc ſedem, ſed ex quo eſt: eſt autem ſemper genitus, & aſſidet patri. Et hunc thronum, ante Saluatoris aduentum in carne videns Eſaias propheta, dicit: *Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum eleuatum*, & cætera. Patrem quidem nemo vidit vnquam: qui autem prophetæ tunc apparuit, filius erat: Et Pſaltes dicit, *Parata ſedes tua ex tunc, & à ſeculo tu es*. Cùm autem multa ſint ea de re teſtimonia, propter horæ breuitatem his erimus contenti. Porrò nunc vobis paucis reducendum eſt in memoriam, quod inter multa dictum eſt, de ſeſſione filij ad dexteram patris. Centeſimus enim nonus pſalmus dicit apertè: *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*. Confirmans autem quod dictum eſt Saluator in Euangeliis, dicit non à ſeipſo hæc Dauidem, ſed inſpiratione Spiritus ſancti locutum eſſe: *Quomodò Dauid in ſpiritu eum Dominum ſuum vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedem tuorum?* Et in Actis Apoſtolorum, in die Pentecoſtes: Stans Petrus cum vndecim, & differens cum Iſraëlitis, teſtimonij huius ex centeſimo nono pſalmo meminit. Reducenda autem in memoriam & alia pauca teſtimonia, quæ ſimiliter ad dexteram patris ſedere filium teſtantur. In Euangelio enim ſecundùm Matthæum ſcriptum eſt: *Amplius dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis*, &c. Qualia congruè Petrus Apoſtolus ſcribens, dicit: *Per reſurrectionem Ieſu Chriſti, qui eſt in dexterá Dei, profectus in cælum*. Paulus verò Apoſtolus amplius ad Roman. ſcribens, dicit:

Eſa.6.1.

Filius & non Pater prophetis apparebat.

Pſal.92.2.

Pſal.109.1.2.

Matt.22.43.

Mat.26.64

1.Pet.3.21.

Rom.8.34. *Chriſtus mortuus; magis autem reſurgens, qui eſt ad dex-*
Epheſ.1.19 *teram Dei.* Epheſis autem ſcribens, dixit: *Secundùm operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in*
Chriſtū ad dexteram Dei ſedere teſtimonia. *Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis, & ſtatuens ad dexteram ſuam,* &c. Coloſſenſes autem ſic docuit: *Si igitur conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi*
Coloſ.3.1. Heb.1.3. *Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedens.* In Epiſtola autem ad Hebræos dicit: *Purgationem peccatorum noſtrorum faciens, ſedet ad dexteram magnificentiæ, in excelſis.* Et
Heb.13.1. Pſal.108. rurſus: *Ad quem angelorum vnquàm dixit, Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum*
Heb.10.12. *tuorum.* Et rurſus: *Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pe-*
Heb.12.2. *dum eius.* Et rurſus: *Aſpicientes in fidei ducem, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem confuſione contempta, in dextera throni Dei ſedit.* Et cùm alia quoque eiuſmodi non deſint teſtimonia, de ſeſſione vnigeniti ad dexteram patris, ſufficiant nobis ad præſens hæc, quorum hîc fecimus commemorationem; & confitemur, quòd non poſt aduentum in carne, hanc Chriſtus habet dignitatem, ſed ante omnia ſecula, vnigenitus filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui deſcendit & aſcendit, patri à dextris ſemper aſſidebat. Qui cuſtodiat animas veſtras, & ſtabilem veſtram, immutabilémque ſpem in eum, qui reſurrexit, conſeruet. Simúlque excitet vos à peccatis, ad cæleſte ſuum donum: & dignetur efficere; vt rapiamini à nubibus in occurſum Domini, in aërem, in tempore opportuno: & donec tempus illud veniat, glorioſi alterius illius aduẽtus. Scribantur nomina veſtra omnia in libro viuentium, & ſcripta nunquàm deleantur. Multorum enim delebuntur, qui deſciſcunt. Præbeat autem omnibus vobis credere in reſurgentem, ſuſcipere aſcendentem, & rurſus venturum: venturum autem non de terra. Certus ſis

Χριστοῦ ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ. Ἐφεσίοις δὲ ἐπιστέλλων, οὕτως εἴρηκε. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. τοὺς δὲ ἐν Κολοσσαῖς οὕτως ἐδίδαξεν· εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθήμενος. ἐν δὲ τῇ πρὸς Ἑβραίους φησί· καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. καὶ πάλιν. πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. καὶ πάλιν. αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ πάντων προσενέγκας θυσίαν εἰς τὸ διηνεκές, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· καὶ πάλιν· ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν· ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε τὸν σταυρόν, αἰσχύνης καταφρονήσας· ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικε· καὶ ἄλλων δὲ οὐσῶν μαρτυριῶν περὶ τῆς ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ καθέδρας τοῦ μονογενοῦς, αὐτάρκεις ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι καὶ αὗται, τὴν αὐτὴν πάλιν ἡμῶν ποιουμένων ὑπόμνησιν· ὅτι οὐ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τῆς καθέδρας ταύτην ἔσχε τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, κύριος δὲ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, τὴν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἀεὶ κατέχει θρόνον· αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων θεὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ πατήρ, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ καταβάς, καὶ ἀναβάς, καὶ τῷ πατρὶ συγκαθεζόμενος φυλάξαι τὰς ἡμετέρας ψυχάς, ἄσειστον ὑμῶν, καὶ ἄτρεπτον τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς τὸν ἀναστάντα διατηρήσαι· συνεξεγείραι ὑμᾶς ἐκ τῶν νεκρῶν ὑμῶν ἁμαρτημάτων εἰς τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ δωρεάν, καταξιώσαι ὑμᾶς ἁρπαγῆναι ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα ἐν καιρῷ εὐθέτῳ. καὶ ἕως ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔρχεται τῆς εὐθέτου καὶ ἐνδόξου δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ἐγράψαι ὑμῶν τὰ ὀνόματα πάντων ἐν βίβλῳ ζώντων, καὶ ἐγράψας μηκέτι ἐξαλείψαι· πολλῶν γὰρ ἐξαλείφεται τὰ τῶν ἀποπιπτόντων· παράσχοι δὲ τοῖς πᾶσιν ἡμῖν πιστεύειν εἰς τὸν ἀναστάντα· ἐκδέχεσθαι δὲ τὸν ἀνελθόντα, καὶ πάλιν ἐρχόμενον· ἐρχόμενον δὲ οὐκ ἀπὸ γῆς·

ἀσφαλίζου γὰρ ἄνθρωπε σεαυτὸν διὰ τοὺς μέλλοντας ἔρχεσθαι πλάνους, τὸν ἄνω καθεζόμενον, καὶ ἡμῖν ὧδε συμπαρόντα, τὴν ἑκάστου βλέποντα τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς πίστεως· μὴ γὰρ ὅτι σαρκὶ νῦν ἄπεστι, παρὰ τοῦτο νομίσῃς, ὅτι καὶ πνεύματι μέσος ἐνταῦθα πάρεστιν, ἀκούων τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα· καὶ βλέπων τὰ ἐν σοὶ νοούμενα, καὶ ἐτάζων νεφροὺς καὶ καρδίας, ὃς καὶ νῦν ἕτοιμός ἐστιν τοὺς προσιόντας τῷ βαπτίσματι καὶ πάντας ἡμᾶς ἐν ἁγίῳ πνεύματι προσενέγκαι τῷ πατρὶ καὶ εἰπεῖν· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ παιδία ἅ μοι ἔδωκας ὁ θεὸς, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ιε΄. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου. καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Δανιὴλ, Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. καὶ ἑξῆς, Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. καὶ τὰ ἑξῆς.

ΧΡΙΣΤΟΥ παρουσίαν καταγγέλλομεν, οὐ μίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δευτέραν τῆς προτέρας πολὺ καλλίονα· ἡ μὲν γὰρ, ὑπομονῆς εἶχεν ἀπόδειξιν· ἡ δὲ, θείας βασιλείας φέρει τὸ διάδημα· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον πάντα διπλᾶ παρὰ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· διπλῆ γέννησις, μία ἐκ θεοῦ πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ μία ἐκ παρθένου· διπλαῖ αἱ κάθοδοι, μία, ἡ ἀσυμφανὴς, ἡ ὡς ἐπὶ πόκον· καὶ δευτέρα, ἡ ἐπιφανὴς, ἡ μέλλουσα. ἐν τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ, ἐσπαργανώθη ἐν τῇ φάτνῃ· ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἀναβάλλεται τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον. ἐν τῇ προτέρᾳ, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας· ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἔρχεται ὑπὸ στρατιᾶς ἀγγέλων δορυφορούμενος, δοξαζόμενος· οὐχ ἱστάμεθα νῦν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν δευτέραν προσδοκῶμεν. καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ μὲν εἰπόντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐροῦμεν πάλιν τὸ αὐτὸ,

homo, propter multos ſeductores, qui venturi ſunt. Qui ſurſum ſedet, & hîc nobis adeſt: qui vniuſcuiuſque videt ordinem, & robur fidei. Non enim quia nunc non adeſt in carne, ex eo putes, quòd ſpiritu medio hîc non adſit audiens, quæ de illo dicuntur, & videns quæ tu cogitas, & ſcrutans corda & renes: Qui & nunc paratus eſt, accedentes ad baptiſma omnes vos in ſpiritu ſancto offerre patri, & dicere: Ecce ego & pueri mei, quos dediſti mihi Deus: Cui gloria & fortitudo in ſempiterna ſecula, Amen.

CATECHESIS QVINTA ET DECIMA, ex tempore dicta his qui baptizabantur Hieroſolymis, de eo, Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis: & de Antichriſto. Et lectio ex Daniele: Aſpiciebant donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, &c.

CHRISTI aduentum annunciamus, non vnum tantùm, verùm etiam alterum, priori multò pulchriorem. Ille enim ſpeciem habuit patientiæ: hic autem diuini regni feret coronam. Nam vt plurimùm duplicia ſunt omnia, apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: duplex generatio, vna de Deo ante ſecula, & altera de virgine: duplex aduentus, vnus occultus, qui eſt ſicut pluuia in vellus: & alter illuſtris, qui eſt futurus. In primo aduentu faſciis inuolutus eſt in præſepio: in altero, circundabitur lumine ſicut veſtimento. In priore ſuſtinuit pudoris crucem, contemptus: in altero veniet cum exercitu angelorum, glorioſus. Non ſubſiſtamus ergo in primo tantùm aduentu: ſed & futurum expectemus: Et in priori quidem dicebamus: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: in poſteriori verò, dicemus rurſus idem,

Aduentus Chriſti duplex.

& cum angelis occurrentes Domino, adorantéſque clamabimus: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Veniet Saluator, non vt rurſus iudicetur: ſed vt iudicet iudicantes. Qui priùs in iudicio tacebat, commemorans deinceps dicit iniquis: *Hæc feciſti, & tacui*. Per diſpenſationem Dei tunc veniet. Nunc perſuadet tantum docens homines: tunc autem velint nolint, regno illius ſubiecti eſſe cogentur. Et
Mala. 3. 1. de his duobus aduentibus dicit Malachias propheta: *Et ſubitò veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis*: Ecce vnus aduentus. Et rurſus de altero dicit: *Et angelus teſtamenti, quem vos vultis, ecce ve-*
Ibid. verſ. 2 *niet Dominus omnipotens, & quis ſuſtinebit diem ingreſ-*
Aduentus ſecundus cũ igne. *ſus eius, aut quis ſubſiſtet in viſione eius? Quapropter ipſe procedet ſicut ignis conflatorij, & ſicut fullonum herba, & ſedebit conflans, & emundans.* Et deinde Saluator
Ibid. 3. 5. ipſe ait: *Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox ſuper veneficos, & adulteros, & ſuper iurantes nomini meo de mendacio*, &c. Propterea certiores nos faciens
1. Cor. 3. 12. Paulus, *Si quis*, inquit, *ſuperædificat ſuper hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fænum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: dies enim reuelabit, quæ in igne apparebit.* Vidit aduentus hoſce duos, & Paulus ad Titum ſcribens: *Ap-*
Tit. 2. 11. *paruit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & mundana deſideria, ſobriè, & iuſtè viuamus in præſenti ſeculo: expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*. Cernis quomodò dixit: Primum quidem, quem iam beneficio Dei habemus, & pro quo gratias agimus: alterum verò, quem expectamus. Quamobrem & fide à nobis annuntiata, nunc ita traditur: Credere in aſcendentem in cælos, & ſedentem ad dexteram patris, & venturum in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Veniet igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus de cœlis: veniet autem in conſumma-

ἵνα μετ' ἀγγέλων συναντήσαντες τῷ δεσπότῃ, προσκυνοῦντες εἴπωμεν, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. ἔρχεται ὁ σωτὴρ, οὐ δικασθῆναι πάλιν, ἀλλὰ δικάσαι τοὺς δικάσαντας· ὁ πρότερον ἐν τῷ κρίνεσθαι σιωπήσας, ὑπομιμνήσκων λέγει τοῖς παρανόμοις τὰ τολμηθέντα ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεποιηκόσι, ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα. δι' οἰκονομίαν τότε ἦλθε. νῦν πειθοῖ διδάσκων ἀνθρώπους· τότε δὲ καὶ ἀνάγκῃ βασιλευθήσονται, κἂν μὴ θέλωσι. καὶ περὶ τῶν δύο τούτων παρουσιῶν λέγει Μαλαχίας ὁ προφήτης, Καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε. ἰδοὺ μία παρουσία. καὶ πάλιν περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας φησὶ, Καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, ἰδοὺ ἔρχεται κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ· ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ· διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων· καὶ ἑξῆς εὐθὺς ὁ σωτὴρ φησὶν αὐτὸς, Καὶ προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει, καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχὺς ἐπὶ τοὺς φαρμακοὺς καὶ ἐπὶ τὰς μοιχαλίδας, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψευδεῖ, καὶ τὰ ἑξῆς. διὰ τοῦτο προασφαλιζόμενος ἡμᾶς ὁ Παῦλος φησὶν, Εἴτις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. ἤδη καὶ ὁ Παῦλος τὰς δύο παρουσίας ταύτας σημαίνει, γράφων πρὸς Τίτον καὶ λέγων, Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ θεοῦ τοῦ σωτῆρος πᾶσιν ἀνθρώποις παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ εὐσεβῶς καὶ δικαίως ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. βλέπεις ὅπως εἶπε πρώτην μὲν, ἐφ' ἣν εὐχαριστεῖ· δευτέραν δὲ, ἣν προσδοκῶμεν· διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῆς πίστεως τῆς ἐπαγγελλομένης ἐφ' ἡμῶν νῦν, οὕτως παρεδόθη πιστεύειν εἰς τὸν, Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσαντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. ἔρχεται τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν· ἔρχεται δὲ περὶ τῆς συντε-

λέθῃ τοῦ κόσμου τούτου μετὰ δόξης ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· γίνεται γὰρ τοῦ κόσμου τούτου συντέλεια, καὶ ὁ γενητὸς οὗτος ὁ κόσμος πάλιν ἀνακαινοποιεῖται· ἐπειδὴ γὰρ φθορά, καὶ κλοπή, καὶ μοιχεία, καὶ πᾶν εἶδος ἁμαρτιῶν ἐχύθη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασιν ἐμίγη ἐν τῷ κόσμῳ. ἵνα οὖν μὴ μείνῃ τὸ θαυμαστὸν τοῦτο οἰκητήριον ἀνομίας πεπληρωμένον, παρέρχεται ὁ κόσμος οὗτος, ἵνα ὁ καλλίων ἀναδειχθῇ. καὶ θέλεις λαβεῖν τὴν ἀπόδειξιν ἀπὸ τῶν ῥητῶν, ἄκουε Ησαΐου λέγοντος, Καὶ εἱληθήσεται ὡς βιβλίον ὁ οὐρανός, καὶ πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, καὶ ὡς πίπτει φύλλα ἀπὸ συκῆς· καὶ τὸ εὐαγγέλιόν φησι, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. μὴ λυπηθῶμεν ὡς μόνοι τελευτῶντες, καὶ ἀστέρες τελευτῶντες, ἀλλ' ἴσως πάλιν ἐγείρονται. εἱλίσσει δὲ τοὺς οὐρανοὺς ὁ κύριος, οὐχ ἵνα ἀπολέσῃ τούτους· ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς πάλιν καλλίονας ἐγείρῃ. ἄκουε Δαβὶδ τοῦ προφήτου λέγοντος, Κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. ἀλλ' ἐρεῖ τις, τί δὲ λέγει σαφῶς τὸ ἀπολοῦνται; διὰ τῶν ἑξῆς δῆλον· Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται. ὥσπερ γὰρ ἀπώλεια ἀνθρώπου λέγεται κατὰ τὸ εἰρημένον, Ιδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ. καὶ ταῦτα τῆς ἀναστάσεως προσδοκωμένης· οὕτως ἀνάστασιν ὥσπερ προσδοκῶμεν καὶ τῶν οὐρανῶν. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα. παιδευέσθωσαν οἱ ἐκ μανιχαίων ἐπιστρέψαντες, καὶ τοὺς φωστῆρας μηκέτι θεοποιήτωσαν, μηδὲ τὸν σκοτισθησόμενον τοῦτον ἥλιον, τὸν Χριστὸν εἶναι δυσσεβῶς νομιζέτωσαν. καὶ πάλιν ἄκουε τοῦ κυρίου λέγοντος, Ο οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. οὐ γὰρ ἰσότιμα τὰ ποιήματα τοῖς λόγοις τοῦ δεσπότου. παρέρχεται τοίνυν τὰ φαινόμενα, καὶ ἔρχεται τὰ προσδοκώμενα τὰ τούτων καλλίονα. ἀλλὰ τὸν καιρὸν μηδεὶς πολυπραγμονείτω· οὐ γὰρ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ἔθετο ὁ πατὴρ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· καὶ μὴ τολμήσῃς ἀποφήνασθαι, τὸ πότε ταῦτα γίνεται· μήτε πάλιν ὑπτίως κοιμηθῇς· Αγρυπνεῖτε

tione mundi huius : & creatus hic mundus rurſus renouabitur : quoniam corruptio, & furtum, & adulterium, & omne genus peccatorum effuſum eſt in terram, & ſanguis cum ſanguinibus commixtus in mundo : vt non maneat admiranda hæc domus plena iniquitate. Petranſibit hic mundus, vt pulchrior reſtituatur. Et vis accipere ex dictis ſacris huius rei demonſtrationem ? Audi Eſaiam dicentem prophetam: *Et complicabitur ſicut liber cælum, & omnia aſtra cadent ſicut folia de vinea, & ſicut cadunt folia de ficu.* Et Euangelium inquit : *Sol obſcurabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, & aſtra cadent de cælo.* Non triſtemur tanquàm ſoli morientes : cùm & aſtra moriantur, fortaſſéque rurſus excitabuntur. Complicabit autem cælos Dominus, non vt perdat eos, ſed vt rurſus meliores illos excitet. Audi prophetam Dauid dicentem : *Ab initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli : ipſi peribunt, tu autem permanes.* Sed dicet quis : Ecce dicit apertè, peribunt. Audi quomodò peribunt, ſtatim declarat dicens: *Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium cõplicabis eos, & mutabuntur.* Sicut enim perditio hominis dicitur, ita dictum eſt : *Vide ſicut iuſtus periit, & nemo id accipit in cor.* Et hoc ita, vt reſurrectio noſtra expectentur : ſic & cælorum reſurrectionem expectamus. *Sol conuertetur in tenebras & luna in ſanguinem.* Diſcant illi, qui ex Manichæis conuerſi ſunt, & luminaria non faciant Deos, neque eum, qui obſcuratur, ſolem, Chriſtum eſſe impiè putent. Et rurſus audi Dominum dicentem : *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt* : non enim æquali honore ſunt creaturæ, & verba Domini Tranſibunt igitur viſibilia, & venient expectata his meliora, ſed tempus nemo curioſè inquirat. Non eſt enim noſtrum ſcire tempora, & momenta, quæ Deus poſuit in poteſtate ſua. Neque audeas determinare, quando hæc fient, neque rurſus ſupinus iaceas. *Vigilate,*

Mundus de nuo renouabitur.

Eſa. 34. 4.

Mat. 24. 29

Sydera extincta rurſus excitabuntur.

Pſa 101. 26

Ibid. 27.

Eſa. 57. 1.

Act. 2. 20.

Mar. 13. 31.

Matt. 24. 42.

inquit: *quia hora qua non putatis, filius hominis veniet.* Cùm itaque operæpretium eſt nos ſigna conſummationis noſſe, quando Chriſtum expectamus, vt ne decepti moriamur, & à falſo Antichriſto ſeducamur: propria voluntate moti Apoſtoli, diuina tamen ordinatione, acceſſerunt ad verum magiſtrum: *Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi?* Expectamus te rurſus venturum: ſed Satanas transformatur in angelum lucis: certifica ergo nos, ne alium pro te adoremus. Ille autem diuinum beatúmque os ſuum aperiens, dicit: *Videte, ne qui vos ſeducat*: & vos auditores nunc mentis oculis tanquàm illum intuentes, hæc eadem vobis dicentem audite: Cauete ne quis vos ſeducat: qui ſermo nos admonet, vt dicendis attendamus. Non enim hiſtoria eſt rerum præteritarum, ſed prophetia futurarum, & omninò venturarum: Non quòd nos prophetemus: indigni enim ſumus: ſed quòd quæ ſcripta ſunt, in medium proferimus, & ſigna oſtendimus. Conſidera itaque & quæ iam facta, & quæ reſtant, atque teipſum confirma. *Videte ne quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.* Hæc facta iam ſunt ex parte: iam enim hoc dixit Simon Magus, & Menander, & alij quidam impij hæreſiarchæ. Dicunt autem de nobis, aut etiam cum nobis alij. Signum ſecundum: *Audituri eſtis bella, & rumores bellorum.* Erit enim fortè nunc Perſarum contra Romanos de Meſopotamia bellum, aut non erit. *Conſurget gens contra gentem, & regnum contra regnum. Et erunt fames & peſtilentiæ, & terræmotus per loca.* Hæc iam facta ſunt. & rurſus: *Terrores de cælo, & magnæ tempeſtates. Vigilate igitur*, inquit: *quia neſcitis, qua hora Dominus veniet.* Sed quærimus aduentus tui ſignum, noſtrum Eccleſiaſticum nos Eccleſiaſtici. Saluator autem dicit: *Et tunc ſcandalizabuntur multi, & mutuò ſeſe tradent, & odio ſeſe mutuò proſequentur.* Si audis

Ibid. 3. *Ibid. 4.* *Signa aduẽtus Chriſti.* *Ibid. 4.* *Ibid. 6.* *Ibid. 7.* *Luc. 21. 11.* *Matt. 24.* *Ibid. 10.*

γὰρ φησὶν, ὅτι ὥρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾶτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. ἐπεὶ δ' ἔδει ἡμᾶς γνῶναι τῆς συντελείας τὰ σημεῖα, καὶ ἐπειδὴ Χριστὸν προσδοκῶμεν, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν ἀπατηθέντες, καὶ ὑπὸ τοῦ ψευδοῦς Ἀντιχρίστου πλανηθῶμεν, θείᾳ προαιρέσει κινηθέντες, κατ' οἰκονομίαν οἱ ἀπόστολοι προσέρχονται τῷ ἀληθινῷ διδασκάλῳ, καὶ φασὶν, εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος; προσδοκῶμέν σε πάλιν ἐρχόμενον, ἀλλ' ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός· ἀσφάλισαι οὖν ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἄλλον ἀντὶ σοῦ προσκυνήσωμεν· ὁ δὲ, τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ μακάριον ἀνοίξας στόμα, λέγει, Βλέπετε μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ· καὶ ὑμεῖς οἱ ἀκροαταὶ νῦν τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ὡς ἐκεῖνον ὁρῶντες, τὰ αὐτὰ καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀκούετε λέγοντος, Βλέπετε μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ· καὶ παρακαλεῖ πάντας ὑμᾶς ὁ λόγος προσέχειν τοῖς λεγομένοις· οὐ γὰρ ἱστορία παρεληλυθότων ἐστὶ πραγμάτων, ἀλλὰ προφητεία μελλόντων καὶ πάντως ἡξόντων οὐχ ἡμῶν προφητευόντων, ἀνάξιοι γὰρ, ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων εἰς μέσον προσφερομένων καὶ λεγομένων τῶν σημείων. βλέπε σὺ, τίνα μὲν γέγονεν ἤδη, τίνα δὲ ἔτι λείπει, καὶ ἀσφαλίζου σεαυτόν. Βλέπετε μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. ταῦτα γέγονεν ἐκ μέρους· ἤδη γὰρ ταῦτα εἴρηκε Σίμων ὁ μάγος, καὶ Μένανδρος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀθέων αἱρεσιαρχῶν. ἐροῦσι δὲ ἐφ' ἡμῶν, ἢ καὶ μεθ' ἡμᾶς ἕτεροι. δεύτερον σημεῖον, Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων. γίνεται δὲ ἄρα νῦν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους περὶ τὴν Μεσοποταμίαν πόλεμος, ἢ οὔ; ἐγείρεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ἢ οὔ; Καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους. ταῦτα ἤδη γέγονε. καὶ πάλιν, φόβητρά τε ἀπ' οὐρανοῦ καὶ μεγάλοι χειμῶνες. Γρηγορεῖτε οὖν φησὶν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ἡμέρᾳ ὁ κύριος ἡμῶν ἔρχεται. ἀλλὰ ζητοῦμεν τῆς παρουσίας ἡμέτερον σημεῖον ἐκκλησιαστικὸν ζητοῦμεν οἱ ἐκκλησιαστικοί. ὁ δὲ σωτὴρ φησὶ, Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.

ἐὰν ἀκούσῃς ὅτι ἐπίσκοποι κατ' ἐπισκόπων, καὶ κληρικοὶ κατὰ κληρικῶν, καὶ λαοὶ κατὰ λαῶν μέχρις αἵματος ἔρχονται, μὴ ταραχθῇς· γέγραπται γάρ, μὴ πρόσεχε τοῖς νῦν γινομένοις, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις· οὔτε ἂν ἐγὼ ὁ διδάσκων σε ἀπόλωμαι, καὶ σύ μοι συναπολῇ· ἀλλ' ἔξεστι καὶ ἀκροατὴν καλλίονα γενέσθαι τοῦ διδασκάλου· καὶ τὸν ἔσχατον ἐλθόντα γενέσθαι πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν δέχεται ὁ δεσπότης. εἰ ἐν ἀποστόλοις εὑρέθη προδοσία, θαυμάζεις, καὶ εἰ ἐν ἐπισκόποις εὑρίσκεται μισαδελφία; ἀλλ' οὐ μόνον περὶ τῶν ἀρχόντων τὸ σημεῖον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λαῶν· φησὶ γάρ, Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη. καυχήσεταί τις ἄρα τῶν παρόντων, ἀνυπόκριτον ἔχειν πρὸς τὸν πλησίον τὴν φιλίαν; οὐχὶ τὰ μὲν χείλη πολλάκις φιλεῖ, καὶ τὸ πρόσωπον μειδιᾷ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δῆθεν ἱλαροί, ἡ δὲ καρδία τεκταίνεται δόλον, κατασκευάζει κακά, λαλῶν εἰρηνικά; ἔχεις καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον· Καὶ κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος· καὶ σχεδὸν ὡς ὁρῶμεν, ὁ κόσμος ἅπας τῆς περὶ Χριστοῦ διδασκαλίας πεπλήρωται· καὶ τί μετὰ τοῦτο γίνεται, φησὶν ἑξῆς, Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω. καὶ πάλιν, τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστός, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ πιστεύσητε. ἡ μισαδελφία δίδωσι λοιπὸν χώραν τῷ Ἀντιχρίστῳ· προετοιμάζει γὰρ ὁ διάβολος τὰ σχίσματα τῶν λαῶν, ἵνα εὐπρόσδεκτος γένηται ὁ ἐρχόμενος. μὴ γένοιτο δὲ μηδένα τῶν ἐνταῦθα, μηδὲ τῶν ἀλλαχοῦ δούλων τοῦ Χριστοῦ, προσδραμεῖν τῷ ἐχθρῷ. περὶ τούτου γράφων ὁ ἀπόστολος Παῦλος, φανερὸν ἔδωκε σημεῖον, λέγων, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεόν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτόν, ὅτι ἐστὶ θεός. οὐ μνημονεύετε. ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν· καὶ νῦν

quòd Epiſcopi contra Epiſcopos, & cleri contra clericos, & populi contra populos, vſque ad ſanguinem certant, ne perturberis: prædictum enim eſt. Non attendas his, quæ nunc fiunt, ſed quæ prædicta ſunt. Ne ſi ego qui te doceo peream, tu non pereas ſimul. Sed licet & diſcipulos meliores eſſe magiſtris, & qui poſtremus venit, eſſe primum. Quandoquidem & eos, qui hora vndecima veniunt recipiat Dominus. In Apoſtolis inuenta eſt proditio, & miraris ſi & in Epiſcopis fraternum odium reperiatur? Sed non modò principibus hoc ſignum, verùm etiam de populis. Dicit enim; *propter multiplicationem iniquitatis refrigeſcet charitas multorum*. Gloriatur quis ex his qui adſunt, non ſimulatam ſe erga proximum tenere amicitiam: nónne perſæpè labiis amatur, & vultu arridetur, & oculi apparent hilares, cor autem nectit dolum, & machinatur mala, loquens pacifica. Habes & hoc ſignum: *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc erit finis*. Et ferè vt videmus, totus mundus doctrina Chriſti repletus eſt. Et quod poſteà fiet? Dicit deinde: *Quando itaque videritis abominationem deſolationis, quæ prædicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto. Qui legit intelligat.* Et rurſus, *ſi quis vobis dixèrit, Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illic, non credatis vos fratres.* Fraternum odium deinceps locum dabit Antichriſto. Præparat diabolus ſchiſmata populorum, vt tantò facilius hoſtis recipiatur. Abſit autem, vt quiſquam ex his, qui hîc adſunt, & ex aliis, vbicumque ſunt, ſeruis Chriſti, ad hoſtem illum accurrat. De hoc ſcribens Apoſtolus, manifeſtum dedit ſignum, dicens: *Quòd niſi priùs venerit defectio, & reuelatus fuerit homo peccati & filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne, quod dicitur, Deus, aut colitur ita vt ipſe ſedeat in templo Dei, & oſtendat ſeipſum, tanquam ſit Deus. Non retinetis memoria, quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis, & nunc*

Diſcipulos licet eſſe meliores magiſtris.

Ibid. 12.

Simulatio.

Ibid. 14.

Ibid. 15.

2. Theſ. 2. 3

Ibid. 5. 6. 7.

quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis, tantum, vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur il-
Ibid.8. *le iniquus, quem Dominus deſtruet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui; eum, cuius eſt aduen-*
Ibid.9. *tus ſecundum operationem ſatanæ, in omni virtute & ſi-*
Ibid.10. *gnis & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione ini-*
Apoſtaſia qualis. *quitatis, his qui pereunt.* Hæc quidem Paulus. Nunc verò defectio eſt: defecerunt enim homines à recta fide, ita vt alij quidem *υἱοπατορίαν*, hoc eſt, patris in filium mutationem prædicent, alij verò Chriſtum ex non exiſtentibus ad eſſe deductum dicere audeant. Et
Apoſtaſia à bonis operibus. anteà quidem erant aperti hæretici: nunc autem occultis hæreticis Eccleſia repletur. Defecerunt homines à veritate, & pruriunt auribus: ſermo perſuaſibilis, & omnes iucundè audiunt: ſermo conuerſionis, & omnes auertuntur. Defecerunt plurimi à bonis operibus: & videri potiùs quàm eſſe boni malunt. Hæc eſt igitur defectio, & expectandus eſt ille inimicus: & iam aliqua ex parte cœpit præmittere ſuos præcurſores, vt paratus deinde veniat ad venationem. Caue itaque tibi ô homo, & confirma animam tuam. Teſtatur tibi Eccleſia in conſpectu Dei viuentis, prædicit tibi de Antichriſto quæ futura ſunt, priuſquàm veniat. Nec ſcimus ſi tuo tempore id fiet, ſed bonum eſt tamen, vt hæc ſcientes, nos præmuniamus. Chriſtus autem verus Dei vnigenitus filius, non ampliùs de terra veniet. Si quis veniat, in deſerto viſio-
Mat.24.23. nes obſeruans, non exeas. *Si dixerint, ecce hîc Chriſtus, ecce illic, ne credas*, neque deinceps infrà, & in terram reſpice. De cælo veniet Dominus: non ſolus, ſicut anteà, ſed cum plurimis ab angelorum myriadibus comitatus: neque occultatus, ſicut pluuia ſuper vellus: ſed ſicut fulgur manifeſtè relucens. Ipſe enim
Ibid.27. dixit: *Sicut fulgur exibit ab Oriente, & apparebit vſ-*
Matt.26.64. *que ad Occidentem: ſic erit & aduentus filij hominis.* Et rurſus: *Videbunt filium hominis venientem in nubibus*

cæ-

τὸ κατέχον, οἴδατε εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ καιρῷ· τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται· καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ κύριος ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους· καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας τοῖς ἀπολλυμένοις. ταῦτα μὲν ὁ Παῦλος· νῦν δέ ἐστιν ἀποστασία. ἀπέστησαν γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῆς ὀρθῆς πίστεως· καὶ οἱ μὲν ὑοπατορίαν καταγγέλλουσιν· οἱ δὲ τὸν Χριστὸν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενεχθέντα λέγειν τολμῶσι. καὶ πρότερον μὲν ἦσαν φανεροὶ αἱρετικοί· νῦν δὲ πεπλήρωται ἡ ἐκκλησία κεκρυμμένων αἱρετικῶν. ἀπέστησαν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ κνήθονται τὴν ἀκοήν. λόγος πιθανὸς, καὶ πάντες ἀκούουσιν ἡδέως· λόγος ἐπιστροφῆς, καὶ πάντες ἀποστρέφονται. ἀπέστησαν οἱ πλεῖστοι τῶν ὀρθῶν λόγων, καὶ μᾶλλον τὸ κακὸν αἱροῦνται, ἢ τὸ ἀγαθὸν προαιροῦνται. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ μέλλει προσδοκᾶσθαι ὁ ἐχθρός· καὶ τέως κατὰ μέρος ἤρξατο ἀποστέλλειν τοὺς ἑαυτοῦ προδρόμους, ἵνα ἕτοιμος ἔλθῃ λοιπὸν ἐπὶ τὴν θήραν. βλέπε τοίνυν σεαυτὸν ἄνθρωπε, καὶ ἀσφαλίζου τὴν ψυχήν. διαμαρτύρεταί σε ἡ ἐκκλησία νῦν ἐπὶ θεοῦ ζῶντος· προασφαλίζεταί σε τὰ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρὶν παραγενέσθαι. καὶ εἴτε ἐπὶ σοῦ γίνεται, οὐκ οἴδαμεν· εἴτε μετὰ σὲ γίνεται, οὐκ οἴδαμεν. καλὸν δέ ἐστι, ταῦτα εἰδότα σε προησφαλίσθαι. ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθὴς, ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς ὑὸς, οὐκέτι ἀπὸ γῆς ἔρχεται· ἐάν τις ἔλθῃ ἐν ἐρήμοις φαντασιοσκοπῶν, μὴ ἐξέλθῃς· ἐὰν εἴπωσιν, Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ πιστεύσῃς. κάτω καὶ εἰς γῆν μὴ βλέπε λοιπόν· ἐξ οὐρανῶν γὰρ ὁ δεσπότης κατέρχεται, οὐ μόνος ὡς πρὸ τούτου· ἀλλὰ πολλοστὸς ὑπὸ μυριάδων ἀγγέλων δορυφορούμενος· οὐδὲ κεκρυμμένος ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, ἀλλ' ὡς ἀστραπὴ φανερῶς ἐκλάμπων· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ ὑοῦ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ πάλιν, Καὶ ὄψονται τὸν ὑὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν

τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης· καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' ὥσπερ μέλλοντος αὐτοῦ πρότερον ἐνανθρωπεῖν, καὶ ἐκ παρθένου γεννᾶσθαι προσδοκωμένου θεοῦ, προδιέβαλεν ὁ διάβολος τὸ πρᾶγμα κακούργως ἐν εἰδωλολατρείᾳ, θεοὺς ψευδεῖς γεννῶντας καὶ γεννωμένους ὑπὸ γυναικῶν προμυθολογήσας, ἵνα προλαβόντος τοῦ ψεύδους ὡς ἐνόμιζεν, ἀπιστηθῇ καὶ τὸ ἀληθές· οὕτω μέλλοντος Χριστοῦ δεύτερον ἔρχεσθαι τοῦ ἀληθοῦς, ἐφόδιον λαμβάνων τὴν τῶν ἀκάκων προσδοκίαν, ὁ ἀντικείμενος, καὶ μάλιστα τῶν ἐκ περιτομῆς, ἄγει τινὰ ἄνθρωπον μάγον, καὶ τῆς ἐν φαρμακείαις καὶ ἐπαοιδαῖς ἀπατηλῆς κακοτεχνίας ἐμπειρότατον, ἁρπάζοντα μὲν ἑαυτῷ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας τὴν ἐξουσίαν· ψευδῶς δὲ Χριστὸν ἑαυτὸν ἀποκαλοῦντα. καὶ διὰ μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας, Ἰουδαίους τοὺς τὸν ἠλιμμένον προσδοκῶντας ἀπατῶντα, τοὺς ἐξ ἐθνῶν δὲ, ταῖς μαγικαῖς φαντασίαις ὑπαγόμενον. ἔρχεται δὲ ὁ προειρημένος Ἀντίχριστος οὗτος, ὅταν πληρωθῶσιν οἱ καιροὶ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας· καὶ πλησιάζῃ λοιπὸν τὰ τῆς τοῦ κόσμου συντελείας. δέκα μὲν ὁμοῦ Ῥωμαίων ἐγείρονται βασιλεῖς, ἐν διαφόροις μὲν ἴσως τόποις· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν βασιλεύουσι καιρόν· μετὰ δὲ τούτους ἑνδέκατος ὁ Ἀντίχριστος, ἐκ τῆς μαγικῆς κακοτεχνίας τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἁρπάσας· τρεῖς μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλευσάντων ταπεινώσει, τοὺς ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίποις ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων. τὰ πρῶτα μὲν, ἐπιείκειαν ὡσανεὶ λόγιός τις καὶ συνετὸς, σωφροσύνην τε καὶ φιλανθρωπίαν ὑποκρίνεται· σημείοις τε καὶ τέρασι τοῖς ἐκ μαγικῆς ἀπάτης ψευδέσιν Ἰουδαίους ὡσανεὶ ὁ Χριστὸς προσδοκώμενος ἀπατήσας, παντοίοις ὕστερον ἀπανθρωπίας καὶ παρανομίας ἐπιγραφήσεται κακοῖς, ὡς πάντας ὑπερβαλέσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς, φονικὴν καὶ ἀποτομωτάτην καὶ ἀνηλεῆ καὶ ποικίλην, κατὰ πάντων μὲν, ἐξαιρέτως δὲ καθ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, τὴν διάνοιαν ἔχων· ἐπὶ τρία δὲ ἔτη μόνα καὶ μῆνας ἓξ τὰ τοιαῦτα τολμήσας, ὑπὸ τῆς δευτέρας ἐξ οὐρανῶν ἐνδόξου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καταργεῖται τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν

cæli, cum poteſtate & gloria magna: & mittet angelos ſuos cum tuba magna, &c. Sed ſicut cùm anteà ipſe incarnari deberet, & naſci de virgine, expectatus Deus, decipiebat diabolus, malus artifex in idololatria, proferens Deos falſos, generantes & genitos de mulieribus, vt præmiſſa falſitate, non credatur poſteà veritati: ſic cùm verus Chriſtus ſecundò venturus ſit, prætextum capiens ſimplicium expectationem, ille aduerſarius, & maximè eorum, qui ſunt ex circumciſione, inducet quendam magum hominem, veneficiis & incantationibus, & malis artibus inſtructiſſimum: vſurpantem ſibi poteſtatem Romani Imperij, falsò autem Chriſtum ſeipſum vocantem: ac per hanc Chriſti appellationem Iudæos, qui venturum expectant, decipientem: Gentes verò per magicas impoſturas ſeducentem. Veniet autem hic prædictus Antichriſtus, cùm impleta fuerint tempora Imperij Romani, & mundi conſummatio appropinquabit. Decem ſimul Reges Romanorum excitabuntur, in diuerſis quidem locis, eodem tamen tempore regnantes. Poſt iſtos autem vndecimus Antichriſtus, per magicum maleficium Romanorum poteſtatem rapiens. Tres quidem ante ſe Reges deprimet, reliquos autem ſeptem ſibi ſubiiciet. Ac primùm quidem, tanquàm prudens aliquis, & intelligens, temperantiam & humanitatem ſimulabit, ſigniſque & portentis magica impoſtura decipiet Iudæos, tanquàm is eſſet Chriſtus ab illis expectatus. Deceptos verò deinceps omnis generis inhumanitatis, & iniquitatis malis, omnes circumſcribet: ita vt omnes, qui ante illum improbi & impij fuerant, excellat malitia. Mentémque habebit homicidiariam, præfractam, immiſericordem, & variam, cùm contra alios omnes, tum verò maximè contra nos Chriſtianos. Tribus autem annis & ſex menſibus talia audens, à ſecundo de cælis glorioſo aduentu vnigeniti filij Dei, & Domino ſaluatoréque noſtro

Diaboli artes decipiēdi

Antichriſtus Romanum Imperium vſurpabit.

Antichriſtus 10. Reges Romanorū opprimet, & reliquis ipſe imperabit.

Antichriſtus tribus tantùm annis & 6. menſibus durabit.

Ieſu Chriſto deprimetur. Qui tollens Antichriſtum ſpiritu oris ſu , igni gehennæ illum tradet. Hæc autem docemus, non comminiſcentes, ſed e ſcripturis diuinis colligentes, & ex ea maximè, quæ nuper lecta eſt, ex Daniele propheta edocti: ſicut Gabriel Archangelus interpretatus eſt, dicens ſic: *Quarta beſtia, quartum eſt regnum in terra, quod maius erit alijs omnibus regnis*: hoc autem eſſe Romanorum, Eccleſiaſtici interpretes tradiderunt. Primum enim erat regnum Aſſyriorum: alterum Medorum ſimul & Perſarum: tertium poſteà Macedonum: quartum eſt nunc regnum Romanorum. Deinceps verò Gabriel interpretans dicit: *Decem cornua ipſius, decem regna conſurgent*: poſt iſta alter conſurget, qui omnes ante ſe malis vincet: neque ſolùm illos decem Reges, ſed omnes qui ante ſe fuerunt. Et tres Reges deprimet Manifeſtum autem eſt, quòd ex iſtis decem tres opprimet, prorſus vt ipſemet octauus regnet: & verba faciet contra Altiſſimum, vir blaſphemus & iniquus: non à patribus accipiens regnum, ſed arte magica principatum vſurpabit. Quis autem hic eſt, & de qua operatione, interpretare nobis Paule: *Cuius eſt*, inquit, *aduentus, per operationem Sathanæ: in omni potentia, & ſignis & portentis falſis*. Hoc innuens, quòd Sathanas illo ipſo vtetur organo, ſua perſona per illum operans. Sciens Sathan, quòd non futura ſit illi condonatio in iudicio: non iam ampliùs per ſuos miniſtros, vt conſueuerat: ſed per ſeipſum deinceps manifeſtiùs pugnabit, in omnibus ſignis & portentis falſis. Pater enim cùm ipſe ſit mendacij , non niſi opera mendacia effinget, vt magnificè videatur mortuos excitare, & claudos ſanare & cæcos illuminare: cùm tamen reuerà non fiat ſanatio. Et rurſus, inquit: *Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omnem Deum, aut quod colitur.* Idola ſcilicet odio habiturus eſt Antichriſtus, vt ipſe in templo Dei ſedeat. Quale autem templum dicit? In templo quod reliquum eſt Iudæo-

Dan. 7. 23.
Interpretũ Eccleſiaſticorum authoritas.
Ibid. 24.
2. Theſ. 2. 9
Antichriſtus Satanæ organum.
Antichriſtus in templo Salomonis, & non Petri ſedebit.

Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθοῦς· ὃς ἀνελὼν τὸν Ἀντίχριστον τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τῷ τῆς γεέννης παραδώσει πυρί. Ταῦτα δὲ διδάσκομεν οὐκ εὑρεσιλογοῦντες, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων ἐκκλησιαζομένων γραφῶν, καὶ μάλιστα ἐκ τῆς ἀρτίως ἀναγνωσθείσης τοῦ Δανιὴλ προφητείας μεμαθηκότες, καθὼς καὶ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἡρμήνευσε λέγων οὕτω, τὸ θηρίον τὸ τέταρτον, βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐν τῇ γῇ, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας. Ταύτην δὲ εἶναι τὴν Ῥωμαίων οἱ ἐκκλησιαστικοὶ παραδεδώκασιν ἐξηγηταί· πρώτης γὰρ ἐπισήμου γενομένης, τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας· καὶ δευτέρας, τῆς Μήδων ὁμοῦ καὶ Περσῶν· καὶ μετὰ ταύτας, τῆς Μακεδόνων, τρίτης· ἡ τετάρτη βασιλεία νῦν ἡ Ῥωμαίων ἐστίν. εἶτα ἑξῆς ὁ Γαβριὴλ ἑρμηνεύων φησί, τὰ δέκα κέρατα αὐτοῦ, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται· καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται βασιλεὺς ἕτερος, ὃς ὑπεροίσει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν. οὐ μόνον φησὶ τοὺς δέκα, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς προγενομένους· Καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει, δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν δέκα τῶν προτέρων· ἀπὸ τῶν δέκα τούτων τοὺς τρεῖς ταπεινῶν, πάντως ὅτι αὐτὸς ὄγδοος βασιλεύσει. Καὶ λόγους, φησί, πρὸς τὸν ὕψιστον λαλήσει. Βλάσφημος ὁ ἀνὴρ καὶ παράνομος, οὐκ ἐκ πατέρων λαβὼν τὴν βασιλείαν, ἀλλ' ἐκ τῆς μαγικῆς τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας· καὶ τίς ἐστιν οὗτος, ἢ ἐκ ποίας ἐνεργείας, ἑρμήνευσον ὦ Παῦλε. Οὗ ἐστι φησίν, ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους· τοῦτο αἰνιττόμενος, ὅτι ὁ Σατανᾶς ὀργάνῳ κέχρηται ἐκείνῳ αὐτοπροσώπως ἐνεργῶν· εἰδὼς γὰρ ὅτι οὐ μέλλει λοιπὸν ἄνεσις γίνεσθαι αὐτῷ τῇ κρίσει, οὐκέτι διὰ τῶν ὑπηρετῶν αὐτοῦ συνήθως, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ λοιπὸν πολεμεῖ φανερώτερον. ἐν πᾶσι δὲ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους· ὁ γὰρ πατὴρ τοῦ ψεύδους, τὰ τοῦ ψεύδους ἔργα φισιοσκοπεῖ, ἵνα τὰ πλήθη λογισθῇ θεωρεῖν, νεκρὸν ἐγειρόμενον τὸν μὴ ἐγειρόμενον, καὶ χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς ἀναβλέποντας, μὴ γενομένης τῆς ἰάσεως. καὶ πάλιν φησίν, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. ἐπὶ πάντα δὲ θεόν· μέλλει δ' οὖν τὰ εἴδωλα μισεῖν ὁ Ἀντίχριστος· ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι. ποῖον ἄρα ναόν. τὸν καταλελυμένον τῶν Ἰουδαίων

φησί. μὴ γένοιτο γὰρ τοῦτον ἐν ᾧ ἐσμέν. διὰ τί τοῦτο λεγόμενον; ἵνα μὴ νομιζώμεθα χαρίζεσθαι ἑαυτοῖς· εἰ γὰρ ὡς Χριστὸς πρὸς Ἰουδαίους ἔρχεται, καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων προσκυνεῖσθαι βούλεται, ἵνα αὐτοὺς μειζόνως ἀπατήσῃ περισπούδαστον ποιεῖται τὸν ναὸν, ὑπόνοιαν διδοὺς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ γένους Δαβὶδ, ὁ τὸν ὑπὸ Σολομῶντος ναὸν κατασκευασθέντα μέλλων οἰκοδομεῖν· ἔρχεται γὰρ ὁ Ἀντίχριστος τότε, ὅταν ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἰουδαίων λίθος ἐπὶ λίθον μὴ μείνῃ, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀπόφασιν· ὅταν γὰρ ἡ διὰ παλαιότητα πτῶσις, ἢ προφάσει οἰκοδομῆς καθαίρεσις, ἢ ἐκ τινῶν ἑτέρων παρακολουθήσασα, καθέλῃ πάντας τοὺς λίθους· οὐ λέγω τοῦ περιβόλου τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τοῦ ναοῦ τὰ ἔνδοθεν, ἔνθα τὰ Χερουβὶμ ἦν· τότε ἔρχεται ἐκεῖνος ἐν πᾶσι σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους κατεπαιρόμενος εἰδώλων ἁπάντων, τὰ πρῶτα μὲν φιλανθρωπίαν ὑποκρινόμενος· ὕστερον δὲ τὸ ἀπότομον ἐνδεικνύμενος, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ· φησὶ γὰρ, Ἐθεώρουν, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἔσται καιρὸς θλίψεως· θλίψις οἵα οὐ γέγονεν ἀφ' ἧς γέγονεν ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς, ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου. δεινὸν τὸ θηρίον, δράκων μέγας, ἀνθρώποις ἀκαταγώνιστος, ἕτοιμος εἰς τὸ καταπιεῖν· περὶ οὗ πλείονα ἔχοντες λαλεῖν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, τούτοις ἀρκούμεθα τέως συμμετρίας ἕνεκεν· διὰ τοῦτο Εἰδὼς τοῦ ἀντιπάλου τὸ μέγεθος, συγγνώμην τοῖς εὐλαβέσι διδοὺς ὁ κύριος φησὶ, Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. εἰ δέ τις συνοίδεν ἑαυτῷ στερροτάτῳ ὄντι, ἵνα τῷ Σατανᾷ ἀντιπαλαίσῃ, στηκέτω· οὐ γὰρ ἀπελπίζω τῆς ἐκκλησίας τὰ νεῦρα, καὶ λεγέτω, τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' οἱ δειλοὶ μὲν, ἑαυτοὺς ἀσφαλιζώμεθα· οἱ δὲ εὐθαρσεῖς, παραστήκωμεν· ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. ἀλλὰ τῷ θεῷ χάρις τῷ τὸ μέγεθος τῆς θλίψεως εἰς ὀλίγας ἡμέρας περιγράψαντι· λέγει γὰρ, διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς, κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. βασιλεύσει δὲ ὁ

rum. Abſit enim, vt in hoc id fiat, in quo ſumus. Propterea dicimus, vt non videamur gratificari illis. Si enim tanquàm Chriſtus ad Iudæos veniet, à Iudæis ſanè adorari volet, vt illos maximè decipiat. Studioſiſſimum ſe eſſe oſtendet illius templi, vt ipſe de progenie Dauid eſſe videatur, qui templum à Solomone olim extructum, ipſe ſit reædificaturus. Veniet autem Antichriſtus in templum Iudæorum, quando lapis ſuper lapidem non manebit, ſecundùm Saluatoris prædictionem. Cùm enim vel ruina vetuſtatis, vel prætextu ædificationis, vel quacunque alia de cauſa, eiuſmodi reliquiarum templi ſequetur diſſolutio, ita vt omnes lapides tollantur, non dico de exterioris ambitus lapidibus, ſed de templi interioris, in quo erant Cherubim. Tunc veniet ille in omnibus ſignis & portentis falſis elatus videntibus omnibus. A principio enim ſimulabit humanitatem, deinceps verò inhumanitatem oſtendet, & maximè erga ſanctos Dei. Dicit enim Daniel: *Videbam cornu illud, quod faceret bellum cum ſanctis Dei*. Et rurſus alibi: *Et erit tempus tribulationis: tribulatio qualis non fuit, ex quo facti ſunt homines in terra, vſque ad tempus illud.* Grauis eſt hæc beſtia, & draco magnus, pugnans contra homines, paratus ad deuorandum. De quo etſi plura ſint, quæ poſſemus dicere, his contenti ſimus temporis cauſa. Propterea ſciens hanc aduerſarij magnitudinem, conſuluit Dominus piis, dicens: *Tunc qui ſunt in Iudæa, fugiant in montes*. Quòd ſi quis virium ſuarum ſibi conſcius eſt, quòd poſſit Sathanæ repugnare, perſiſtat. Neque enim deſpero de robore Eccleſiæ, & dico: *Quis nos ſeparabit ab amore Chriſti*, & cætera. Attamen timidi ſibi caueant, audaces verò perſiſtant. *Erit enim tunc tribulatio, qualis non erat ab initio creaturæ, vſque ad præſens, neque deinceps erit*. Sed Deo ſit gratia, qui magnitudinem tribulationis, exiguitate temporis circumſcripſit. Dicit enim, quòd propter electos abbreuiabuntur dies illi. Regnabit autem

Dan.7.21.

Mat.24.16

Rom.8.35.

Mat 24.21

Regni Antichriſti tempus. Antichriſtus tribus annis & dimidio tantum. Quod non ex libris Apocryphis dicimus, ſed ex Daniele propheta. Dicit enim: *Dan.7.25.* *Et tradentur in manus eius, vſque ad tempus & tempora, & dimidium temporis.* Tempus enim eſt vnus annus, in quo augebitur ipſius potentia: tempora autem, duo reliqui anni illius iniquitatis. Tribus verò his annis annumeratur dimidium temporis, quod eſt ſemeſtre. Et rurſus, alibi *Dan.12.7.* idem dicit Daniel: *Et iurauit per viuentem in ſecula, quod in tempus & tempora, & dimidium temporis.* *Ibid.11.* *Ibid.12.* Fortaſſis autem quidam & hoc exemerunt, & quæ ſequuntur: *Dies mille ducenti nonaginta.* Et hoc: *Beatus qui viderit dies, mille trecentos & triginta quinque*: propterea oportet curſim inſpectare, & fugere. Fortaſſis enim conſummabimus ciuitates Iſraël, donec veniat filius hominis. Nunquid autem non beatus martyr erit, qui tunc pro Chriſto martyrium pertulerit? Ego verò illum ſuper omnes martyres dixerim. Nam qui anteà præceſſerunt, cum hominibus illis tantùm certamen erit: qui verò tempore Antichriſti patientur, perſonaliter cum Satana pugnabunt. Tum verò ſuperiores illos martyres, Reges ſolùm occidebant: mortuos autem non excitabant, neque ſignis & prodigiis phantaſiam cuiuſque perturbabant, hic autem & timore, & neceſſitatis mala ſubuerſione: vt ſeducantur, ſi fieri poteſt, & electi. Ne quando cor aſcendat, quæ Chriſtus plura his fecerit. Qua autem virtute faciet hæc? certè niſi Deus vellet non permitteret. *Antichriſtus permiſſu Dei regnabit.* Confirmat hoc tibi Apoſtolus dicens: *2.Thes.2.11* *Propterea Deus mittet ipſis vim errorum.* Mittet autem dicit, pro permittet fieri. Non vt excuſentur: ſed vt condemnentur. Quare qui non credunt veritati, hoc eſt vero Chriſto, complaceant ſibi in iniuſticia, hoc eſt, in Antichriſto. Permittit autem hæc Deus temporibus perſecutionum, non quòd tunc prohibere non poſſet, ſed quòd per patientiam, vt conſueuit, coronare vult ſuos athletas, ſicut & prophetas & Apoſto-

Anti-

Ἀντίχριστος τρία καὶ ἥμισυ ἔτη μόνα. οὐκ ἐξ ἀποκρύφων λέγομεν ἀλλ' ἐκ τοῦ Δανιήλ· φησὶ γὰρ, καὶ δοθήσεται ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν καὶ ἥμισυ καιροῦ. καιρὸς μὲν ὁ εἷς ἐνιαυτὸς, ἐν ᾧ τέως αὔξει ἡ παρουσία αὐτοῦ. καιροὶ δὲ τὰ ἐπίλοιπα δύο ἔτη τῆς παρανομίας, εἰς τρία ὁμοῦ συναριθμούμενα, καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ καιροῦ ἡ ἑξάμηνος, καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ τὸ αὐτὸ φησὶν ὁ Δανιὴλ, Καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι εἰς καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ. τάχα δέ τινες εἰς τοῦτο ἐξέλαβον καὶ τὸ ἑξῆς, Ἡμέραι χίλιαι διακόσιαι ἐνενήκοντα· καὶ τὸ, Μακάριος ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας, ἡμέρας χιλίας τριακοσίας τριάκοντα πέντε. διὰ τοῦτο δεῖ παρακαλύπτεσθαι καὶ φεύγειν· ἴσως γὰρ οὐ μὴ τελέσωμεν τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. τίς ἄρα μακάριος; ὁ ὑπὲρ Χριστοῦ μετ' εὐσεβείας μαρτυρῶν τότε· ὑπὲρ γὰρ πάντας μάρτυρας ἐγώ φημι εἶναι τοὺς τότε μάρτυρας· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τούτου, μόνοις ἀνθρώποις ἐπάλαισαν· οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, αὐτῷ τῷ Σατανᾷ αὐτοπροσώπως πολεμήσουσι. καὶ τοὺς μὲν προτέρους διώκοντες βασιλεῖς, ἐφόνευον μόνον· νεκροὺς δὲ οὐ προσεποιοῦντο ἐγείρειν, οὐδὲ σημείων καὶ τεράτων φαντασίας ἐδείκνυον· ὧδε δὲ καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἀπάτης περιτροπὴ κακὴ, ὥστε πλανᾶσθαι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτούς· μή ποτε εἰς καρδίαν ἀναβῇ τινὸς τῶν τότε, τί πλέον ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἐκ ποίας δὲ δυνάμεως οὗτος ἐργάζεται· εἰ μὴ θεὸς ἤθελεν, οὐκ ἂν συνεχώρησεν· ἀσφαλίζεταί σε καὶ προλέγει ὁ ἀπόστολος· Καὶ διὰ τοῦτο πέμπει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης· τὸ δὲ πέμπει, ἀντὶ τοῦ συγχωρεῖ γίνεσθαι· οὐχ ἵνα ἀπολογήσωνται, ἀλλ' ἵνα κατακριθῶσι, διὰ τί· οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ τουτ' ἔστι τῷ ἀληθινῷ Χριστῷ· ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ, τουτ' ἔστι τῷ Ἀντιχρίστῳ. συγχωρεῖ δὲ ταῦτα ὁ θεὸς ἐν τοῖς κατὰ καιρὸν διωγμοῖς, καὶ τότε οὐκ ἀδυνατῶν κωλύειν, ἀλλὰ δι' ὑπομονῆς συνήθως στεφανῶν τοὺς οἰκείους ἀθλητὰς παραπλησίως τοῖς αὐτοῦ προφήταις καὶ ἀποστόλοις, ἵνα

πρὸς ὀλίγον χρόνον καμόντες, τὴν αἰώνιον κληρονομήσωσι τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, καθὼς Δανιὴλ φησί, Καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται ὁ λαός σου πᾶς ὁ γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ζωῆς. Καὶ πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι ἐξεγερθήσονται, οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον. καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος· καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἐπι ἀσφάλιζε τοίνυν σεαυτὸν ἄνθρωπε. ἔχεις τὰ σημεῖα τοῦ Ἀντιχρίστου. καὶ μὴ μόνος μνημόνευε τούτων, ἀλλὰ καὶ ἀφθόνως πᾶσι μεταδίδου. εἰ τέκνον ἔχεις κατὰ σάρκα, τοῦτο ἤδη νουθέτει· καὶ εἰ διὰ κατηχήσεως ἐγέννησας τινά, καὶ τοῦτον προασφαλίζου, ἵνα μὴ τὸν ψευδῆ δέξηται ὡς ἀληθῆ. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, φοβοῦσί με οἱ πόλεμοι τῶν ἐθνῶν· φοβεῖ με τὰ σχίσματα τῶν ἐκκλησιῶν. φοβεῖ με ἡ μισαδελφία τῶν ἀδελφῶν· καὶ λεγέσθω μὲν ταῦτα· μὴ γένοιτο δὲ, ἵνα ἐφ᾽ ἡμῶν πληρωθῇ· πλὴν ἀσφαλιζώμεθα. καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἀντιχρίστου ταῦτα. ἐκδεχόμεθα δὲ καὶ προσδοκῶμεν τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. σάλπιγγες ἀγγελικαὶ τότε ἠχοῦσιν, οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ πρῶτοι ἐγείρονται· οἱ ζῶντες εὐλαβεῖς, ἐν νεφέλαις ἁρπάζονται, ἔπαθλον τῶν καμάτων λαμβάνοντες, τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον τιμηθῆναι· ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἠγωνίσαντο, καθὼς Παῦλος ὁ ἀπόστολος γράφων φησὶ, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπὸ οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. ἤδη ταύτην τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν, καὶ τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν ὁ ἐκκλησιαστὴς λέγων, Εὐφραίνου νεανίσκε ἐκ νεότητός σου, καὶ ἑξῆς· καὶ ἀπόστησον θυμὸν ἀπὸ καρδίας σου· καὶ παράγαγε πονηρίαν ἀπὸ σαρκός σου· καὶ μνήσθητι τοῦ κτίσαντός σε, ἕως οὗ μὴ ἔλθωσιν αἱ ἡμέραι τῆς κακίας, ἕως οὗ μὴ σκοτισθῇ ὁ ἥλιος καὶ τὸ φῶς καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες· καὶ σκοτάσουσιν αἱ

los: vt breuiter laborantes, in æternum hæreditent regnum cælorum. Sicut Daniel, inquit: *Et in tempore illo, ſaluabitur vniuerſus pópulus tuus, qui ſcriptus eſt in libro.* (Manifeſtum autem eſt, quod dicit de libro vitæ) Et multi qui dormiunt in puluere terræ excitabuntur, hi quidem in vitam æternam, iſti autem in opprobrium, & verecundiam æternam. *Et docti fulgebunt ſicut ſtellæ firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, ſicut aſtra in ſecula, & ampliùs.* Confirma ergo teipſum, ô homo: indicati ſunt tibi dies Antichriſti: ergo non tantùm memineris illorum: ſed abſque inuidia omnibus trade. Si filium habes ſecũdùm carnem, hoc iam inſinua. Quòd ſi quem etiam per Catecheſim genuiſti, & hunc pręmunias, ne falſum tanquàm verum recipiat. Iam enim operatur myſteriũ iniquitatis. Terrent me bella gentium. Terrent me ſchiſmata Eccleſiarum: terret me ſchiſmata Eccleſiarum: terret me odium fratrum. Et hæc quidem dicantur. Abſit autem, vt noſtro tempore impleantur. Attamen nos præmuniamus. Atque hæc quidem de Antichriſto. Suſcipiamus autem & expectemus Dominum, de cælis venturum in nubibus. Tubæ angelicæ tunc ſonabunt, & mortui in Chriſto primùm excitabuntur, qui piè vixerunt, rapientur in nubibus, præmium laborum accepturi, ita vt ſupra hominem honorentur: quoniam ſupra vires humanas decertabant. Quemadmodum Paulus ipſe Apoſtolus ſcribit: *Quòd ipſe Dominus, in iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba Dei, deſcendet de cælo: & mortui primùm reſurgent: deinde nos reliqui qui viuimus, ſimul cum ipſis rapiemur in nubibus, obuiam Domino in aërem, atque ita ſemper cum Domino erimus.* Vidit hunc Domini aduentum Eccleſiaſtes, & mundi conſummationem dicens: *Lætare iuuenis in iuuentute tua,* &c. *& repelle iram à corde tuo, & arceas prauitatem à carne tua, & memento creatoris tui, priuſquam venerint dies vmbræ, priuſquàm obſcuretur ſol, & lumen & luna, & ſtellæ, & obtenebrentur cernen-*

Dan. 12. 1. *Ibid. 3.* *Catecheſis fecit filios catechizantis.* *1 Th. 4. 16* *Eccleſ. 11. 9*

tes. Viſibilem potentiam per hoc innuens. *Antequàm*
Ibid. 6. *rumpatur funiculus argenteus* : aſtrorum complicatio-
nem indicans. Argentei enim eſt coloris viſus: *& re-
currat vitta.* Inſtar auri ſolem innuens. Anthemis enim
Ibid. 4. nota eſt herba, multa inſtar radiorum habens germina
foliorum. *Et reſurgent ad vocem paſſeris, & de excelſo
videbunt.* Quid videbunt? Tunc videbunt filium ho-
minis venientem in nubibus, & concutientur tribus
contra tribus. Et quid fiet veniente Domino? *Flore-*
Ibid. 5. *bit amygdalus, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur
capparis.* Quemadmodum verò interpretes dicunt, a-
mygdalum florens hyemis tranſitum ſignificat: ſic &
corpora noſtra, poſt huius ſeculi hyemem florebunt
flore ſupercæleſti. Et dilatabitur locuſta: hoc eſt, ani-
ma volucris, quæ nunc corpore eſt circundata: &
diſſipabitur capparis, hoc eſt, iniqui, ſpinoſi, diſ-
pergentur. Vides quomodò prædicunt aduentum
Domini. Vocem autem paſſeris, qualem eſſe vocem
putamus? Ipſe Dominus in iuſſione, in voce archan-
changeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo. Archan-
gelus proclamabit, & dicet omnibus: *Surgite in oc-
curſum Domino.* Quòd autem terribilis ſit futurus
aduentus Domini, dicit Dauid: *Deus manifeſtè ve-*
Pſal. 49. 3. *niet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius
ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida,* &c. Ve-
Flumẽ ignis ſequetur iudicem opera probaturũ. niet enim Saluator in nubibus cæli, ſecundùm ſcri-
pturam nunc lectam, flumine ignis illum ſequente,
probaturo homines. Si quis aurea habet opera, luci-
dior erit: ſi quis ſtramineas habet actiones, non con-
ſiſtet, ab igne corripietur. Et pater ſedebit habens
album, ſicut nix, veſtimentum: & capillum capitis,
ſicut lana munda. Humano more hæc dicta ſunt. Sed
quamobrem? Quoniam Rex eſt illorum, qui in pec-
catis non ſunt polluti: Dealbabo enim, inquit, pec-
cata veſtra, ſicut niuem, & ſicut lanam. Quod eſt
condonationis peccatorum, vel quòd deinceps pec-
caturi non ſunt, ſignum. Veniet autem Dominus de

βλέπουσαι ἐν ταῖς ὀπαῖς, τὴν ὁρατικὴν δύναμιν αἰνιττόμενος. Ἕως οὗ μὴ ἀνατραπῇ τὸ σχοινίον τοῦ ἀργυρίου, τῶν ἄστρων τὴν συμπλοκὴν διδάσκων· ἀργυροειδὴς γὰρ ἡ ὄψις. Καὶ συντριβῇ τὸ ἀνθέμιον τοῦ χρυσίου, τὸν χρυσοειδῆ οὕτως ἥλιον αἰνιττόμενος· ἡ γὰρ ἀνθεμὶς γνώριμός ἐστι βοτάνη, πολλὰ ἔχουσα πέριξ ἀκτινοειδεῖς φυλλάδων ἐκφύσεις. Καὶ ἀναστήσονται εἰς φωνὴν τοῦ στρουθίου· καί γε ἀπὸ τοῦ ὕψους ὄψονται, καὶ θάμβοι ἐν τῇ ὁδῷ. τί ὄψονται; τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κόψονται φυλαὶ κατὰ φυλάς· καὶ τί γίνεται ἐλθόντος τοῦ κυρίου; Ἀνθήσει τὸ ἀμύγδαλον, καὶ παχυνθήσεται ἡ ἀκρίς, καὶ διασκεδασθήσεται ἡ κάππαρις· ὡς δὲ ἐξηγηταί φασιν, ἀμύγδαλον ἀνθοῦν δηλοῖ τοῦ χειμῶνος τὸ παρελθεῖν. μέλλει γὰρ τὰ σώματα ἡμῶν μετὰ τὸ χειμῶνα τότε ἀνθεῖν ἐπουράνιον ἄνθος. Καὶ παχυνθήσεται ἡ ἀκρίς, ἡ πτερωτὴ ψυχὴ τὸ σῶμα περιβαλλομένη. Καὶ διασκεδασθήσεται ἡ κάππαρις, οἱ ἀκανθώδεις παράνομοι διασκορπισθῶσι. βλέπεις πῶς προλέγουσι πάντες τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου; βλέπεις πῶς οἴδασι τὴν φωνὴν τοῦ στρουθίου; ποίαν φωνὴν εἴδωμεν; ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. ἀρχάγγελος προσφωνεῖ καὶ λέγει τοῖς πᾶσιν, Ἐγείρεσθε εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου· καὶ φοβερὰ ἡ κάθοδος τοῦ δεσπότου. ὁ Δαβὶδ φησίν, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται· καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά, καὶ τὰ ἑξῆς, ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, κατὰ τὴν γραφὴν τὴν ἀρτίως ἀναγνωσθεῖσαν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῶν νεφελῶν ποταμοῦ πυρὸς ἕλκων, δοκιμαστικοῦ τῶν ἀνθρώπων. εἴ τις χρυσοῦ ἔχει τὰ ἔργα, λαμπρότερος γίνεται· εἴ τις καλαμώδη ἔχει τὴν πρᾶξιν καὶ ἀνυπόστατον, κατέχεται ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ ὁ μὲν πατὴρ καθέζεται, ἔχων τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ὡσεὶ χιὼν, καὶ λευκόν· καὶ τὴν θρίχα τῆς κεφαλῆς ὡς ἔριον καθαρόν· ἀνθρωπίνως δὲ τοῦτο εἴρηται. διὰ τί; ὅτι βασιλεύς ἐστι τῶν μὴ ἐν ἁμαρτίαις μεμολυσμένων· Λευκανῶ γάρ φησιν, ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας ὡς χιόνα καὶ ὡσεὶ ἔριον· ὅπερ ἐστὶ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν, ἢ καὶ ἀναμαρτησίας σημεῖον. ἔρχεται δὲ ἐκ τῶν οὐρανῶν ὁ κύριος ἐπὶ

νεφελῶν, ὁ ἐπὶ νεφελῶν ἀναβάς· αὐτὸς γὰρ εἴρηκε· Καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. ἀλλὰ ποῖον τῆς παρουσίας αὐτοῦ σημεῖόν ἐστι. μή ποτε τολμήσῃ δύναμις ἐναντία μιμήσασθαι. καὶ τότε φανήσεται φησὶ, τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ οὐρανῷ. σημεῖον δὲ ἀληθὲς ἴδιον τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ὁ σταυρός. φωτοειδοῦς σταυροῦ σημεῖον προάγει τὸν βασιλέα δηλοῦν τὸν σταυρωθέντα πρότερον, ἵνα ἰδόντες οἱ πρότερον ἐκκεντήσαντες καὶ ἐπιβουλεύσαντες ἰουδαῖοι, κόψωνται φυλαὶ κατὰ φυλὰς λέγοντες, οὗτός ἐστιν ὁ ῥαπισθείς· οὗτός ἐστιν, οὗ εἰς τὸ πρόσωπον ἐνέπτυσαν ἐκεῖνοι· οὗτός ἐστιν ὃν δεσμοῖς περιβεβλήκασιν. οὗτός ἐστιν ὃν σταυρωθέντα πρότερον ἐξηυτέλισαν. ποῦ φύγωμεν ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου, ἐροῦσι. ἀγγελικῶν στρατιῶν περιβαλλουσῶν, οὐδαμοῦ φυγεῖν δυνήσονται. φόβος τοῖς ἐχθροῖς, τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον· καὶ χαρὰ τοῖς φίλοις τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ἢ κηρύξασιν αὐτὸν, ἢ ὑπὲρ αὐτοῦ παθοῦσιν. τίς ἄρα μακάριος τότε ὃς φίλος Χριστοῦ εὑρεθήσεται· οὐ καταφρονεῖ τῶν οἰκείων δούλων ὁ τοσοῦτος, ἔνδοξος βασιλεὺς, ὁ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δορυφορούμενος, ὁ τοῦ πατρὸς σύνθρονος· ἵνα γὰρ μὴ συμφυρῶσιν οἱ ἐκλεκτοὶ μετὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης· καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων. ἑνὸς τοῦ Λὼτ οὐ κατεφρόνησε· πῶς ἄρα πολλῶν δικαίων καταφρονήσει. Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, ἐρεῖ τοῖς τότε νεφελώδεσιν ἅρμασιν ἐποχουμένοις καὶ ὑπὸ ἀγγέλων συλλεχθεῖσιν. ἀλλ' ἐρεῖ τις τῶν παρόντων, πένης εἰμὶ, ἢ καὶ τότε ἴσως ἀσθενὴς ἐπὶ κλίνης εὑρεθήσομαι, ἢ γύναιον ἐν μύλωνι καταληφθήσεται· μὴ ἄρα καταφρονηθῶμεν; θάρσησον ἄνθρωπε, ὁ κριτὴς ἀπροσωπόληπτός ἐστιν· οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· οὐ προτιμᾷ λογίους ἰδιωτῶν, οὐδὲ πλουσίους πενήτων. κἂν ἐν ἀγρῷ ᾖς, λαμβάνουσιν οἱ ἄγγελοι. μὴ νομίσῃς ὅτι τοὺς γαιούχους λαμβάνουσι. καὶ σὲ τὸν γεωργὸν καταλείπει· κἂν δοῦλος ᾖς, κἂν πένης, μηδὲν ἀγωνιάσῃς· ὁ μορφὴν

cælis in nubibus, qui in nubibus aſcendit. Ipſe enim dixit: Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum potentia & gloria multa. Sed quod tandem aduentus illius ſignum eſt, quod non audeat virtus contraria imitari? Et tunc, inquit, apparebit ſignum filij hominis in cælo. Signum autem verum & proprium Chriſti, eſt crux. Lucidum crucis ſignum præcedens Regem, atque demonſtrans eum, qui priùs fuerat crucifixus: vt videntes qui anteà illum pupugerunt, & illi inſidiati ſunt Iudæi: certent tribus cum tribubus, dicentes: Hic eſt alapis percuſſus: hic eſt, in cuius faciem ſpuebant illi: hic eſt, quem ligarunt: hic eſt, quem anteà crucifixum ſpreuerunt, quò fugiemus à facie iræ illius, dicent, cùm angelicis exercitibus circumdabuntur: nuſquàm ſanè fugere poterunt. Tremor eſt inimicis, ſignum crucis, & gaudium amicis in illum credentibus, vel qui prædicarunt, vel qui paſſi pro illo. Beatus certè, qui tunc amicus Chriſti reperietur. Non enim contemnet ſuos famulos Rex tantus & glorioſus, ab angelis comitatus, qui aſſidet patri. Nam vt non comminiſceantur hoſtes cum electis, mittet angelos ſuos cum tuba magna, & congregabunt electos eius, à quatuor ventis terræ. Vnum Loth in Sodomis non contempſit: quomodò multos iuſtos contemnet? Venite omnes benedicti patris mei: dicet illis qui tunc curribus nubium vehentur, ab angeliſque congregabuntur. Sed dicet aliquis, ex his qui adſunt: Pauper ſum, & fortaſſis tunc infirmus in lecto reperiar. Si mulier in mola non relinquetur: nunquid nos negligemur? Confide homo, iudex non eſt acceptor perſonarum, non ſecundùm opinionem iudicat, neque ex ſermone redarguit: non præfert prudentes idiotis, neque diuites pauperibus. Etiamſi in agro fueris, reperient te angeli. Non putes, quòd magnates quidem accipient, te verò agricolam relinquent, ſiue ſeruus fueris, ſiue pauper, ne metuas: qui for-

Crux ſignũ aduentus Chriſti.

Crux eſt terror hoſtium

Iudicio Chriſti omnes ſiſtentur.

mam ſerui in ſe recepit, ſeruum non contemnet. Etiamſi æger in lecto iacueris. Scriptum eſt enim: Mat. 24. 40 *Erunt duo in lecto vno, & vnus aſſumetur, & alter relinquetur.* Etiamſi ex neceſſitate tradatur piſtrino vir aut mulier, etiamſi liberos habeas, etiamſi piſtrino ſeruias: non deſpiciet te, qui educit vinctos in fortitudine. Qui Ioſeph ex ſeruitute, & carcere in Regem ferè prouexit, & te liberabit ab his tribulationibus, adducétque in regnum cælorum. Tantummodò confide, tantùm operare, tantùm promptè decerta: nihil enim eorum perdetur. Inſcripta eſt omnis tua oratio, & pſalmodia: deſcripta eſt tua omnis eleemoſyna: inſcriptum eſt omne ieiunium: inſcriptum eſt omne coniugium rectè cuſtoditum: inſcripta eſt continentia, propter Deum inſtituta. Præcipuam enim coronam in ſcripturis habet virginitas & caſtitas, cuius gratia lucebis ſicut angelus. Sed quemadmodùm iucundè audiuiſti pulchra: ſic audi rurſus patienter contraria. Inſcripta eſt omnis tua prauitas & error: inſcripta eſt tua auaritia: inſcriptum eſt periurium, & blaſphemia, & veneficium & furtum, & homicidium. Omnia hæc deinceps inſcribentur, ſi ea nunc poſt baptiſmum patraueris. Priora enim deleta ſunt. Mat. 25. 31 *Quando autem veniet*, inquit, *filius hominis in gloria ipſius, & omnes angeli eius cum eo.* Animaduerte homo, in quantum iudicium ingrederis: omne tunc genus hominum aderit. Cogita ergo primùm, quantum ſit Romanorum genus: cogita quot gentes barbarorum, nunc viuentes, & quot ante centum annos mortui: cogita quod ante mille annos ſepulti ſunt. Cogita eos, qui fuerunt ab Adam vſque ad hodiernum diem. Magna quidem hæc multitudo: ſed hæc tamen parua eſt. Plures enim angeli. Nonaginta nouem oues ſunt illæ, tu verò centeſima: quoniam vnum eſt tantùm humanum genus. Nam pro locorum magnitudine cogitandum eſt: de habitantium multitudine, ſi hæc noſtra terra eſt tanquàm cen-

Virginitatis & caſtitatis præcipua corona.

δούλου

δούλου λαβὼν, τῶν δούλων οὐ καταφρονεῖς, κἂν νοσῶν κείμενος ᾖς ἐπὶ κλίνης. γέγραπται, τότε δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης μιᾶς, εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται. κἂν κατ' ἀνάγκην μύλωνι παραδοθῇς ἀνὴρ ἢ γυνή· κἂν παῖδας ἔχῃς, καὶ τῷ μύλωνι προσεδρεύσῃς, ἀλλ' οὐ παρορᾷ σε ὁ ἐξαγαγὼν πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ· ὁ ἐξαγαγὼν τὸν Ἰωσὴφ εἰς βασιλείαν ἐκ δουλείας καὶ φυλακῆς· καὶ σὲ λυτρώσεται ἐκ τῶν θλίψεων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. μόνον θάρσησον, μόνον ἔργασαι, μόνον ἀγώνισαι προθύμως. οὐδὲν γὰρ ἀπόλλυται. ἀνάγραπτός ἐστι σου πᾶσα προσευχὴ καὶ ψαλμῳδία· ἀνάγραπτός ἐστι πᾶσα ἐλεημοσύνη· ἀνάγραπτός ἐστι πᾶσα νηστεία. ἀνάγραπτός ἐστι πᾶς ὁ διαφυλαχθεὶς γάμος καλῶς· ἀνάγραπτός ἐστιν ἐγκράτεια διὰ θεὸν τελεσθεῖσα· τὰ πρωτεῖα δὲ τῶν στεφάνων ἐν ἀναγραφαῖς ἔχει, παρθενία, καὶ ἁγνεία. ἐὰν μέλλῃς λάμπειν ὡς ἄγγελος. ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσας ἡδέως τὰ καλὰ, ἄκουε πάλιν ἀδυσωπήτως τὰ ἐναντία· ἀνάγραπτός σου ἐστὶ πᾶσα πλεονεξία· ἀνάγραπτός σου ἐστὶ πᾶσα πορνεία· ἀνάγραπτός σου ἐστὶ πᾶσα ἐπιορκία καὶ βλασφημία, καὶ φαρμακεία καὶ κλοπὴ καὶ φόνος· πάντα ἀναγράφεται ταῦτα, λοιπὸν νῦν ἐὰν μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τὰ αὐτὰ πράξῃς. τὰ γὰρ πρότερα ἐξαλείφεται· ὅταν δὲ ἔλθῃ φησὶν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. βλέπε ἄνθρωπε ἐπὶ πόσων εἰς κριτήριον εἰσέρχῃ· πᾶν γένος ἀνθρώπων τότε παρέσται. λόγισαι οὖν πόσον ἐστὶ τὸ Ῥωμαίων φῦλον· λόγισαι πόσα τὰ βάρβαρα τὰ νῦν ζῶντα, καὶ πόσα πρὸ ἑκατὸν ἐτῶν ἐτελεύτησε. λόγισαι πρὸ χιλίων ἐτῶν πόσα ἐτάφη. λόγισαι τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι σήμερον· πολὺ μὲν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἔτι μικρόν· πλείονες γὰρ οἱ ἄγγελοι. ἐνενήκοντα ἐννέα πρόβατα, τοῦτ' ἔστιν ἐκεῖνα. ἡ δὲ ἀνθρωπότης, τὸ ἓν μόνον. πρὸς γὰρ τὸ μέγεθος τῶν τόπων ἁπάντων, οὕτω καὶ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων λογίζεσθαι δεῖ. ἡ οἰκουμένη γῆ, κεῖ-

ὢν ὥσπερ ἐστὶν ἐν μέσῳ τοῦ ἑνὸς οὐρανοῦ· καὶ τοσοῦτον ὑπερέχει πλῆθος ὁ ταύτην περιβάλλων οὐρανὸς, ὅσον ἔχει τὸ πλάτος· καὶ οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν ἀνείκαστον ἔχουσι τὸν ἀριθμόν. γέγραπται δὲ, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μυρίαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ· οὐχ ὅτι τοσοῦτον μόνον τὸ πλῆθος ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὅτι πλείονα τούτων εἰπεῖν οὐκ ἠδύνατο ὁ προφήτης. πάρεστι τοίνυν ἐν τῇ κρίσει τότε ὁ θεὸς ὁ πάντων πατὴρ συγκαθεζομένου Χριστοῦ, καὶ συμπαρόντος ἁγίου πνεύματος. σάλπιγξ ἀγγελικὴ προσκαλεῖται πάντας ἡμᾶς τὰ πεπραγμένα φοροῦντας· ἆρα οὐκ ὀφείλομεν ἐντεῦθεν ἤδη ἀγωνιάσαι; μὴ μικρὰν τὴν καταδίκην καὶ χωρὶς τιμωρίας ἄνθρωπε νομίσῃς, τὸ ἐπὶ τοσούτων καταγνωσθῆναι· ἆρα οὐχ αἱρούμεθα πολλάκις ἀποθανεῖν, ἢ ὑπὸ φίλων καταγνωσθῆναι; ἀγωνιάσωμεν ἀδελφοὶ, μὴ θεὸς ἡμῶν καταγνῷ, ὃς ἐξετάσεως, ἢ ἐλέγχων οὐ χρείαν ἔχει πρὸς κατάγνωσιν· μὴ εἴπῃς ὅτι νυκτὸς ἐπόρνευσα, ἢ ἐμάγευσα, ἢ ἕτερόν τι ἔπραξα, καὶ ἄνθρωπος οὐ παρῆν ἐκεῖ. ἐκ τῆς συνειδήσεώς σου κρίνει, μεταξὺ τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅταν κρινῇ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων. τοῦ κριτοῦ τὸ φοβερὸν πρόσωπον ἀναγκάζει σε εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν· μᾶλλον δὲ κἂν εἴπῃς, ἐλέγχει. περιβεβλημένος ταῖς σεαυτοῦ ἁμαρτίαις ἤτοι δικαιοσύναις ἐγείρῃ. καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν αὐτὸς ὁ κριτὴς λέγων· Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ κρίνων, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, οὐκ ἀπαλλοτριῶν ἑαυτὸν τῆς ἐξουσίας, ἀλλὰ διὰ τοῦ υἱοῦ κρίνων. νεύματι τοίνυν πατρὸς κρίνει ὁ υἱός· οὐ γὰρ ἄλλα πατρὸς καὶ ἄλλα υἱοῦ τὰ νεύματα, ἀλλ᾽ ἓν καὶ τὸ αὐτό. τί λέγει τοίνυν ὁ κριτὴς περὶ τοῦ φορεῖν σε τὰ ἔργα σου· καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· δεῖ γὰρ ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψαι ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων. ὁ ποιμὴν πῶς ἀφορίζει; ἆρα ἐξετάζων ἀπὸ βιβλίου, τίς μέν ἐστι πρόβατον, τίς

trum in medio cæli, & tantam habet multitudinem: quantam habebit multitudinem cælum, quod terram ambit? Et cæli cælorum, immenſam certè habent multiudinem. Scriptum eſt enim: *Mille millia miniſtrabāt ipſi, & decem millia myriadum aſſiſtebant ei.* Non quòd tanta ſolùm eſſet multitudo: ſed maiorem hac propheta dicere non poterat. Aderit quoque tunc in iudicio Deus omnium pater, aſſidente Chriſto, & præſente Spiritu ſancto. Tuba angelica aduocabit nos omnes, ea quæ geſſimus ferentes. Nunquid non debemus hîc iam decertare? Non paruam damnationem, neque ſine pœna eſſe putes, ô homo, à tam multis condemnari. Nónne mallemus ſæpè mori, quàm ab amicis condemnari? Pugnemus igitur fratres, ne Deus nos damnet, qui inquiſitione, aut redargutionibus non eget ad condemnationem. Ne dicas, nocte ſum fornicatus, vel incantationibus, aliiſque eiuſmodi vacabam, & nemo iſtic hominum aderat, ex conſcientia tua iudicaberis: in medio cogitationum accuſantium, aut defendentium, in die quando iudicabit Deus occulta hominum. Iudicis tremenda facies, veritatem te fateri coget. Imò verò etiamſi reticueris, redarguet te. Circundatus enim, ſeu indutus, tuis ipſius operibus excitaberis. Hoc enim indicauit ipſe iudex, dicens: *Chriſtus eſt qui iudicat, non enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio:* non priuans ſeipſum poteſtate, ſed per filium iudicans. Nutu itaque patris iudicat filius: non enim alij patris, & alij ſunt filij nutus, ſed vnus & idem. Quid igitur dicit iudex, ferendáne tibi erunt opera tua, vel non? Et congregabuntur coram illo omnes gentes. Neceſſe eſt enim coram illo conſiſtere omnes gentes: & oportet vt coram illo flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium & inferorum: & ſegregabit illos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Quomodò autem exquiret? nunquid de libro quæret, quæ ſit ouis, &

Dan. 10. 7.

Trinitas aderit in iudicio extremo.

Ioan. 5. 22.

qui hœdus, aut ex rebus viſibilibus diſcernet? Nónne lana indicat ouem, piloſa autem durities, hœdum? Ita ſi quidem à peccatis mundaberis, ac deinceps opera habueris ſicut lana munda: manebit impolluta ſtola tua: atque dices vbique: Exui veſtem meam, quomodò rurſus induar illa? Ex amictu cognoſcitur ouis: Sin autem piloſus inueniaris ſicut Eſau, aſper in pilis, & vilis in mente: qui propter eſcas amiſit primogenita, & vendidit dignitatem: eris inter eos, qui ſtatuentur à ſiniſtris. Abſit autem vt quiſquam ex his, qui hîc adſunt, excidat à gratia, aut propter prauas actiones in ſiniſtro peccatorum ordine reperiatur. Tremendum eſt iudicium, ita vt per ea etiam quæ de illo nuntiamus, timor incutiatur. Nam regnum cælorum proponetur: & ignis æternus præparabitur. Quomodò igitur, dixerit aliquis, ignem effugiemus? quomodò regnum cælorum ingrediemur: *Eſuriui*, inquit, *& dediſtis mihi manducare*. Diſcite viam: neque enim hic opus eſt allegoria: ſed perficiamus ſequentia. *Eſuriui*, inquam, *& dediſtis mihi manducare. Sitiui, & potaſtis me: hoſpes eram, & recepiſtis me: nudus eram & operuiſtis me. Aegrotabam, & curaſtis me: in carcere fueram, & viſitaſtis me.* Hæc ſi nunc feceris, regnabis: ſi non feceris, condemnaberis. Iam igitur incipe hæc operari, & perſeueres in fide: ne vt ſtultæ virgines empturus oleum excludaris. Non in hoc confidas, quòd ſolam lampadem habes, ſed cuſtodi illam ardentem. Non hoc ſolùm confidas, quòd credis, ſed fidem ardentem conſerua, vt luceat lux tua coram hominibus per bona opera, ne blaſphemetur propter te Chriſtus. Feras quoque indumentum incorruptionis, in operibus bonis, quod te deceat, & quod accipis à Deo vtiliter gerens negotium: pecuniæ tibi creditæ ſunt, diſpenſa benè. Verba doctrinæ habes concredita, diſpenſa hæc benè in animos audientium. Præeſſe, vel tueri potes, fac & hoc ſtudioſè. Multa ſunt oſtia bonæ adminiſtrationis: ne quis tantùm ex vobis

Iudiciũ futurũ de operibus.

Mat. 25. 35

Sola fides non iuſtificat.

δὲ ἔριφος; ἢ ἀπὸ τῶν φαινομένων διακρίνει; οὐχὶ τὸ μὲν ἔριον, δηλοῖ τὸ πρόβατον· τὸ δὲ τριχῶδες καὶ σκληρὸν δηλοῖ τὸν ἔριφον. οὕτως, ἐὰν μὲν καθαρθῇς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, τὰς πράξεις ἔχῃς εἰς τὸ ἑξῆς ὡς ἔριον καθαρόν· καὶ μένῃ σου ἀμόλυντος ἡ στολή· καὶ λέγῃς πάντοτε τὸ, Ἐξέδυσα μὲν τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν. ἐκ τῆς περιβολῆς γνωρίζῃ πρόβατον· ἐὰν δὲ τριχώδης εὑρεθῇς κατὰ τὸν Ἡσαῦ, τὸν δασὺν ἐν θριξὶ, καὶ φαῦλον ἐν διανοίᾳ· τὸν ἀπολέσαντα τὰ πρωτοτόκια διὰ βρώματα, καὶ πωλήσαντα τὴν ἀξίαν, γίνῃ τῆς ἀριστερᾶς. μὴ γένοιτο δέ τινα τῶν παρόντων ἀποβληθῆναι τῆς χάριτος, μηδὲ διὰ φαύλας πράξεις ἐν τοῖς ἀριστεροῖς τῶν ἁμαρτωλῶν εὑρεθῆναι τάγμασι. φοβερὰ ἡ κρίσις ὡς ἀληθῶς, καὶ φόβος ἐπὶ τοῖς καταγγελλομένοις. βασιλεία οὐρανῶν πρόκειται, καὶ πῦρ αἰώνιον ἡτοίμασται. πῶς οὖν ἐρεῖ τις, φύγωμεν τὸ πῦρ, καὶ πῶς εἰσέλθωμεν εἰς τὴν βασιλείαν. Ἐπείνασα γάρ φησι, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· μάθετε τὴν ὁδόν. οὐ χρεία νῦν ἀλληγορίας, ἀλλὰ τοῦ ἐπιτελέσαι τὰ λεγόμενα. Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. ταῦτα ἐὰν ποιήσῃς, συμβασιλεύσεις· εἰ δὲ μὴ ποιήσῃς, κατακρινεῖς. ἤδη τοίνυν ἄρξαι τοῦ ἐργάζεσθαι ταῦτα, καὶ ἐπίμενε τῇ πίστει· μὴ κατὰ τὰς μωρὰς παρθένους μέλλων ἀγοράζειν τὸ ἔλαιον, ἀποκλεισθῇς· μὴ θαρσήσῃς ὅτι μόνον κατέχεις τὴν λαμπάδα· ἀλλὰ διατήρησον αὐτὴν καιομένην· λαμψάτω σου τὸ φῶς τῶν καλῶν ἔργων ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ βλασφημείσθω διὰ σὲ ὁ Χριστός· φόρεσον ἔνδυμα ἀφθαρσίας ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς διαπρέπων· καὶ ὃ λαμβάνεις παρὰ τοῦ θεοῦ οἰκονομικῶς διοικῆσαι πρᾶγμα, διοίκησον χρησίμως. χρήματα ἐπιστεύθης, διοίκησον καλῶς· λόγον διδασκαλικὸν ἐπιστεύθης, οἰκονόμησον καλῶς· τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων προσθεῖναι δύνασαι, ποίει τοῦτο σπουδαίως· πολλαὶ θύραι τῆς καλῆς διοικήσεως. μή τις ἡμῶν μόνον

καταγνωσθεὶς ἀποβληθῇ, ἵνα μετὰ παρρησίας ἀπολαύσωμεν τῆς αἰωνίου βασιλείας Χριστοῦ τοῦ βασιλεύοντος εἰς τοὺς αἰῶνας· βασιλεύει γὰρ εἰς τοὺς αἰῶνας ὁ κρίνων ζῶντας καὶ νεκρούς, ὁ ὑπὲρ ζώντων καὶ νεκρῶν ἀποθανών· καὶ καθὼς Παῦλος φησίν· Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· κἂν ποτέ τινος ἀκούσῃς λέγοντος, ὅτι τέλος ἔχει ἡ Χριστοῦ βασιλεία, μίσησον τὴν αἵρεσιν, τοῦ δράκοντος ἐστὶν ἄλλη κεφαλὴ προσφάτως περὶ τὴν Γαλατίαν ἀναφυεῖσα, ἐτόλμησε λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ κόσμου ὁ Χριστὸς οὐ βασιλεύει· καὶ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι ὁ λόγος ἐκ πατρὸς ἐξεληλυθών, οὗτος εἰς πατέρα πάλιν ἀναλυθεὶς οὐκέτι ἐστί· βλασφημῶν τὰ τοιαῦτα καθ' ἑαυτοῦ. οὐ γὰρ ἤκουσε τοῦ κυρίου λέγοντος· Ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· οὐκ ἤκουσε τοῦ Γαβριὴλ λέγοντος, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. σκόπησον δὲ λεγόμενον· ἄνθρωποι νῦν αἱρετικοὶ τὰ κατὰ τοῦ Χριστοῦ διδάσκουσι, καὶ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος τὰ περὶ τῆς αἰωνίου διαμονῆς τοῦ σωτῆρος ἐδίδαξε. τίνι μᾶλλον οὖν πιστεύεις· οὐχὶ ἄρα τῷ Γαβριήλ; τὴν μαρτυρίαν τὴν παροῦσαν τοῦ Δανιὴλ ἄκουσον· Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοί, φυλαί, γλῶσσαι, δουλεύσιν αὐτῷ, ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. ταῦτα κράτει μόνον· τούτοις πίστευε· τὰ δὲ τῆς αἱρέσεως ἀποπέμπου· φανερώτατα γὰρ ἤκουσας περὶ τῆς ἀτελευτήτου τῆς Χριστοῦ βασιλείας· ἔχεις δὲ τὸ παραπλήσιον καὶ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ λίθου τοῦ ἐξ ὄρους τμηθέντος ἄνευ χειρῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς ὁ κατὰ σάρκα. καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ λαῷ ἑτέρῳ οὐχ ὑπολειφθήσεται. καὶ ὁ Δαβὶδ ποτὲ μὲν φησίν, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ποτὲ δέ, κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας· καὶ τὰ ἑξῆς. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ τὰ ἑξῆς. σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ἅ τινα εἰς τὸν υἱὸν ὁ Παῦλος ἡρμήνευσεν. καὶ θέλεις γνῶναι πόθεν ἦλθον εἰς τοιαύτην μανίαν οἱ τὰ ἐναντία διδάσκοντες; ἀνέγνωσαν δὲ τοῦ ἀποστόλου

reprobatus eiiciatur, vt confidenter æterno Regi Chriſto occurramus, qui regnat in ſecula. Regnat enim Chriſtus in ſecula, qui iudicat viuos & mortuos, qui pro viuis & mortuis mortuus eſt, ſicut Paulus dicit: In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reuixit, vt & mortuis, & viuis dominaretur. Quòd ſi fortè aliquem audieris dicentem, quòd finem habet Chriſti regnum: oderis hanc draconis hæreſim. Eſt autem & aliud eius caput, quod nuper in Galatia ſuccreuit. Auſus eſt quidam dicere, quòd poſt finem mundi huius non regnabit Chriſtus: Et auſus eſt dicere, quòd verbum exiens, ipſe rurſus in patre reſoluetur. Eſtne adhuc, qui auſit talia blaſphemare de illo? non enim audiuit Dominum dicentem: *Filius meus in ſeculum.* Non audiuit Gabrielem dicentem: *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Conſidera igitur quod dicitur. Homines hæretici nunc iſta contra Chriſtum docent. Et Gabriel Archangelus, de perpetua Saluatoris perſeuerantia docuit. Cui potiùs credis? Nónne Gabrieli? Accipe teſtimonium aliud Danielis. Qui dicit: *Videbam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli, ſicut filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum coram illo: Et datus eſt ipſi honor, & principatus, & regnum, & omnes tribus & linguæ ſeruient ipſi: poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non pertranſibit, & regni eius non corrumpetur.* Hæc arripe, atque his potiùs crede, quàm hæreſibus, quas à te reiicere debes. Manifeſtiſſima enim audiuiſti, de infinito Chriſti regno. Habes & aliud huic proximum, de lapide exciſo de monte ſine manibus, qui eſt Chriſtus ſecundum carnem, & regnum eius alteri non relinquetur. Et Dauid alicubi dicit: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi.* Alicubi verò: *Initio tu Domine terrā fundaſti,* & cætera: *Ipſi peribunt, tu autem idem ipſe es & anni tui non deficiant.* Quæ Paulus de filio interpretatus eſt. Viſne cognoſcere, vnde in hanc deuenerunt inſaniam, qui talia docent) Legebant malè id, quod ab Apoſtolo

Chriſtus etiam poſt iudicium regnabit,

Luc. 1. 33.

Dan. 7. 2.

Pſa. 44. 7.

Pſa. 101. 26

Ibid. 27.

benè ſcriptum eſt: *Oportet ipſum regnare, donec ponat omnes inimicos eius ſub pedes ipſius.* Et dicunt: Quando ſubiicientur inimici pedibus eius, non amplius regnabit: malè inſipientérque hoc dicentes. Qui enim antè quàm hoſtes proſtrauiſſet, regnabat, quomodò non magis ſuperatis hoſtibus regnabit? Auſi ſunt & hoc dicere, quod ſcriptum eſt. Quod cùm ſubiecerit ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſubiicit omnia: hoc, inquiunt, ſignificat, quòd filius reſoluetur in patrem. Tum verò, ô ſtultiſſimi omnium hominum, qui talia dicere audetis. Vos quidem, cum ſitis Chriſti opificia, manebitis: Chriſtus verò, per quem & vos, & omnia facta ſunt, peribit? Blaſphema eſt vox iſta. Quomodò autem ſubiicientur ipſi omnia, perdita, aut manentia? Deinde, alia quidem Deo ſubiecta manent: filius autem patri ſubiectus non manet? Subiicietur autem, non quòd tunc incipiat obedire patri: ſemper enim ipſi placentia facit: ſed quòd etiam tunc obediet. Neque verò coactam habet obedientiam, ſed ſpontaneam obſequendi voluntatem: non enim ſeruus eſt, vt cogatur ſubeſſe, ſed filius eſt, vt voluntariè, & ex amore obſequatur. Quæramus autem ex illis, quouſque & donec, quotuplex eſt. Ego enim hac dictione, vt accipitur, euertere tentabo errorem. Cùm auſi ſint dicere, quòd iſtud, Donec ponam inimicos ſub pedes eius, ſignificat finem. Et auſi ſunt circunſcribere æternum Chriſti regnum. Agè itaque adducamus his ſimilia ex Apoſtolo: *Sed regnauit mors ad Adam vſque ad Moyſen.* Nunquid vſque tunc moriebantur, & poſt Moyſen non ampliùs quiſquam mortuus eſt? vel, An poſt legem non erat ampliùs mors hominum? Sed vides quòd verbum hoc, vſque, non eſt temporis circunſcriptiuum, quod etiam Paulus ipſe magis aperuit. Hæc Moyſen (quamuis iuſtus & admirandus vir eſſet) tamen quæ contra Adam lata erat ſententia, corrupit eum, & ſuper illum, alioſque ſequentes extenſa eſt. Et hoc

Filius quomodò ſubiicietur patri.

Donec & vſque, non circunſcribũt tempus.

Rom. 5. 14.

καλὸν, κακῶς. Τὸ, Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ λέγουσιν, ὅταν οἱ ἐχθροὶ τεθῶσι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐκέτι βασιλεύει, κακῶς καὶ ἀνοήτως τοῦτο λέγοντες· ὁ γὰρ πρὶν καταγωνίσηται τοὺς ἐχθροὺς βασιλεύων, πῶς οὐχὶ μᾶλλον μετὰ τὸ περικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν βασιλεύσει; ἐτόλμησαν εἰπεῖν καὶ τοῦτο τὸ γεγραμμένον, Ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα· τοῦτο δηλοῖ, καὶ τὸν υἱὸν ἀναλύεσθαι εἰς πατέρα. εἶτα ὦ πάντων ἀνοσιώτατοι, ὑμεῖς μὲν τὰ Χριστοῦ δημιουργήματα μένετε· Χριστὸς δὲ δι' οὗ ὑμεῖς καὶ πάντα γέγονεν, ἀπόλλυται; βλάσφημος ἡ φωνή. πῶς δὲ καὶ ὑποταγήσεται αὐτῷ τὰ πάντα, ἀπολλύμενα, ἢ μένοντα; εἰ τὰ μὲν ὑποτασσόμενα τῷ υἱῷ, μένει· ὁ δὲ υἱὸς ὑποτασσόμενος τῷ πατρὶ, οὐ μένει; ὑποταγήσεται δὲ, οὐχ ὅτι τότε ἄρχεται πειθαρχεῖν τῷ πατρί· γὰρ ἀεὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιεῖ πάντοτε, ἀλλ' ὅτι καὶ τότε ὑπακούει, οὐκ ἀναγκαστὴν ὑπακοὴν ἔχων, ἀλλ' αὐτοπροαίρετον εὐπείθειαν· οὐ γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἵνα ἀνάγκῃ ὑποταγῇ· ἀλλὰ υἱός ἐστιν, ἵνα προαιρέσει καὶ φιλοστοργίᾳ πεισθῇ. ἐξετάσωμεν δὲ αὐτοὺς, τὸ ἄχρις οὗ ἔλθῃ, ἢ τὸ μέχρις οὗ ποταπόν ἐστιν· ἐγὼ γὰρ αὐτῇ τῇ λέξει ὁμοίως χωρήσας ἀνατρέψαι πειράσομαι τὴν πλάνην· ἐπειδὴ ἐτόλμησαν εἰπεῖν, ὅτι τὸ, μέχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, δηλοῖ αὐτοῦ τὸ τέλος. καὶ ἐτόλμησαν περιγράψαι τὴν αἰώνιον τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν καὶ καταπαῦσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκατάπαυστον ἐξουσίαν. φέρε τοίνυν ἀναγνῶμεν τὰ ὅμοια ἐν τῷ ἀποστόλῳ. ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως. ἄρα μέχρι τότε ἀπέθανον, καὶ οὐκέτι μετὰ Μωϋσέα τινὲς ἀπέθανον, ἢ μετὰ νόμον οὐκέτι θάνατος γέγονεν ἀνθρώπων; ἀλλὰ βλέπεις ὅτι τὸ μέχρι ῥητὸν, οὐ χρόνου ἐστὶ περιοριστικόν· ἀλλ' ὅτι τοῦτο μᾶλλον ἐδήλωσεν ὁ Παῦλος, καὶ ταῦτα Μωϋσέως δικαίου ὄντος καὶ θαυμαστοῦ ἀνδρός· ὅμως ἡ κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις θανατικὴ ἔφθασε καὶ ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς. καὶ

ταῦτα μὴ ἁμαρτήσαντας τὰ ὅμοια τῷ Ἀδὰμ ἐν τῇ παρακοῇ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως· ἄλλο γὰρ δέξαι ῥητὸν ὅμοιον· μέχρι γὰρ σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. τὸ μέχρι σήμερον ἆρα, μέχρι Παύλου μόνον, ἢ μέχρι σήμερον, καὶ ἕως τῆς συντελείας; ἐὰν δὲ λέγῃ Παῦλος Κορινθίοις, Ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, ἐλπίδα ἔχοντες αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, βλέπε σαφῶς, ὅτι τὸ ἄχρις οὐ τέλος ἐστὶν, ἀλλ' ἔχει τι ἐπακόλουθον. πῶς τοίνυν δεῖ σε μνημονεύειν τὸ ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθρούς· ὥσπερ ἀλλαχοῦ λέγει ὁ αὐτὸς Παῦλος, Καὶ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, δηλονότι διὰ παντός. ὥσπερ γὰρ ἀρχὴν τῶν ἡμερῶν τοῦ Χριστοῦ λέγειν οὐ χρὴ, οὕτω μηδὲ τέλος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ποτὲ λέγοντός τινος ἀνάσχῃ· βασιλεία γὰρ αἰώνιος γέγραπται. καὶ ἄλλας δὲ πλείονας μαρτυρίας ἔχων ἐκ τῶν θείων γραφῶν, περὶ τῆς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀτελευτήτου τοῦ Χριστοῦ βασιλείας, ἀρκεσθησόμεθα ταῖς προειρημέναις τέως διὰ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας. σὺ δὲ ὁ ἀκροατὴς, ἐκεῖνον βασιλέα προσκύνει μόνον, φυγὼν πᾶσαν αἱρετικὴν πλάνην. εἰ δὲ παράσχοι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις καὶ τὰ λείποντα τῆς πίστεως, κατὰ καιρὸν ὑμῖν ῥηθήσεται· ὁ δὲ τῶν ὅλων θεὸς πάντας ἡμᾶς διαφυλάξαι, μνημονεύοντας τῶν σημείων τῆς συντελείας, καὶ ἀκαταγωνίστους ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου μένοντας. ἔλαβες τὰ σημεῖα τοῦ μέλλοντος ἔρχεσθαι πλάνου· ἔλαβες καὶ ἀποδείξεις τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ τοῦ κατερχομένου φανερῶς ἐξ οὐρανῶν· τὸν μὲν, φεῦγε, τὸν ψευδῆ· τὸν δὲ, προσδόκα, τὸν ἀληθινόν. ἔμαθες τὴν ὁδὸν πῶς κρινόμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς εὑρεθῇς· τήρησον τὴν περὶ Χριστοῦ παραθήκην ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς διαπρέπων, ἵνα εὐπαρρησιάστως παραστὰς τῷ κριτῇ, βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσῃς, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ θεῷ σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

etiamſi ſimiliter, vt Adam non peccauerint, in præuaricatione ligni. Accipe autem & aliam ſimilem phraſim: nam vſque ad hodiernam diem, quando legitur Moyſes, velamen in cordibus illorum poſitum eſt. Nunquid igitur illud vſque ad Paulum, vel vſque ad hodiernum diem, & vſque ad conſummationem intelligendum? Si dicit Paulus Corinthiis: *Donec enim & vobis contendimus in Euangelio Christi: ſpem habentes creſcentis fidei, in his quæ de illa vobis prædicata ſunt.* Cernis apertè, quod iſtud, donec, finem non habet, ſed habet quiddam conſequens. Sic etiam memineris oportet illius: *Donec ponat inimicos.* Sicut alibi dicit ipſe Paulus. *Et adhortantes eos ſingulis diebus, donec dies eſt.* Manifeſtum eſt, quod ſemper, quemadmodum principium dierum Chriſti dicere non oportet, ſic finem regni eius, dicente fortè aliquo non attendas: Regnum enim illius, regnum æternum eſſe, ſcriptum eſt. Ac plura quoque alia ex ſacris ſcripturis teſtimonia, de æterno & nunquam finiendo Chriſti regno habeo: ſed propter temporis anguſtiam, hæc vobis ſufficiant. Tu autem auditor, illum Regem adora ſolum: fugiens omnem hæreticorum errorem. Quòd ſi Dei gratia conceſſerit, reliquum fidei ſuo tempore vobis explicabimus. Deus autem omnium & Dominus, omnes vos cuſtodiat, recordantes ſigna conſummationis, & inexpugnabiles ab Antichriſto maneatis. Accepiſti ſigna venturi ſeductoris: accepiſti demonſtrationes veri Chriſti, qui manifeſtè deſcenſurus eſt de cælis. Illum quidem fuge tanquàm falſum, hunc autem expecta, vti verum. Didiciſti viam quomodò iudicandus, in dextera inueniaris. Cuſtodi hoc de Chriſto depoſitum in operibus bonis decenter, vt confidenter aſſiſtas iudici, regnúmque cælorum hæredites in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem & cum quo gloria Patri cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Donec, conſequentiam notat.

2. Cor. 10 14.

CATECHESIS SEXTA ET DECIMA, illuminatorum Hieroſolymis extemporanea, de hoc: Et in Spiritum ſanctum paracletum, qui locutus eſt per prophetas. Et lectio ex prima ad Corinthios: De ſpiritualibus fratres nolo vos ignorare, &c.

1.Cor.12.1.

SPIRITALI verè opus eſt gratia, vt de Spiritu ſancto diſſeramus, non quòd pro dignitate id facere poſſimus, impoſſibile enim: ſed vt ea quæ ſunt è ſcripturis diuinis, dicentes, ſine periculo proſequamur. Valde enim terribile quiddam ſcriptum eſt in Euangelio, vbi dicitur: *Si quis dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ipſi, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Et eſt perſæpè verendum, ne quis vel ex ignorantia, vel ex opinione religionis dicat, quæ non conueniat de ipſo, & tradatur damnationi. Iudex viuorum & mortuorum Ieſus Chriſtus decreuit, quòd non habebit remiſſionem: ſi quis ceciderit, qualem habet ſpem? Ipſius igitur gratiæ Chriſti opus eſt, concedere, vt & nos diligenter loquamur, & vos prudenter audiatis. Opus enim eſt intellectu, non modò dicentibus, verùm etiam audientibus: ne alia audientes aliud mente concipiant. Dicemus itaque nos de Spiritu ſancto ea tantum, quę ſcripta ſunt: ſi quid autem ſcriptum non eſt, non ſcrutabimur curioſè. Ipſe Spiritus ſanctus elocutus eſt ſcripturas: ipſe etiam de ſeipſo dixit quantum voluit, aut quatenus fuimus capaces. Dicantur ergo quæcunque dixit: nam quæ ille non dixit, nos non audeamus. Vnus eſt tantùm Spiritus ſanctus, ille paracletus. Et ſicut vnus eſt Deus Pater, neque eſt ſecundus pater: & ſicut vnus eſt vnigenitus filius, & verbum Dei, fratrémque non habet: ſic vnus eſt tantùm ſanctus Spiritus, & alius non

Mat.12.32

De Spiritu ſancto non niſi quæ ſcripta loquendum.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ιϛʹ. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ

ἐν Ἱεροσολύμοις, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, καὶ εἰς ἓν ἅγιον πνεῦμα τὸ παράκλητον τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας· περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν· καὶ ἑξῆς.

ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΗΣ ἀληθῶς χρεία τῆς χάριτος, ἵνα περὶ πνεύματος ἁγίου διαλεχθῶμεν, οὐχ ἵνα κατ' ἀξίαν εἴπωμεν· ἀδύνατον γάρ· ἀλλ' ἵνα τὰ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν εἰπόντες ἀκινδύνως διέλθωμεν· φόβος γὰρ ἀληθῶς μέγας ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γέγραπται, τοῦ Χριστοῦ σαφῶς εἰρηκότος· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ ἔστι πολλάκις δέος μή ποτέ τις ἐξ ἀγνοίας, ἢ ἐκ νομιζομένης εὐλαβείας, εἰπὼν, ὃ μὴ χρὴ περὶ αὐτοῦ, λάβῃ τὴν καταδίκην. ὁ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπεφήνατο, ὅτι οὐκ ἔχει ἄφεσιν· ἐὰν πταίσῃ, ποίαν ἔχει τὴν ἐλπίδα; αὐτῆς οὖν ἂν εἴη Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτος ἔργον τὸ παρασχεῖν, καὶ ἡμῖν ἀλείπτως εἰπεῖν, καὶ ὑμῖν ἐν συνέσει ἀκούειν· χρεία γὰρ συνέσεως, οὐ μόνον τοῖς λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν, ἵνα μὴ ἄλλα ἀκούοντες, ἄλλως παρεκδέχωνται ἐν διανοίᾳ. λεγέσθω τοίνυν ὑφ' ἡμῶν περὶ ἁγίου πνεύματος τὰ γεγραμμένα. εἰ δέ τι μὴ γέγραπται, μὴ πολυπραγμονῶμεν· αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε τὰς γραφάς· αὐτὸ καὶ περὶ αὐτοῦ εἴρηκεν ὅσα ἐβούλετο, καὶ ὅσα ἐχωροῦμεν· λεγέσθω οὖν ἃ εἴρηκεν. ὅσα γὰρ οὐκ εἴρηκεν, ἡμεῖς οὐ τολμῶμεν. ἕν ἐστι μόνον τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁ παράκλητος. καὶ ὥσπερ εἷς ἐστιν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ οὐκ ἔστι δεύτερος πατήρ· καὶ ὥσπερ εἷς ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἀδελφὸν οὐκ ἔχει, οὕτως ἕν ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα μόνον, καὶ δεύτερον

οὐκ ἔστι πνεῦμα ἰσότιμον αὐτῷ. ἔστιν οὖν τὸ ἅγιον πνεῦμα μεγίστη δύναμις, θεῖόν τι καὶ ἀνεξιχνίαστον. ζῇ γὰρ καὶ λογικόν ἐστιν, ἁγιαστικὸν τῶν ὑπὸ θεοῦ γεγραμμένων ἁπάντων διὰ Χριστοῦ. τοῦτο φωτίζει τὰς ψυχὰς τῶν δικαίων· τοῦτο καὶ ἐν προφήταις· τοῦτο καὶ ἐν ἀποστόλοις ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ. μισείσθωσαν οἱ χωρίζειν τολμῶντες τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης δεσπότης· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐν παλαιᾷ προφητευθεὶς, καὶ ἐν καινῇ παραγενόμενος· καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, διὰ προφητῶν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ κήρυξαν. ἐλθόντος δὲ τοῦ Χριστοῦ καταβὰν, καὶ ἐπιδεῖξαν αὐτόν. μηδεὶς οὖν χωριζέτω τὴν παλαιὰν ἀπὸ τῆς καινῆς διαθήκης. μηδεὶς λεγέτω ὅτι ἄλλον τὸ πνεῦμα ἐκεῖ, καὶ ἄλλον ὧδε· ἐπεὶ προσκρούει τῷ ἁγίῳ αὐτῷ πνεύματι, τῷ μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ τετιμημένῳ, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι συμπεριλαμβανομένῳ. ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς τοῖς ἀποστόλοις εἴρηκε σαφῶς· πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡ ἐλπὶς ἡμῶν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. οὐ τρεῖς θεοὺς καταγγέλλομεν· φιμούσθωσαν γὰρ Μαρκιωνισταί· ἀλλὰ σὺν ἁγίῳ πνεύματι, δι' ἑνὸς υἱοῦ ἕνα θεὸν καταγγέλλομεν· ἀδιαίρετος ἡ πίστις· ἀχώριστος ἡ εὐσέβεια. οὔτε χωρίζομεν τὴν ἁγίαν τριάδα, ὥς τινες, οὔτε συναλοιφὴν, ὡς Σαβέλλιος ἐργαζόμεθα. ἀλλ' οἴδαμεν εὐσεβῶς ἕνα πατέρα τὸν ἀποστείλαντα ἡμῖν σωτηρίαν τὸν υἱόν· οἴδαμεν ἕνα υἱὸν τὸν ἐπαγγελλόμενον πέμψειν παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν παράκλητον· οἴδαμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λαλῆσαν ἐν προφήταις, καὶ ἐν τῇ πεντηκοστῇ κατελθὸν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐνταῦθα ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ τῶν ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ. πάντων γὰρ παρ' ἡμῖν ἐστι τὰ ἀξιώματα. ἐνταῦθα Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν κατῆλθε· καὶ πρεπωδέστατον μὲν ἀληθῶς ἦν, ὥσπερ τὰ περὶ Χριστοῦ καὶ τοῦ Γολγοθᾶ ἐν τῷ Γολγοθᾷ τούτῳ λέγομεν, οὕτω καὶ περὶ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ λέγειν ἐκκλησίᾳ· ἐπειδὴ

eſt ſpiritus æqualis cum illo dignitatis. Eſt autem Spiritus ſanctus maxima potentia, diuinum quiddam, & inueſtigabile: viuit enim, & rationalis eſt, ſanctificans per Chriſtum omnes, qui ſunt à Deo conſcripti. Hic illuminat animas iuſtorum, hic & in prophetis, hic & in Apoſtolis noui teſtamenti fuerat. Odio habeantur, qui audent ſeparare Spiritus ſancti operationem: Vnus Deus pater, veteris & noui teſtamenti Dominus: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, in veteri per prophetas prædictus, & in nouo veniens. Et vnus Spiritus ſanctus, qui per prophetas de Chriſto prædicabat: adueniente autem Chriſto, deſcendit & monſtrauit ipſum. Nemo itaque ſeparet vetus à nouo teſtamento: nemo dicat, quòd alius illic ſpiritus, & alius hîc: alioquin reſiſtet Spiritui ſancto, cum patre & filio honorando, & baptiſmatis tempore in ſancta trinitate comprehenſo. Filius enim Dei vnigenitus apertè dixit Apoſtolis: *Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti.* Spes noſtra eſt in patre, & filio & ſpiritu ſancto. Non tres Deos annuntiamus: obmuteſcant enim Marcioniſtæ: ſed cum Spiritu ſancto, per vnum filium, vnum Deum prædicamus. Indiuiſa eſt fides, inſeparabilis pietas. Neque ſeparamus ſanctam Trinitatem, ſicut quidam: neque contrahimus, ſicut Sabellius: ſed agnoſcimus eam religiosè: vnum patrem, qui miſit nobis Saluatorem filium, promittentem mittere à patre Spiritum ſanctum paracletum. Scimus Spiritum ſanctum, qui locutus eſt per prophetas, & in die Pentecoſtes deſcendit ſuper Apoſtolos, in ſpecie ignearum linguarum, hîc Hieroſolymis in ſuperiori Apoſtolorum Eccleſia. Omnium enim apud nos ſunt inſignia. Hîc Chriſtus de cælo deſcendit, illic Spiritus ſanctus. Ac maximè ſanè decebat, ſicut quæ Chriſtus egit in Golgotha, etiam in eodem Golgotha prædicamus: ſic & de ſancto Spiritu in ſuperiori illa dicere Eccleſia. Quoniam

Spiritus ſanctus quid ſit

Mat. 28. 19

Apoſtolorũ templũ Hieroſolymis erat.

autem ille quid illic deſcendit, fruitur etiam hîc gloria crucifixi, itaque & de eo qui illic deſcenderat, hîc prædicamus. Indiuiſibilis enim eſt pietas. Volumus ergo deinceps aliqua dicere de ſancto Spiritu, non quò exactè ſubſtantiam eius enarremus. Impoſſibile enim. Sed dicemus de diuerſis ab illo progreſſibus, ne quando per ignorantiam in eis aberremus. Prædicamus vias erroris, vt vna regali via incedamus. Quòd ſi dictum aliquod ab hæreticis, cautionis ergo explicabimus, hoc in caput illorum redundet: nos verò ſimus immunes, qui dicimus, & vos qui auditis. Nam impiiſſimi omnium hæretici, etiam contra Spiritum ſanctum acuerunt linguam, & auſi ſunt dicere nefanda: quemadmodum Irenæus interpres in inſtitutionibus contra hæreſes, ſcripſit. Ac alij quidem ſeipſos eſſe ſpiritum, auſi ſunt dicere: quorum primus eſt Simon magus, de quo in Actis Apoſtolorum: Reprobus enim factus, talia docere auſus eſt. Alij autem, qui vocabantur Gnoſtici, homines impij, alia quædam abſurda de Spiritu ſancto affirmabant. Contrà, alia improbi Valentiniani. Manes autem ſceleratiſſimus, ſeipſum eſſe à Chriſto miſſum paracletum auſus eſt dicere. Rurſus alij aſſerebant, alium in prophetis eſſe, alium in nouo teſtamento. Adeò diuerſus eſt illorum error, vel potiùs blaſphemia. Oderis igitur tales, & fuge, qui blaſphemant contra Spiritum ſanctum, & nullam habent peccatorum condonationem. Quæ enim tibi iam in Spiritu ſancto baptizato cum deſperatis communio? Si pœnæ eſt obnoxius, qui adhæret furi, & verſatur cum illo, quam ſpem habebit, qui Spiritu ſancto aduerſatur? Odio proſequantur Marcioniſtæ, qui ſublata volunt verba veteris teſtamenti. Primus enim impiiſſimus Marcion, primus inquam, qui tres eſſe Deos aſſerebat, & cùm de Chriſto multa prophetarum teſtimonia nouo teſtamento citari videret, abſtulit illa ex lege veteri teſtimonia, vt Rex Chriſtus abſque teſtimonio eſſet. Pu-

Irenæi inſtitutiones contra hæreſes.

Gnoſtici.

Manes.

Marciō tres Deos eſſe dicebat.

δὲ τῆς

δὲ τῆς δόξης τοῦ ἐνταῦθα σταυρωθέντος συναπολαύῃ τὸ ἐκεῖ κατελθόν. οὕτω τὰ περὶ τοῦ ἐκεῖ κατελθόντος ἐνταῦθα λαλοῦμεν. ἀμέριστος γὰρ ἐστιν εὐσέβεια. βουλόμεθα λοιπὸν τινὰ εἰπεῖν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὐχὶ διηγήσασθαι τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ ἀκριβῶς· ἀδύνατον γάρ· ἀλλ' εἰπεῖν τὰς διαφόρους αὐτοῦ παρεκτροπάς, ἵνα μή ποτε ἐξ ἀγνοίας ἐκείνων κατενεχθῶμεν, ἐπικόψω τὰς τῆς πλάνης ὁδούς, ἵνα μίαν ὁδὸν βασιλικὴν ὁδεύσωμεν· εἰ δέ τι ῥηθὲν ὑπὸ τῶν αἱρέσεων, νῦν διηγούμεθα δι' ἀσφάλειαν, τοῦτο κατὰ τῆς ἐκείνων προτρεπέσθω κεφαλῆς. ἀθῷοι τε εἴημεν, οἵ τε λέγοντες ἡμεῖς, καὶ ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες· οἱ γὰρ περὶ πάντα ἀνοσιώτατοι αἱρετικοί, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὤξυναν γλῶσσαν, καὶ ἐτόλμησαν τὰ ἀθέμιτα. καθὼς Εἰρηναῖος ὁ ἐξηγητὴς ἐν τοῖς προστάγμασι τοῖς πρὸς τὰς αἱρέσεις ἔγραψεν· οἱ, ἑαυτοὺς εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰπεῖν τολμήσαντες, ὧν πρῶτος Σίμων ὁ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων μάγος· ἀποβληθεὶς γὰρ τὰ τοιαῦτα διδάσκειν ἐτόλμησεν· οἱ δὲ Γνωστικοὶ καλούμενοι καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἕτερα κατὰ τοῦ πνεύματος ἐφθέγξαντο· Οὐαλεντινιανοὶ δὲ οἱ παράνομοι, καὶ ἕτερα· ὁ δὲ δυσσεβὴς Μάνης, ἑαυτὸν εἶναι τὸν ὑπὸ Χριστοῦ πεμφθέντα παράκλητον εἰπεῖν ἐτόλμησεν· ἕτεροι δέ, ἄλλον ἐν προφήταις εἶναι, καὶ ἄλλον ἐν καινῇ. καὶ πολλή δέ τις αὐτῶν ἡ πλάνη, μᾶλλον δὲ ἡ βλασφημία· μίσησον τοίνυν τοὺς τοιούτους, καὶ φεῦγε τοὺς βλασφημοῦντας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἄφεσιν οὐκ ἔχοντας. τίς σοι πρὸς τοὺς ἀνελπίστους κοινωνία τῷ βαπτισθησομένῳ νῦν, καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον· εἰ ὁ κολλώμενος τῷ κλέπτῃ καὶ συντρέχων ὑπὸ τιμωρίαν ἐστίν, ὁ προσκρούων πνεύματι ἁγίῳ ποίαν ἕξει τὴν ἐλπίδα; μισίσθωσαν καὶ Μαρκιωνισταί, οἱ περιελόντες τὰ ῥήματα τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἀπὸ τῆς καινῆς. πρῶτος γὰρ Μαρκίων ὁ ἀθεώτατος, ὁ πρῶτος τρεῖς θεοὺς εἰπών, εἰδὼς ὅτι ἔγκεινται ἐν τῇ καινῇ μαρτυρίαι περὶ Χριστοῦ, τῶν προφητῶν, περιέκοψε τὰς ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης μαρτυρίας, ἵνα ἀμάρτυρος μείνῃ ὁ βασιλεύς· μι-

σθωσαν οἱ προειρημένοι γνωστικοὶ μὲν ὀνόματι, τῆς δὲ ἀγνωσίας πεπληρωμένοι, τολμήσαντες τοιαῦτα εἰπεῖν περὶ ἁγίου πνεύματος, ἅπερ ἐγὼ λέγειν οὐ τολμῶ. μισείσθωσαν οἱ κατὰ Φρύγας, καὶ Μοντανὸς, ὁ τῶν κακῶν ἔξαρχος, καὶ δύο δῆθεν αὐτοῦ προφήτιδες, Μαξιμίλλα καὶ Πρισκίλλα· ὁ γὰρ Μοντανὸς οὗτος ὁ παρεξεστηκὼς, καὶ μανιώδης ἀληθῶς· οὐ γὰρ ἂν εἶπε τοιαῦτα, εἰ μὴ ἐμαίνετο· ἐτόλμησεν εἰπεῖν ἑαυτὸν εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁ ἀθλιώτατος, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας καὶ ἀσελγείας πεπληρωμένος. αὔταρκες γὰρ τοῦτο διὰ συσσήμων εἰπεῖν, τῶν παρουσῶν γυναικῶν σεμνότητος ἕνεκεν, καὶ Πέπουζαν μικρότατον κωμύδριον ἐν τῇ Φρυγίᾳ καταλαβὼν, καὶ ψευδῶς Ἱερουσαλὴμ ὀνομάσας τοῦτο, καὶ ἀθλιώτατα παιδία γυναικῶν μικρὰ σφάττων καὶ κατακόπτων εἰς ἀθέμιτον βρῶσιν, προφάσει τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς μυστηρίων· διὸ, μέχρις πρώην ἐν τοῖς διωγμοῖς τοῦτο ποιεῖν ἡμεῖς ὑποπτευόμεθα, διὰ τὸ ἐκείνους τοὺς Μοντανοὺς, ψευδῶς μὲν, ὁμωνύμως δὲ καλεῖσθαι Χριστιανούς· ἐτόλμησεν ἑαυτὸν εἰπεῖν ἅγιον πνεῦμα, ὁ πάσης ἀσεβείας καὶ ἀπανθρωπίας πεπληρωμένος, ἀναπολόγητον ἔχει τὴν καταδίκην. ἐπηγωνίσατο, καθὼς προείρηται καὶ ὁ δυσσεβέστατος Μάνης, ὁ τὰ τῶν αἱρέσεων πασῶν κακὰ συνειληφώς. καὶ ἔστιν τελευταῖος βόθρος ἀπωλείας τυγχάνων, τὰ πάντα συλλέξας ὁμοῦ τῶν αἱρετικῶν, καινοτέραν εἰργάσατο καὶ ἔδειξε πλάνην· ἐτόλμησέ τε εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ παράκλητος, ὃν ἐπηγγείλατο Χριστὸς ἀποστέλλειν· ἀλλ' ὁ σωτὴρ ἐπαγγελλόμενος, εἶπε τοῖς ἀποστόλοις· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε ἐξ ὕψους δύναμιν. τί οὖν, ἄρα οἱ τελευτήσαντες ἀπόστολοι ἀπὸ διακοσίων ἐτῶν, ἐξεδέχοντο τὸν Μάνην, ἕως ἂν ἐνδύσωνται τὴν δύναμιν; καὶ τολμήσει τις εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἦσαν ἔκτοτε πλήρεις ἁγίου πνεύματος; καὶ μὴν γέγραπται ὅτι, τότε ἐπετίθεσαν τὰς χεῖρας, καὶ ἐλάμβανον πνεῦμα ἅγιον· ἄρα οὐχὶ πρὸ τοῦ Μάνη καὶ πρὸ πολλῶν ἐτῶν τοῦτο ἐγίνετο, κατελθόντος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος;

deſiant & prædicti iam Gnoſtici quidem, ſeu ſcientes nomine, pleni autem ignorantia, qui hæc de Spiritu ſancto dicere audent, quæ ego nec nominare auſim. Odioſi ſint Cataphryges & Montanus, malorum dux, atque ſcilicet binæ illius prophetiſſæ, Maximilla & Priſcilla. *Montani prophetiſſæ.* Montanus enim iſte mente captus, & verè inſanus (neque enim ſi ſanus eſſet, iſta doceret) ſeipſum eſſe Spiritum ſanctum, homo abiectiſſimus, & omni immunditia, fœditatéque refertus, auſus eſt aſſerere. Sufficit enim hoc per ſigna quædam indicare, propter mulierum præſentium reuerentiam. cumque perexiguum quendam in Phrygia viculum occupaſſet Pepuzam, & falſo illum Hieruſalem nominaſſet, parnulos pueros iugulabat, & concidebat in eſcam nefariam, prætextu eorum, quæ apud illos vocantur myſteria. Propterea hactenus in perſecutionibus hoc ipſum nos facere gentes ſuſpicabantur, eò quòd & Montaniſtæ, quamuis falsò, eodem tamen Chriſtianorum nomine vocabantur. Auſus eſt ſeipſum appellare Spiritum ſanctum, homo impietate omni & inhumanitate plenus: ergo inexcuſabili traditus eſt damnationi. Contendebat idem, vt prædictum eſt, & Manes ſceleratiſſimus, qui mala hæreſeon ſummatim comprehendens, in ſummum perditionis barathrum euaſit: atque omnia colligens, ſimul abſurdiſſimum peperit, & docuit hæreticorum errorem: auſúſque eſt dicere, ſeipſum eſſe paracletum, quem Chriſtus mittere promiſit. Atqui Saluator promittens dicebat Apoſtolis: *Vos manete Hieroſolymis, donec induamini virtute ex alto.* *Luc. 24. 49* Quid igitur? nunquid Apoſtoli ab ducentis annis defuncti, expectabant Manem, donec illius virtutem induerent? Audebit ne quiſquam dicere, quòd non erant tunc pleni Spiritu ſancto? Atqui ſcriptum eſt: *Tunc imponebant manus, & accipiebant Spiritum ſanctum.* *Act. 8. 17.* Nunquid nobis non multis ante Manem annis hoc factum eſt: cùm in die Pentecoſtes deſcendiſſet Spiritus ſanctus?

Quare damnatus eſt Simon Magus? Num non ideò, quòd accedens ad Apoſtolos dixit: *Date mihi hanc po-*
Ibid. 19. *teſtatem, vt cuicunque manus impoſuero, Spiritum ſan-ctum accipiat?* Non enim dixit: Date mihi Spiritus ſancti communionem, ſed poteſtatem: vt aliis venderet, quod non erat venale, quod ipſe non emerat. Et adferebat pecuniam nihil poſſidere volentibus: etiam ſi videret illos, qui rerum venditarum
Apoſtoli nolebant quicquam poſſidere. pretia adferebant, & ante pedes Apoſtolorum proiiciebant: neque tamen id reputabat, quòd illi, qui pedibus diuitias ad pauperum alimenta oblatas conculcabant, Spiritus ſancti poteſtatem pro mercede aliqua non eſſent tradituri. Illi autem, inquiunt, di-
Ibid. 20. cunt Simoni: *Argentum tuum ſit tibi in perditionem: quia donum Chriſti pecuniis te conſequi poſſe putaſti.* Alter tu Iudas, argento gratiam te Spiritus ſancti empturum exiſtimaſti. Si igitur Simon pretio volens conſequi Spiritus ſancti virtutem, abiit in perditionem. Manes qui ſeipſum dixit eſſe Spiritum ſanctum, quanta eſt præditus impietate? Oderimus qui digni ſunt odio: auerſemur eos, quos auerſatur Deus. Dicamus & ipſi confidenter ad Deum vniuerſorum de omnibus
Pſal 138 21 hæreticis: *Nonne odio te habentes oderam Domine, & ſuper*
Inimicitiæ quædã ſunt bonæ. *inimicos tuos tabeſcam?* Sunt enim & inimicitiæ quædam bonæ, quemadmodùm ſcriptum eſt: *Et ponam inimici-*
Gen. 3. 15. *tias inter te, & inter ſemen tuum.* Amicitia enim, quæ eſt cum ſerpente, inimicitiam Dei & mortem efficit. Hæc igitur de perditis illis dicta ſunto. Deinceps autem ſcripturas diuinas aggrediamur, & bibamus
Pro. 5. 15. aquas de vaſis noſtris, & de puteorum noſtrorũ fonte. Bibamus de aqua viua ſaliente in vitam æternam. Hoc enim dixerat Saluator de Spiritu ſancto, quem acce-
Ioh. 7. 38. pturi erant credentes in ipſum. Vide quid dicat: *Qui credit in me*, non ſimpliciter, *ſed vt dicit ſcriptura* (re-
Deut. 18. 15 mittens te ad vetus teſtamentum) *flumina de ventre eius fluent aquæ viuentis.* Non flumina ſenſilia, terram ſpiniferam, & ligniferam irrigantia: ſed animam

διὰ τί κατεκρίθη Σίμων ὁ μάγος; ἆρ' οὐ προσελθὼν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ εἰπών, δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον; οὐ γὰρ εἶπε, δότε κἀμοὶ πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, ἀλλ' ἐξουσίαν, ἵνα ἄλλοις πιπράσκῃ τὸ ἄπρατον, ὃ αὐτὸς μὴ ἐκέκτητο· καὶ ἀργύρια προσήνεγκε τοῖς ἀκτήμοσι· καὶ ταῦτα βλέπων τοὺς προσφέροντας τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ τιθέντας παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· καὶ οὐκ ἐλογίσατο ὅτι, οἱ ποσὶ καταπατοῦντες τὸν πλοῦτον, προσενεχθέντα εἰς τροφὰς τῶν πτωχῶν, οὗτοι οὐκ ἂν ἐπὶ μισθῷ ἔδοσαν ἐξουσίαν πνεύματος ἁγίου· οἱ δὲ τί φασι τῷ Σίμωνι; τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι· δεύτερος Ἰούδας, διὰ τῶν ἀργυρίων προσδοκήσας πιπράσκειν τὴν χάριν τοῦ πνεύματος. εἰ οὖν ὁ Σίμων θελήσας μισθῷ λαβεῖν τὴν ἐξουσίαν, εἰς ἀπώλειάν ἐστι, Μάνης ὁ ἑαυτὸν εἰπὼν τὸ πνεῦμα εἶναι τὸ ἅγιον, πόσην ἔχει τὴν ἀσέβειαν; μισήσωμεν τοὺς μίσους ἀξίους· ἀποστραφῶμεν, οὓς ἀποστρέφεται ὁ θεός. εἴπωμεν καὶ αὐτοὶ μετὰ παρρησίας πάσης τῷ θεῷ περὶ πάντων αἱρετικῶν· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; ἔστι γὰρ καὶ ἔχθρα καλή, καθὼς γέγραπται· καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς· ἡ γὰρ πρὸς τὸν ὄφιν φιλία, ἔχθραν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θάνατον κατεργάζεται. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν περὶ τῶν ἀποβεβλημένων εἰρήσθω· λοιπὸν δὲ εἰς τὰς θείας γραφὰς ἐπανέλθωμεν· καὶ πίνωμεν ὕδατα ἀπὸ ἡμετέρων ἀγγείων ἁγίων πατέρων, καὶ ἀπὸ ἡμετέρων φρεάτων πηγῆς· πίνωμεν ἀπὸ ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ σωτὴρ περὶ τοῦ πνεύματος. οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· βλέπε γὰρ τί λέγει. ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ἀνέπεμψέ σε εἰς τὴν παλαιὰν διαθήκην· ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος· οὐ ποταμοὶ αἰσθητοὶ γῆν ἁπλῶς ἀκανθοφόρον καὶ ξυλοφόρον ποτίζοντες, ἀλλὰ ψυχὰς

φωταγωγούμενοι· καὶ ἀλλαχοῦ φησίν· Ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· καινόπερ ὕδωρ ζῶν καὶ ἀλλόμενον· ἀλλόμενον δὲ ἐπὶ τοὺς ἀξίους· καὶ διὰ τί ἄρα τὴν πνευματικὴν χάριν ὕδωρ ὠνόμασεν; ἐπειδὴ δι' ὕδατος ἡ σύστασις τῶν ἁπάντων· ἐπειδὴ χλοοποιὸν, καὶ ζωοποιόν ἐστι τὸ ὕδωρ· ἐπειδὴ ἐξ οὐρανῶν κατέρχεται τὸ τῶν ὄμβρων ὕδωρ· ἐπειδὴ μονοειδὲς μὲν κατέρχεται, πολυειδῶς δὲ ἐνεργεῖ. μία μὲν γὰρ πηγὴ ὅλον τὸν παράδεισον ἐπότιζε· καὶ αὐτὸς ὁ ὑετὸς κατέρχεται ἐν πάντῃ τῷ κόσμῳ· καὶ γίνεται, λευκὸς μὲν, ἐν κρίνῳ· ἐρυθρὸς δὲ ἐν ῥόδῳ· πορφυραῖος δὲ ἐν ἴοις καὶ ὑακίνθοις· καὶ διάφορος καὶ ποικίλος ἐν παντοίοις εἴδεσι. καὶ ἐν φοίνικι μὲν, ἄλλος· καὶ ἐν πᾶσι τὰ πάντα, μονοειδὴς ὢν, καὶ οὐκ ὢν, ἄλλος αὐτὸς ἑαυτοῦ· οὐ γὰρ μεταβάλλων ἑαυτὸν ὁ ὑετὸς ἄλλος καὶ ἄλλος κατέρχεται, ἀλλὰ τῇ τῶν ὑποδεχομένων κατασκευῇ συμπεριφερόμενος ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον γίνεται· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἓν ὂν καὶ μονοειδὲς καὶ ἀδιαίρετον ἑκάστῳ διαιρεῖ τὴν χάριν καθὼς βούλεται· καὶ ὥσπερ τὸ ξηρὸν ξύλον ὕδατι κοινωνῆσαν, βλαστοὺς ἐκδίδωσιν· οὕτω καὶ ἡ ἐν ἁμαρτίαις ψυχὴ διὰ μετανοίας ἁγίου πνεύματος καταξιωθεῖσα, βότρυας ἐκφέρει δικαιοσύνης· μονοειδὲς δὲ ὄν, πολλὰς νεύματι θεοῦ καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ τὰς ἀρετὰς ἐνεργεῖ. τινὸς μὲν γὰρ συγκέχρηται γλώσσῃ πρὸς σοφίαν· ἄλλου φωτίζει τὴν ψυχὴν ἐν προφητείᾳ· ἄλλῳ δὲ δίδωσι δύναμιν ἀπελάσαι δαίμονας· ἄλλῳ δὲ δίδωσιν ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας γραφάς· ἄλλου τὴν σωφροσύνην ἐνισχύει· ἄλλον διδάσκει τὰ περὶ ἐλεημοσύνης· ἄλλον διδάσκει νηστεύειν καὶ ἀσκεῖν· ἄλλον διδάσκει καταφρονεῖν τῶν τοῦ σώματος πραγμάτων· ἄλλον ἑτοιμάζει πρὸς μαρτύριον· ἄλλον ἐν ἄλλοις· αὐτὸ δὲ οὐκ ἄλλο ἑαυτοῦ καθὼς γέγραπται· ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον· ἄλλῳ δὲ δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεως·

illuminantia. Et alibi dicit: *Sed aqua, quam ego dabo ipſi, erit fons in ipſo aquæ viuentis, ſalientis in vitam æternam.* Nouum aquæ genus, quæ viuit & ſalit: ſalit autem tantùm in dignos. Quid ita? nunquid ſpiritalem gratiam aquam nominauit? Quandoquidem per aquam omnium eſt conſiſtentia: quandoquidem herbæ, & animantia fiunt ex aqua: quòd aqua eſt cauſa auri, quòd de cælis deſcendit imbrium aqua: quoniam cùm ipſa quidem vna in ſpecie deſcendit, multas autem ſpecies efficit. Nam & paradiſum totum fons vnus irrigat, & vna pluuia in vniuerſum deſcendit mundum, quæ alba quidem fit in ſpinis, rubra autem in roſis, purpurea verò in hyacinthis, ac in diuerſis ſpeciebus diuerſa, & in omnibus fit omnia: cùm ipſa nihilominus eadem, eiuſdémque ſit ſpeciei. Neque enim ſeipſam tranſmutans pluuia, alia & alia deſcendit, ſed cuicunque naturæ ſeſe adiunxerit, illi fit incrementum. Sic & Spiritus ſanctus, cùm ſit vnus & idem, & non diuiſibilis, vnicuique diuidit gratiam prout vult. Et quemadmodum aridum lignum aqua participans, flores emittit: ſic & anima peccatrix per pœnitentiam Spiritu ſancto digna reddita, iuſtitiæ racemos progenerat. Et cùm ipſa ſit vniformis, multas nutu Dei, & in nomine Chriſti virtutes operatur. Nam alterius quidem linguæ ſeſe accommodat ad ſapientiam: alterius autem animam illuminat in prophetia. Alij datur poteſtas eiiciendi dæmones, alij verò datur facultas interpretandi ſcripturas diuinas: alius temperantiam corroborat: alium inſtituit ad eleemoſynam: alium docet ieiunare, & exerceri ad pietatem, & res corporeas contemnere: alium præparat ad martyrium, atque ſic alia in aliis operatur, ipſe non alius fit à ſeipſeipſo, ſicut ſcriptum eſt: *Vnicuique autem manifeſtatio ſpiritus datur ad vtilitatem: alij enim per ſpiritum datur ſermo ſcientiæ, ſecundùm eundem Spiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij gratia curationum in vno ſpiritu: alij operationes virtutum,*

Aqua in omnibus creſcentibus.

Spiritus vnius varia dona.

1. Cor. 12. 7.

alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum. Omnia autem hæc operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens vnicuique prout vult. Sed cùm de ſpiritu ſimpliciter multa & diuerſa ſcripta ſint in diuinis ſcripturis, ac metuendum ſit, ne quis ex ignorantia in aliquem de Spiritu ſancto errorem deueniat, ignorans de quali ſpiritu id ſcriptum ſit: bonum eſt nunc eum præmunire, qualem eſſe dicat ſcriptura Spiritum ſanctum. Quemadmodum enim & Aaron vocatur Chriſtus, & Dauid & Saul, & alij Chriſti vocantur, vnus tamen eſt verus Chriſtus: ſic & appellatio ſpiritus, cùm de rebus diuerſis dicatur: pulchrum eſt videre, quid ſit peculiariter Spiritus ſanctus. Multa enim ſpiritus vocantur. Et angelus vocatur ſpiritus. Anima noſtra vocatur ſpiritus. Ventus hic flans vocatur ſpiritus: & virtus magna, vocatur ſpiritus: & ſpiritus immundus, vocatur ſpiritus. Animaduerte igitur hæc audiens, ne propter nominis ſimilitudinem, alterum pro altero cogites. De noſtra anima dicit ſcriptura: *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam.* Ac rurſus de eadem dicit: *Qui creat ſpiritum hominis in ipſo.* De angelis verò dicit in pſalmis: *Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.* De vento autem: *Spiritu*, inquit, *vehementi conteres naues Tharſis*: Et, *Quemadmodum lignum in ſylua à ſpiritu agitatur*: *Et ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum.* De bona autem doctrina, ipſe Dominus dicit: *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Spiritus ſanctus qui loquitur linguis, & viuens eſt, eloquentiam præbens, & ipſe diſſerit. Et vis noſſe, quòd cum hominibus verſetur, & colloquatur? Philippus ex angeli reuelatione deſcendit in viam, quæ ab Hieroſolymis ducit Gazam, quando Eunuchus ille aduentabat. Et dixit ſpiritus Philippo: *Accede, & adiunge te currui huic.* Cernis loquentem ſpiritum audienti? Et Ezechiel ſic dicit: *Et factus eſt ſuper me Spiritus Domini, & dixit ad me: Hæc*

Spiritus de multis prædicatur. — *Pſal. 145. 4* — *Eccleſ. 17. 6* — *Pſal. 103. 4* — *Pſal. 47. 8.* — *Spiritus ſanctus loquitur, & loqui facit.* — *Act. 8. 29.* — *Eze. 11. 2.*

ἄλλῳ δὲ προφητεία· ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων· ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα διαιροῦν ἰδία ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ πνεύματος ἁπλῶς πολλὰ καὶ διάφορα γέγραπται ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς· καὶ δέος ἐστὶ μή ποτε τὶς ἐξ ἀγνωσίας εἰς σύγχυσιν ἔλθῃ, ἀγνοῶν περὶ ποίου πνεύματός ἐστι τὸ γεγραμμένον· καλῶς ἔχει νῦν ἀσφαλίσασθαι ποῖον λέγει ἡ γραφὴ εἶναι τὸ ἅγιον· ὥσπερ γὰρ καλεῖται Χριστὸς Ἀαρὼν καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ ἄλλοι Χριστοὶ καλοῦνται· μόνος δέ ἐστιν ὁ ἀληθῶς ὁ Χριστός. οὕτω καὶ τῆς τοῦ πνεύματος προσηγορίας περὶ διαφόρων πραγμάτων εἰρημένης, καλόν ἐστιν ἰδεῖν τί ἐστι τὸ ἰδιαζόντως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καλεῖται γὰρ πνεύματα πολλά, ἡ ψυχὴ ἡμῶν καλεῖται πνεῦμα· καὶ ὁ ἄνεμος οὗτος ὁ πνέων καλεῖται πνεῦμα· καὶ ἀρετὴ μεγάλη καλεῖται πνεῦμα, καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα καλεῖται πνεῦμα. βλέπε τοίνυν ἀκούων ταῦτα, μή ποτε νομίσῃς ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας ἀνθ' ἑτέρου ἕτερον. περὶ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας λέγει ἡ γραφή· ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ· καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ψυχῆς λέγει πάλιν· ὁ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ· περὶ δὲ τῶν ἀγγέλων ἐν ψαλμοῖς φησίν· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· περὶ δὲ τοῦ ἀνέμου φησίν· ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς· καὶ ὃν τρόπον ἐν δρυμῷ ξύλον ὑπὸ πνεύματος σαλευθῇ· καὶ, πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος πνεῦμα καταιγίδος· περὶ δὲ τῆς καλῆς διδασκαλίας αὐτὸς ὁ κύριος λέγει· τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστιν· ἀντὶ τοῦ πνευματικά ἐστι· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ λαλεῖται διὰ γλώσσης, ἀλλὰ ζῶν ἐστι, παρέχον σοφῶς τὸ λαλοῦν καὶ ὁμιλοῦν αὐτό. καὶ θέλεις γνῶναι ὅτι ὁμιλεῖ καὶ λαλεῖ· Φίλιππος ἐξ ἀποκαλύψεως ἀγγέλου κατῆλθεν εἰς τὴν ὁδὸν τὴν ἀποφέρουσαν εἰς Γάζαν, ὅτε ὁ εὐνοῦχος ἤρχετο· καὶ εἶπε τὸ πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ, πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ· βλέπεις λαλοῦν τὸ πνεῦμα τῷ ἀκούοντι· καὶ Ἰεζεκιὴλ λέγει οὕτως. ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα κυρίου, καὶ εἶπε πρός με· τάδε λέγει κύριος·

καὶ πάλιν· Εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀποστόλοις· ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτοὺς· βλέπεις πνεῦμα ζῶν, ἀφορίζον, καὶ προσκαλούμενον, καὶ ἐξουσιαστικῶς ἀποστέλλον; καὶ Παῦλος ἔλεγε. πλὴν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον· ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσιν· ὁ γὰρ καλός ἐστι τῆς ἐκκλησίας ἁγιοποιὸς, καὶ βοηθὸς καὶ διδάσκαλος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ παράκλητος, περὶ οὗ εἶπεν ὁ σωτὴρ, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα· οὐκ εἶπε, διδάξει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπομνήσει ὅσα εἶπον ὑμῖν· οὐ γὰρ ἄλλα Χριστοῦ διδάγματα, καὶ ἄλλα ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ τὰ αὐτά· προεμαρτύρατο τῷ Παύλῳ τὰ συμβησόμενα· ἵνα εὔθυμος γένηται μᾶλλον ἀπὸ τοῦ προειδέναι· ταῦτα δὲ ὑμῖν εἴρηται διὰ τὸ λεχθὲν τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν πνεῦμά ἐστιν, ἵνα μὴ λαλιὰν χειλέων τοῦτο νομίσῃς, ἀλλὰ τὴν καλὴν διδασκαλίαν ἐνταῦθα· καλεῖται δὲ πνεῦμα καὶ ἡ ἁμαρτία, καθὼς εἰρήκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως καὶ ἐναντίως, ὡς ὅταν λέγῃ, πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν· καλεῖται πνεῦμα καὶ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, ὁ δαίμων· ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τὸ ἀκάθαρτον· ἑκάστῳ πρόσκειται ἡ ἐπωνυμία, ἵνα τὸ ἴδιον δηλώσῃ· ἐὰν περὶ ψυχῆς ἀνθρώπου λέγῃ, μετὰ προσθήκης τοῦ ἀνθρώπου λέγει. ἐὰν τὸν ἄνεμον λέγῃ πνεῦμα καταιγίδος λέγει· ἐὰν τὴν ἁμαρτίαν λέγῃ, πνεῦμα πορνείας λέγει· ἐὰν τὸν δαίμονα λέγῃ, πνεῦμα ἀκάθαρτον λέγει· ἵνα γνῶμεν περὶ τίνος ἑκάστου ἐστὶν ὁ λόγος. καὶ μὴ νομίσῃς περὶ τοῦ ἁγίου τοῦτο εἶναι· μὴ γένοιτο· τὸ γὰρ τοῦ πνεύματος ὄνομα, μέσον τοῦτό ἐστι. καὶ πᾶν, ὃ μὴ ἔχει παχὺ σῶμα, καθολικῶς πνεῦμα καλεῖται· ἐπεὶ τοίνυν καὶ οἱ δαίμονες οὐκ ἔχουσι τοιαῦτα σώματα, πνεύματα καλοῦνται· ἀλλὰ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορά· ὁ μὲν γὰρ ἀκάθαρτος δαίμων, ὅταν ἔρχηται ἐπὶ ψυχὴν ἀνθρώπου· ῥύσαιτο δὲ τούτου ὁ κύριος πᾶσαν ψυχὴν τῶν ἀκουόντων, καὶ τῶν

dicit Dominus. Et rurſus: *Dixit Spiritus his, qui erant Antiochiæ Apoſtolis, Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod aſſumpſi eos*. Vides Spiritum viuentem, ſegregantem, vocantem, & cum poteſtate mittentem. Et Paulus: *Niſi*, inquit, *quod Spiritus ſanctus teſtatur mihi dicens: quòd vincula & tribulationes me manent*. Bonus enim eſt ille ſanctificator Eccleſiæ, & auxiliator & magiſter, paracletus. De quo Saluator: *Ille*, inquit, *vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia*. Non dixit, docebit tantùm, ſed etiam ſuggeret omnia, quæcunque dixero vobis. Neque enim alia Chriſti doctrina, & alia Spiritus ſancti, ſed planè eadem. Prædixerat Paulo quæ euentura erant, vt ea præuidendo, promptior eſſet. Hæc autem dicuntur nobis propter illud, quod modò recitatum eſt: *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt*. Ne hanc labiorum elocutionem eſſe putes: ſed rectam doctrinam. Vocatur autem & peccatum ſpiritus, ſicut dixeramus, ſed aliter, & modo contrario, cùm dicit: Spiritu fornicationis aberrauerunt. Vocatur ſpiritus, etiam immundus ſpiritus dæmon, ſed cum hac adiectione, immundus. Et vnicuique additur cognomen, vt indicet proprietatem. Si enim de anima hominis dicitur ſpiritus, cum hac adiectione dicitur, ſpiritus hominis. Si ventum notat, ſpiritum procellarum dicit. Si peccatum innuit, ſpiritus, inquit, fornicationis dicit. Si dæmonem ſignificat, ſpiritus dicit fornicationis, & immundus: vt cognoſcamus de quo ſpiritu ſit ſermo. Neque putes de Spiritu ſancto hoc dici. Abſit. Spiritus enim nomen medium quoddam eſt: nam omne quod eſt abſque corporis mole, in vniuerſum ſpiritus vocatur. Cùm autem & dæmones corpora non habeant, ſpiritus vocatur. Sed magna eſt quædam inter hos ſpiritus differentia. Immundus enim dæmon ſi quam hominis animam aggreſſus fuerit, (liberet autem ab hoc Dominus omnes animas tam præſentium hîc, quàm ab-

Act.13.2.

Act.20.23.

Ioh.14.26.

Spiritus nomen mediũ.

ſentiũ) tanquàm lupus ſanguiuorus, paratus ad deuorandum ſuper ouem veniret. Sæuiſſimus illius aduentus, grauiſſimus ſenſus, tenebroſa mens efficitur, & inſultus iniquus, & rapina poſſeſſionis alienæ. Corpore enim alieno tanquàm proprio vtitur violenter: membris alienis ſtantem iactitat [& alieno inſtrumento aſtantes acclamat] Miniſter enim eſt illius, qui cecidit de cælo. Deprauat linguam, torquet labia: ſpumam pro verbis fundit, obtenebratur homo, apertus eſt oculus, & non videt per eum anima. Gemit homo tremens, ante mortem miſerrimus. Verè hoſtes ſunt hominum dæmones, turpiter illis abutentes, & abſque miſericordia. Abſit hæc opinio: non eſt eiuſmodi Spiritus ſanctus: ſed contraria ratione, omnia ad bonum & ad ſalutem dirigit. Primùm enim manſuetus illius aduentus, fragrans progreſſus, onus leuiſſimum, ante ſuum acceſſum radios lucis præmittens, & cognitionis. Germani protectoris viſcera habens venit. Venit enim ſeruare & ſanare, docere, adhortari, confortare, admonere, & illuminare mentem primùm quidem eius, qui recipit illum, deinde per ipſum & cæteros. Et quemadmodum in tenebris ſi quis anteà fuiſſet, ſolem deinceps extemplò videns, aſpectus corporis eius illuminatur, item vt quæ anteà non videbat, tunc videat: Sic etiam cui Spiritus ſanctus donatus eſt, anima illius illuſtratur, & pluſquàm homo cernit. In terra erit corpus, & anima cælos contemplabitur. Videt, vt Eſaias cernebat Dominum ſuper throno excelſo & eleuato: Videt, vt Ezechiel eum, qui ſedebat ſuper Cherubim. Videt, vt Daniel myriades myriadum, & millia millium. Exiguus homo cernit principium & finem mundi, & medium temporum, & Regum ſucceſſiones; ſcit quæ non didicerat. adeſt enim verus ductor lucis. Intus conſiſtens homo, & virtus ſcientiæ procul à Deo illi immittitur, ita vt ea quæ fiunt ab aliis ipſe cognoſcet. Non adfuerat Petrus Ananiæ & Saphiræ cum

Spiritus ſãcti aduẽtus qualis.

Spiritu ſãcto omnia perſpiciuntur.

μὴ παρόντων, ὡς λύκος αἱμοβόρος ἕτοιμος εἰς βορὰν ἐπὶ πρόβατον ἔρχεται· ἀγριωτάτη ἡ παρουσία· βαρυτάτη ἡ αἴσθησις· σκοτώδης ἡ διάνοια γίνεται· καὶ ἡ ἔφοδος ἄδικος. καὶ ἡ ἁρπαγὴ ἀλλοτρίου κτήματος· σώματι γὰρ ἀλλοτρίῳ, ὡς ἰδίῳ κεχρῆσθαι βιάζεται· καὶ ὀργάνῳ ἀλλοτρίῳ τὸν ἑστῶτα καταβάλλει· οἰκεῖος γάρ ἐστι τοῦ πεσόντος ἐξ οὐρανοῦ· παρατρέπει τὴν γλῶσσαν· στρεβλοῖ τὰ χείλη, ἀφρὸς ἀντὶ ῥημάτων· σκοτοῦται ὁ ἄνθρωπος· ἀνέῳκται ὁ ὀφθαλμός, καὶ δι' αὐτοῦ οὐ βλέπει ἡ ψυχή. καὶ στένει τρομικῶς ὁ ἄνθρωπος πρὸ θανάτου, ὁ ἄθλιος. ἐχθροὶ τῶν ἀνθρώπων ἀληθῶς οἱ δαίμονες, αἰσχρῶς κεχρημένοι, καὶ ἀνηλεῶς. μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστι τοιοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀπεναντίας γὰρ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ σωτηριῶδες ἔχει τὰ πράγματα· πρῶτον μὲν, ἥμερος ἡ παρουσία· εὐώδης ἡ ἀντίληψις· κουφότατον τὸ φορτίον· προαπαστράπτουσιν ἀκτῖνες φωτὸς, καὶ γνώσεως πρὸ τῆς παρουσίας· κηδεμόνος γνησίου σπλάγχνα ἔχον ἔρχεται· ἔρχεται γὰρ σῶσαι, καὶ ἰάσασθαι, διδάξαι, νουθετῆσαι, ἐνισχῦσαι, παρακαλέσαι, φωτίσαι τὴν διάνοιαν πρῶτον αὐτοῦ τοῦ δεχομένου· εἶτα, δι' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων· καὶ ὥσπερ ἐν σκότει πρότερόν τις ὢν, εἶτα ἐξαίφνης ἥλιον ἰδὼν, φωτίζεται τοῦ σώματος τὸ βλέμμα, καὶ βλέπει ἃ μὴ ἔβλεπε φανερῶς· οὕτω καὶ ὁ τοῦ ἁγίου πνεύματος καταξιωθεὶς φωτίζεται τὴν ψυχὴν, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον βλέπει ἃ μὴ ᾔδει· ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ κατοπτρίζεται τοὺς οὐρανούς· βλέπει, ὡς Ἡσαΐας τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ βλέπει ὡς Ἰεζεκιὴλ τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβίμ· βλέπει ὡς Δανιὴλ μυριάδας μυριάδων, καὶ χιλιάδας χιλιάδων· καὶ ὁ μικρὸς ἄνθρωπος ἀρχὴν κόσμου βλέπει, καὶ τέλος κόσμου, καὶ μεσότητα χρόνων, καὶ βασιλέων διαδοχὰς οἶδεν, ἃ μὴ ἔμαθε· πάρεστι γὰρ ὁ ἀληθινὸς φωταγωγός. ἔσω τοίχων ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ δύναμις τῆς γνώσεως ἐκπέμπεται μακρὰν, καὶ βλέπει καὶ τὰ ὑπὸ ἄλλων γινόμενα. οὐ συμπαρῆν Πέτρος Ἀνανίᾳ καὶ Σαπφείρῃ πωλοῦσι τὰ

κτήματα, ἀλλὰ διὰ τοῦ πνεύματος παρῆν· διὰ τί φησιν, ὁ Σατανᾶς ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; κατήγορος οὐκ ἦν· μάρτυς οὐκ ἦν· πόθεν ᾔδει τὸ γεγενημένον; οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; ὁ ἀγράμματος Πέτρος διὰ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἔμαθεν ἃ μὴ ᾔδεσαν μήτε Ἑλλήνων οἱ σοφοί. ἔχεις τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου. δωρεὰν γὰρ αὐτοῦ θεραπεύσαντος τὴν λέπραν τοῦ Ναιμὰν, ἔλαβεν ὁ Γιεζὶ τὸν μισθὸν, ἀλλοτρίων κατορθωμάτων τὸν μισθὸν λαμβάνων· καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ Ναιμὰν τὰ χρήματα, καὶ τίθησιν ἐν τῷ σκοτεινῷ· ἀλλὰ τὸ σκότος οὐ σκοτίζεται ἀπὸ τῶν ἁγίων· καὶ ἐλθόντα αὐτὸν ἠρώτα ὁ Ἐλισσαῖος. καὶ ὁμοίως τῷ Πέτρῳ λέγοντι· εἰπέ μοι εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε. κἀκεῖνος ἐξετάζει, πόθεν Γιεζὶ, οὐκ ἀγνοῶν τὸ πόθεν ἀλλὰ πενθῶν τὸ πόθεν· ἀπὸ σκότους ἦλθες, καὶ εἰς σκότος πορεύσῃ, πέπρακας τοῦ λεπροῦ τὴν ἴασιν, καὶ κληρονομεῖς τὴν λέπραν· ἐπλήρωσα φησὶν ἐγὼ τὸ κέλευσμα τοῦ εἰρηκότος μοι, δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· σὺ δὲ ἐπώλησας τὴν χάριν· ἀπόδεξαι τῆς πράσεως τὴν ὑπόθεσιν· ἀλλὰ τί λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἐλισσαῖος; οὐχὶ ἡ καρδία μου ἐπορεύθη μετὰ σοῦ; ὧδε ἤμην ἐγὼ περικεκλεισμένος τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἀπὸ τοῦ θεοῦ μοι δοθὲν, ἔβλεπε καὶ τὰ μακρὰν, καὶ τὰ ἀλλαχοῦ γινόμενα σαφῶς ἐδείκνυέ μοι· βλέπεις πῶς οὐ μόνον περιαιρεῖ τὴν ἀγνωσίαν, ἀλλὰ καὶ γνῶσιν ἐντίθησι; βλέπεις πῶς φωτίζει τὰς ψυχὰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἡσαΐας πρὸ χιλίων ἐγγὺς ἐτῶν, καὶ βλέπων ὡς σκηνὴν τὴν Σιὼν, ἡ πόλις ἦν ἔτι συνεστηκυῖα, καὶ ἀγοραῖς κεκαλλωπισμένη, καὶ τὸ ἀξίωμα περιβεβλημένη, κἀκεῖνο λέγει, Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται· προλέγων τὸ νῦν ἐφ᾿ ἡμῶν πληρωθέν. καὶ τὸ ἀκριβὲς ὅρα τῆς προφητείας· εἶπε γὰρ ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ. κἂν σικυηλάτων νῦν ὁ τόπος πεπλήρωται· βλέπεις πῶς φωτίζει τοὺς ἁγίους τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; μὴ τοίνυν διὰ τὴν ὁμοφυ-

ſua bona vendebant, ſed per ſpiritum aderat. *Quare,* inquit, *tentauit Satanas cor tuum, vt mentiare Spiritui ſancto?* Nullus erat accuſator, nullus teſtis. Vnde igitur hoc euenit, vt noſſet. *Nónne*, inquit, *manens manebat tibi, & id quod vendidiſti in poteſtate erat tua? Quare ſtatuiſti in corde tuo hanc rem?* Qui erat abſque literis, per gratiam Spiritus illa didicit, quæ ne Græcorum quidem ſapientes nouerant. Habes ſimile huic de Eliſæo, qui cùm gratis ſanaſſet lepram Neeman, Giezi precium eius accepit, alieni officij præmium intercipiens, recepítque à Neeman pecunias, & in obſcuros illa occultauit, ſed neque in tenebris quicquam occultatur ſanctis. Nam venientem illum interrogat Eliſæus, ſimiliter atque Petrus, dicens: *Dic mihi, ſi tanti ager vænundatus eſt?* Sic ille interrogat, quamuis non ignoraſſet vnde Giezi. Sed luctuoſum erat illud vnde. A tenebris prodiiſti, & in tenebras ibis. Vendidiſti curationem leproſi, & hæreditabis ipſius lepram. Impleui, inquit, ego mandatum illius, qui dicit mihi: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Tu autem vendidiſti hanc gratiam, ſuſcipe ergo & præmium iſtius venditionis. Sed quid ait ad illum Eliſæus? *Nónne cor meum ibat tecum?* Hîc ego fueram corpore concluſus: ſed ſpiritus à Deo mihi datus, ea quæ procul aberant, cernebat, & quæ alibi dicebantur manifeſtè oſtendit mihi. Cernis quomodò illuminat animas Spiritus ſanctus, tollit ignorantiam, & ſcientiam reponit? Eſaias ferè antè mille annos, cernens tanquàm tabernaculum Sion. Ciuitas erat iam condita & ſiſtens, & mercibus exornata, & ornatu vario circundata. Ille tamen dicit: *Sion tanquàm ager diſsipabitur,* prædicens id, quod noſtra ætate completum eſt. Certitudinem autem prophetiæ demonſtrans, *Relinquetur,* inquit, *filia Sion, ſicut tentorium in vinea, & ſicut tugurium cucumerariorum.* Etiam nunc cucumeraris ille locus repletus eſt. Cernis quemadmodum iuſtos Spiritus ſanctus illuminat? Non igitur propter cognatio-

Act. 5. 3.
Ibid. 4.
Sanctis non quicquã in tenebris occultum.
Ibid. 8.
Matt. 10. 8
4. Reg. 5. 26.
Spiritus sãctus illuminat & erudit animas.
Mich. 3. 12
Eſa. 1. 8.
Virginitatis & caſtitatis cogitatio fit à ſpiritu ſancto.

nem nominis, aliò circunferaris, ſed id quod certiſſimũ eſt cuſtodias. Quòd ſi fortè ſedenti tibi de caſtitate, aut virginitate ſubeat cogitatio, illius eſt ea doctrina. Nónne perſæpè puella, iam ad ſponſi thalamum conſtituta, effugit, Spiritu ſancto de virginitate eam docente? Nónne ſæpè ſplendidus aliquis homo aulicus contempſit diuitias, probè inſtructus à Spiritu ſancto? Nónne iuuenis ſæpè videns pulchritudinem, compreſſit oculos, & ne amplius videret aufugit, pollutionémque vitauit? Quæris vnde id contingat: Spiritus ſanctus certè ſic erudiuit animam adoleſcentis. Tot ſunt auaritiæ cupiditates in mundo, & tamen nil poſſidere eligunt Chriſtiani. Qua de cauſa? Propter Spiritus ſancti annunciationem. Precioſum ſanè donum eſt Spiritus ſanctus ille bonus. Meritò baptizamur in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Homo corpus adhuc circumferens, multis cum dæmonibus feriſſimis luctatur. Et perſæpè dæmoniacus, qui ferreis vinculis à multis retineri non poteſt, ab vno ſolis verborum precationibus continetur, per eam quæ in illo eſt Spiritus ſancti virtutem; & ſimplex exorciſantis afflatus, efficitur ignitus his, qui videri non poſſunt. Magnum igitur commilitonem & auxiliatorem apud Deum habemus: magnum Eccleſiæ doctorem: magnum protectorem noſtrum: non metuamus ergo dæmones, nec diabolum. Maior enim eſt qui certat pro nobis, modò illi oſtia aperiamus. Obambulat enim ille, qui digni ſint quærens, & quibus dona conferat. Vocatur quoque Paracletus, propter conſolationem, & auxilium infirmitatis noſtræ. *Nos enim quid, & quatenus orare debeamus, neſcimus: Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus ineffabilibus.* Manifeſtum autem eſt, quòd apud Deum, ſæpè propter Chriſtum afficitur contumelia & ignominia quiſpiam: Martyrium imminet, tormenta vndique & ignis, & gladius & beſtiæ, & gurgites. Verùm intereà Spiritus ſanctus alloquitur, *Suſtine*

Exorciſantis afflatus vrit dæmones.

Doctor Eccleſiæ ſpiritus.

Paracletus ſpiritus.

Rom. 8. 26

Pſal. 26. 4.

μίαν

μίαν εἰς ἄλλας ἀπέλθῃς· ἀλλὰ τήρει τὸ ἀκριβές· εἰ δέ ποτε σοῦ καθεζομένου περὶ ἁγνείας, ἢ παρθενίας ὑπεισῆλθέ σοι λογισμὸς, ἐκείνου ἐστὶν ἡ διδασκαλία· οὐχὶ πολλάκις κόρη παρὰ παστάδος οὖσα νυμφικὰς ἔφυγεν, ἐκείνου διδάσκοντος τὰ περὶ παρθενίας; οὐχὶ πολλάκις ἄνθρωπος ἐν παλατίοις διαπρέπων, κατέπτυσε πλούτου, καὶ ἀξίας, διδαχθεὶς ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου; οὐχὶ πολλάκις νέος, ὁρῶν κάλλος ἐκάμμυσε τὸ βλέμμα, καὶ ἔφυγε τὸ ἰδεῖν, καὶ ἐξέφυγε τὸν μολυσμόν; πόθεν γέγονε τοῦτο ζητεῖς; τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδίδαξε τοῦ νέου τὴν ψυχήν. τοσαῦται πλεονεξίαι ἐν κόσμῳ, καὶ ἀκτημονοῦσι Χριστιανοί· διὰ τί; διὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐπαγγελίαν· τίμιον ὡς ἀληθῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἀγαθόν· Εἰκότως βαπτιζόμεθα εἰς πατέρα καὶ υἱὸν, καὶ εἰς ἅγιον πνεῦμα· ἄνθρωπος ἔτι σῶμα φορῶν δαίμοσιν ἀγριωτάτοις πολλοῖς παλαίει, καὶ πολλάκις ὁ δαίμων ὁ σιδηροῖς δεσμοῖς ὑπὸ πολλῶν μὴ κρατούμενος, λόγοις εὐχῆς ἐκρατήθη ὑπ' αὐτοῦ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τὸ ἁπλοῦν φύσημα τοῦ ἐπορκίζοντος, πῦρ γίνεται τῶν μὴ φαινομένων. μέγαν τοίνυν ἔχομεν παρὰ θεοῦ σύμμαχον, καὶ προστάτην, μέγαν διδάσκαλον ἐκκλησίας· μέγαν ὑπερασπιστὴν ὑπὲρ ἡμῶν. μὴ φοβηθῶμεν τοὺς δαίμονας, μήτε τὸν διάβολον· μείζων γὰρ ὁ ὑπεραγωνιστής· μόνον ἀνοίξωμεν αὐτῷ τὰς θύρας· περιέρχεται γὰρ ζητῶν τοὺς ἀξίους· καὶ ζητῶν τίνι χαρίσηται τὰς δωρεάς· παράκλητος δὲ καλεῖται, διὰ τὸ παρακαλεῖν καὶ παραμυθεῖσθαι, καὶ συναντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις· δῆλον δὲ ὅτι πρὸς τὸν θεόν· πολλάκις διὰ Χριστὸν, ὑβρισθεὶς, ἠτιμάσθη τις ἀδίκως, μαρτύριον ἐφέστηκε, βάσανοι πανταχόθεν, καὶ πῦρ, καὶ ξίφη, καὶ θῆρες καὶ βυθός· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποφθέγγεται λέγον· ὑπό-

μεινον τὸν κύριον ἄνθρωπε· μικρὰ τὰ γινόμενα· μεγάλα τὰ δωρούμενα· ὀλίγον χρόνον καμὼν, αἰωνίως εἶναι μετὰ ἀγγέλων· οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς· διαγράφει σοι αὐθεόπτως βασιλείαν οὐρανῶν· ἀποδείκνυσι καὶ τὸν παράδεισον τῆς τρυφῆς· καὶ οἱ μάρτυρες τὰ πρόσωπα μὲν τοῦ σώματος πρὸς τοὺς δικαστὰς ἐξ ἀνάγκης ἔχοντες. τῇ δὲ δυνάμει λοιπὸν ὄντες ἐν παραδείσῳ, κατέπτυσαν τῶν φαινομένων χαλεπῶν· καὶ θέλεις γνῶναι ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος οἱ μάρτυρες μαρτυροῦσι; λέγει γὰρ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ σωτήρ· ὅταν δὲ φέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἀπολογήσεσθε, ἢ τί εἴπητε· τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἃ δεῖ εἰπεῖν· ἀδύνατον γὰρ μαρτυρῆσαι περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐὰν μή τις πνεύματος ἁγίου μαρτυρήσῃ· εἰ γὰρ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, τὴν ζωὴν ἄρα τὶς ἑαυτοῦ δίδωσιν ὑπὲρ Ἰησοῦ, ἐὰν μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· μέγα τί ἐστι καὶ παντοδύναμον ἐν χαρίσμασι, καὶ θαυμάσιον τὸ ἅγιον πνεῦμα· λογίσαι πόσοι καθέζεσθε νῦν· πόσαι ψυχαὶ πάρεσμεν· ἑκάστῳ προσφόρως ἐνεργεῖ· καὶ μέσον παρὸν, βλέπει ἑκάστου τὸν τρόπον· βλέπει καὶ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τί λαλοῦμεν, καὶ τί νοοῦμεν· μέγα μὲν ἀληθῶς τὸ ῥηθὲν, ἀλλ' ἔτι μικρόν. βλέπε γάρ μοι τὴν διάνοιαν φωταγωγηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· πόσοι εἰσὶ Χριστιανοὶ ταύτης τῆς ἐπαρχίας, πάσης τῆς Παλαιστίνης: καὶ πλάτυνον τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας εἰς τὴν Ῥωμαίων πᾶσαν βασιλείαν, καὶ ἐκ ταύτης βλέπε μοι πάντα τὸν κόσμον, περσῶν γένη, καὶ Ἰνδῶν ἔθνη· Γότθους, καὶ Σαυρομάτας, Γάλλους, καὶ Ἰσπανούς, καὶ Μαύρους, Λίβυας, καὶ Αἰθίοπας; καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς ἀκατονομάστους ἡμῖν· πολλὰ γὰρ τῶν ἐθνῶν οὐδὲ εἰς ὀνομασίαν ἡμῖν ἦλθε. βλέπε μοι ἑκάστου ἔθνους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους, μονάζοντας, παρθένους, καὶ λοιποὺς λαϊκούς, καὶ

Dominum : parua ſunt iſta quæ fiunt : breui tantum tempore labora, & in ſempiternum eris cum angelis. *Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Deſcribit homini regnum cælorum, demonſtrat deliciarum paradiſum. Ac Martyres quidem vultu corporeo ſiſti cogebantur coram iudicibus, potentia autem animi erant in paradiſo, contemnebántque præſentes difficultates. Vis autem ex ſcripturis noſſe, virtute Spiritus ſancti martyres Chriſto teſtimonia exhibere? Saluator ipſe dicit ad diſcipulos: *Cùm adduxerint vos in Synagogas, & ad principatus, & poteſtates, ne ſitis ſolliciti, quid reſpondeatis, aut quid dicatis.* Spiritus enim ſanctus docebit vos in illa hora, quid vobis dicendum ſit. Fieri enim non poteſt, vt quis de Chriſto præbeat teſtimonium, niſi per Spiritum ſanctum teſtetur. Si enim nemo dicere poteſt Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, vitam pro illo, & ſanguinem quis profundet, niſi in Spiritu ſancto? Magnum quiddam eſt, & omnipotens inter chariſmata, & admirandum, Spiritus ſanctus. Cogita quot nunc eſtis, qui hic aſſidetis, quot noſtrûm animæ adſunt: in vnoquoque tamen congruè operatur, & medius exiſtens videt cuiuſque modum, cernit & cogitationem, & conſcientiam, & quid loquamur, & quid mente retineamus. Magnum quid eſt, quod dixi: ſed reſtat maius. Conſidera tu qui iam mentem ab illo habes illuſtratam: quot ſunt Chriſtiani huius prouinciæ, quot in Palæſtina? Extende rurſus mentem ab hac prouincia in totum Imperium Romanum, ac ex eo deinde conſidera vniuerſum mundum, Perſarum & Indorum gentes ac nationes. Gotthos & Sauromatas, Gallos, Hiſpanos & Mauros, Afros & Æthiopas, & reliquos, quorum nomina ignota ſunt nobis. Multarum enim gentium ne nomina quidem in notitiam noſtram venerunt. Perſpice cuiuſlibet nationis Epiſcopos, ſacerdotes, diaconos, monachos, virgines, & reliquos laicos: &

Rom. 8. 18.

Martyres in Spiritu ſancto fiunt.

Luc. 12. 11.

Omnipotẽs inter chariſmata Spiritus.

Prouincia Palæſtina.

Parochus gratiarũ ſpiritus virginitatem & caſtitatem ſuggerit.

reſpice magnum hunc præſulem, & gratiarum parochum (id eſt, exhibitorem) quomodò in vniuerſo mundo alij quidem caſtitatem, alij virginitatem, alij ſtudium paupertatis, alij vim repellendi aduerſarios ſpiritus tribuit. Et quemadmodum lumen vno radij progreſſu illuminat omnia: ita Spiritus ſanctus eos, qui habent oculos, illuſtrat. Quòd ſi quiſpiam non reſpiciens, illius gratia non potitur: non Spiritum ſanctum, ſed ſuam ipſius arguat perfidiam. Vidiſti illius vim in vniuerſo mundo: non hîc ſubſiſtas, ſed ad ſuperiora quoque aſcende. Ac principio quidem in primum cælum mentem eleua: Conſidera eas quæ iſtic ſunt innumerabiles myriades, cogita & altiora ſi potes. Vide virtutes, vide principatus, vide poteſtates, vide thronos, vide dominationes. Eorum omnium præſes apud Deum, & magiſter, & ſanctificator eſt hic paracletus. Eo indiget Elias ac Eſaias inter homines: eo opus habet Gabriel & Michaël, inter Archangelos: nihil ex rebus progenitis dignitati illius adæquatur. Nam & in vniuerſum genus Angelorum, & omnes exercitus ſimul congregati, nequaquam Spiritus ſancti proportionem ſuſtinuerint. Cooperit hæc omnia virtus perquàm maxima paracleti, ita vt angeli quidem ſint, qui in miniſterium mittantur: ipſe autem ſpiritus eſt, qui profunda Dei ſcrutatur, vt inquit Apoſtolus: Qui omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Sic & ea quæ apud Deum nemo cognoſcit, niſi Spiritus Dei. Et illi ſcilicet angeli ſanè, ex eo quod non erat, ſunt creati: hic autem ſemper à Deo procedens. Et illi nempe Angeli natura ſunt mutabiles tanquàm creatura, (tametſi iam ex gratia non mutentur, neque conuertantur.) Hîc autem immutabilis, inconuertibilis, vnum exiſtens cum Patre, & Filio. Hic Spiritus de Chriſto prædicauit per prophetas. Hic operatus eſt in Apoſtolis. Hic ad hodiernam vſque diem obſignat animas

Angelos Spiritus ſãctus omnes ſanctificat.

Spiritus ſãctus ſigillat animas.

καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου· πυρὸς μετέλαβον οὐ καταφλεκτικοῦ, ἀλλὰ σωτηριώδους πυρός· ἀφανίζοντος μὲν ἀκάνθας ἁμαρτιῶν, λαμπρύνοντος δὲ τὴν ψυχήν. τοῦτο μέλλει νῦν ἔρχεσθαι καὶ ἐφ' ὑμᾶς. καὶ τὰς μὲν ἀκανθώδεις ὑμῶν ἁμαρτίας περιαιρεῖν καὶ ἀναλίσκειν· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ὑμῶν κτῆμα τὸ τίμιον, ἔτι λαμπρύνειν, καὶ διδόναι ὑμῖν χάριν· ἔδωκε γὰρ καὶ τότε τοῖς ἀποστόλοις· ἐν εἴδει δὲ πυρίνων γλωσσῶν ἐπεκαθίζετο αὐτοῖς, ἵνα διαδήματα καινότερα περιθῶνται πνευματικὰ διὰ πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ κεφαλῆς· φλογίνη ῥομφαία πρότερον ἐκώλυε πύλας παραδείσου, πυρίνη γλῶσσα σωτηριώδης ἀπεκατέστησε τὴν χάριν· καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι· Γαλιλαῖος ὁ Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ἢ ἐπέρσιζεν ἢ ἐμήδιζεν· Ἰωάννης καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι πᾶσαν γλῶσσαν ἐλάλουν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· οὐ γὰρ νῦν ἐνταῦθα ἤρξαντο τῶν ξένων πλήθη συναθροίζεσθαι πανταχόθεν, ἀλλ' ἐκ τότε· ποῖος τοσοῦτος διδάσκαλος εὑρίσκεται, διδάσκων ἀθρόως, ἃ μὴ μεμαθήκασιν; τοσούτοις ἔτεσι διὰ γραμματικῆς καὶ διὰ τεχνῶν μανθάνουσι μόνον Ἑλληνιστὶ καλῶς λαλεῖν, καὶ οὐδὲ πάντως πάντες λαλοῦσιν ὁμοίως, ἀλλ' ὁ ῥήτωρ καλῶς, γραμματικὸς ἐνίοτε οὐ καλῶς· καὶ ὁ τὴν γραμματικὴν εἰδὼς, τὰ φιλοσοφούμενα οὐκ οἶδε. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἅμα διδάσκει πολλὰς γλώσσας, ἅσπερ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἐκεῖνοι οὐκ οἴδασι. τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς σοφία πολλή. τοῦτο θεία δύναμις· ποία σύγκρισις τῆς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀμαθίας ἐκείνων, πρὸς τὴν ἀθρόαν καὶ διάφορον καὶ ξένην ἐξαίφνης τῶν γλωσσῶν ἐνέργειαν· ἐγένετο σύγχυσις τοῦ πλήθους τῶν ἀκουσάντων· δευτέρα σύγχυσις ἀντὶ τῆς ἐν Βαβυλῶνι πρώτης κακῆς· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν διαίρεσις ἦν τῆς προαιρέσεως, ἐπειδὴ ἀντίθεον ἦν τὸ φρόνημα· ὧδε δὲ ἀποκατάστασις καὶ ἕνωσις τῶν γνωμῶν, ἐπειδὴ εὐσεβὲς ἦν τὸ σπουδαζόμενον· δι' ὧν ἡ ἀπόπτωσις, διὰ τούτων ἡ ἐπάνοδος· ὅθεν

ſedítque ſupra ſingulos ipſorum , & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Ignem non vrentem accipiebant, ſed ſalutarem ignem, comburentem delentémque ſpinas peccatorum , animam autem illuminantem. Hic etiam nunc in vos venturus eſt, & ſpinoſa quidem peccata veſtra ſublaturus & diſſoluturus : pretioſam autem animæ veſtræ poſſeſſionem illuſtraturus & gratiam vobis largiturus: quæ etiam Apoſtolis donata eſt. In ſpecie autem linguarum ignearum ſedit ſuper illos, vt nouæ coronæ ſpiritales, per linguas igneas imponantur capiti illorum. Gladio igneo anteà prohibebat ingreſſum paradiſi. Ignea autem lingua ſalutarem præſtitit gratiam. *Et cœperunt loqui variis linguis, prout ſpiritus dabat eloqui illis.* Galilæus Petrus & Andreas, vel Perſica, vel Meda lingua loquebantur. Ioannes & reliqui Apoſtoli, omni lingua loquebantur eis, qui ex gentibus erant. Non enim nunc incœpit huc externarum gentium multitudo vndique congregari, ſed iam olim. Quis tantus inueniatur doctor, qui ſtatim docuit quæ non didicerant? Tot annis per Grammaticam, & & per alias artes diſcunt tantum Græcè benè loqui, neque tamen omnes ſimiliter loquuntur, ſed Rhetor pulchrè, grammaticus aliquando non pulchrè. Et qui Grammaticam nouit, philoſophica ignorat: Spiritus autem ſanctus docuit multas linguas, quas toto illi tempore ſuperiori ignorabant. Hæc eſt reuerà multa ſapientia, hæc veritas & potentia. Qualis comparatio, ignorantiæ illius, quæ fuit à multo tempore, ad repentinam externarum, diuerſarúmque linguarum cognitionem. Facta eſt confuſio multitudinis audientium. Alia ſanè confuſio ab illa mala, quæ fuit in Babylone. Nam illa confuſione linguarum, facta eſt diuiſio voluntatum: quoniam ſapere illud fuit contra Deum. Hîc autem reſtauratio, & vnio ſententiarum: quoniam pium erat hoc ſtudium. Et ſicut per illos caſus & defectio à Deo, ſic per hos reductio ad Deum. Per quæ fuit defectio, per eadem reductio.

Ibid. 4.

Linguarum & voluntatum confuſio in Babylone.

Vnde mirabantur dicentes: Quomodò nos audiuimus loquentes illos? Nihil admirandum, ſi vos ignoratis, cùm & Nicodemus ignorabat ſpiritus aduentum. Ad illum enim dictum erat: *Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat.* Et cùm audiendo vocem illius, neſcimus tamen vnde veniat, aut quò vadat, ſubſtantiam eius quomodò enarrauerimus? Alij autem irridentes dicebant: quia muſto pleni ſunt iſti. Vera quidem dicentes, ſed irridendo. Nouum enim verè erat illud vinum noui Teſtamenti gratia. Sed nouum hoc vinum eſt à ſpiritali vinea, quæ iam anteà perſæpè in prophetis fructum ferebat, & in nouo Teſtamento refloruit. Vt enim ſenſibilis vinea ſemper manet eadem, ſucceſſu autem temporum nouos adfert fructus: ſic & Spiritus ſanctus idem ſemper manens ſicuti eſt, qui ſæpè in prophetis operabatur, nunc nouum quiddam & admirandum declarauit. Extenſa fuit & in patres gratia, ſed hîc per excellentiam. Illic enim participes tantùm erant Spiritus ſancti, hîc autem perfectè ab illo baptizati ſeu immerſi ſunt. Sed Petrus habens Spiritum ſanctum, & ſciens quid haberet, dicit: Viri Iſraëlitæ, qui Ioëlem quidem profitemini, neſcitis autem quæ ſcripta ſunt ab eo. Non ita, ſicut vos exiſtimatis, iſti ebrij ſunt, ſed ſicut ſcriptum eſt: Inebriabuntur pinguedine domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Inebriati ſunt ſobria ebrietate, quæ peccatum mortificat, & cor viuificat. Ebrietate omninò contraria illi corporeæ ebrietati. Illa enim & cognitorum inducit obliuionem: hæc autem etiam ignoratorum notitiam donat. Inebriati ſunt bibentes vinum ſpiritalis vitis, illius quæ dicit: *Ego ſum vitis, vos autem palmites.* Si autem non confiditis mihi, ex ipſo tempore intelligetis verum eſſe, quod dicitur: eſt enim hora tertia diei. Hora enim tertia crucifixus eſt, vt Marcus dicit: Tertia hora miſit gratiam. Non enim alia gratia illius, & alia huius, ſed qui tunc crucifixus eſt, & promiſit,

Ioh. 3. 8.

Vinum ſpiritus.

Ebrietas ſobriaque ſit.

Tertia hora crucifixus, & ſpiritum miſit.

ἐπαύ-

ἐθαύμαζον λέγοντες, πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν; οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ ὑμεῖς ἀγνοεῖτε· καὶ γὰρ καὶ Νικόδημος ἠγνόησε τοῦ πνεύματος τὴν παρουσίαν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐρρέθη· τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται· αὐτὸ τί ποτέ ἐστι τὴν ὑπόστασιν οὐ δύναμαι διηγήσασθαι; ἄλλοι δὲ διαχλευάζοντες, ἔλεγον· γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσίν· λέγοντες μὲν ἀληθῶς, ἀλλὰ χλευαστικῶς· νέος γὰρ ἦν ἀληθῶς ὁ οἶνος, καινῆς διαθήκης ἡ χάρις· ἀλλ' ὁ νέος οὗτος οἶνος, ἀπὸ νοητῆς ἀμπέλου, πολλάκις ἤδη καρποφορησάσης ἐν προφήταις, καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ βλαστησάσης· ὥσπερ γὰρ αἰσθητῶς, ἡ μὲν ἄμπελος ἀεὶ μένει ἡ αὐτή, κατὰ δὲ καιροὺς, καινοτέρους ἐκφέρει καρπούς· οὕτω καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, μένον ὅπερ ἐστι, καὶ πολλάκις ἐν προφήταις ἐνεργῆσαν, νῦν νέον τι καὶ θαυμάσιον ἐνεδείξατο. ἔφθασε μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς πατέρας ἡ χάρις· ἀλλ' ὧδε ὑπερβολικῶς· ἐκεῖ μὲν γὰρ μετεῖχον ἁγίου πνεύματος· ὧδε δὲ αὐτοτελῶς ἐβαπτίσθησαν· ἀλλ' ὁ Πέτρος ὁ ἔχων πνεῦμα ἅγιον, καὶ εἰδὼς ὃ ἔχει, φησίν· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, οἱ τὸν μὲν Ἰωὴλ ἀπαγγέλλοντες, μὴ εἰδότες δὲ τὰ γεγραμμένα· οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσι· μεθύουσι γὰρ οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ ἐκ τῶν χειμάρρων τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς· μεθύουσι μέθην νηφάλιον, νεκρωτικὴν ἁμαρτίας, καὶ καρδίας ζωοποιητικὴν μέθην, ἐναντίαν τῆς σωματικῆς· ἡ μὲν γὰρ, καὶ τῶν ἐγνωσμένων ἐμποιεῖ λήθην· αὕτη δὲ καὶ τῶν μὴ ἐγνωσμένων τὴν γνῶσιν χαρίζεται· μεθύουσι πιόντες τὸν οἶνον τῆς νοητῆς ἀμπέλου τῆς λεγούσης· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, καὶ ὑμεῖς τὰ κλήματα. Εἰ δὲ μὴ πείθεσθέ μοι ἐκ τοῦ καιροῦ, συνίετε τὸ λεγόμενον· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, ὁ γὰρ ἐν τρίτῃ ὥρᾳ σταυρωθεὶς, ὡς Μάρκος φησὶ, τρίτῃ ὥρᾳ νῦν κατέπεμψε τὴν χάριν· οὐ γὰρ ἄλλη χάρις ἐκείνου, καὶ ἄλλη χάρις τούτου, ἀλλ' ὁ τότε σταυρωθεὶς, καὶ ἐπαγγειλάμενος·

εἰ δὲ βούλεσθε δέξασθαι καὶ μαρτυρίαν, ἀκούσατέ φησιν, ἀλλὰ τοῦτ᾽ ἐστὶν τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ· καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα λέγει ὁ θεός, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου· τὸ δὲ ἐκχεῶ, πλουσίαν ἠνίξατο δόσιν· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα· ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· δέδωκε δὲ αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τοῦ χαρίζεσθαι τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν χάριν οἷς βούλεται· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ ἑξῆς. καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου καὶ προφητεύσουσι· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπροσωπόληπτόν ἐστιν· οὐ γὰρ ζητεῖ ἀξιώματα, ἀλλὰ ψυχῆς εὐλάβειαν· μήτε οἱ πλούσιοι τυφούσθωσαν, μήτε οἱ πένητες ταπεινούσθωσαν· μόνον δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν ἑτοιμαζέσθω πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐπουρανίου χάριτος· πολλὰ μὲν οὖν ἡμῖν εἴρηται σήμερον, καὶ ἴσως κέκμηκεν ἡ ἀκρόασις· πλείονα δέ ἐστι τὰ λειφθέντα, καὶ χρεία ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς περὶ ἁγίου πνεύματος διδάγμασι καὶ τρίτης ἄλλης καὶ πλειόνων κατηχήσεων· συγγνώμη δὲ ἡμῖν εἰς ἑκάτερον. τῆς γὰρ ἁγίας ἑορτῆς τοῦ πάσχα λοιπὸν ἐφεστώσης, ἐμηκύνθη τε ἡμῖν σήμερον ὁ λόγος. καὶ πάσας ὅσας ἐχρῆν μαρτυρίας ἀπὸ τῆς καινῆς διαθήκης ἀγαγεῖν εἰς μέσον, οὐκ ἐνεχώρησε· λείπει γὰρ ἡμῖν, πολλὰ μὲν, ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων, ἐν οἷς ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις ἐν Πέτρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀποστόλοις ἐνήργησε· λείπει δὲ πολλὰ καὶ ἐκ τῶν καθολικῶν, καὶ ἐκ τῶν Παύλου δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν ὀλίγα νῦν, ὥσπερ ἐκ μεγάλου λειμῶνος, ὑπομνήσεως μόνης ἕνεκεν ἀπανθίσασθαι πειρασόμεθα· ἐν γὰρ τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος βουλήσει πατρὸς καὶ υἱοῦ, σταθεὶς μὲν ὁ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, καὶ ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτοῦ κατὰ τὸ εἰρημένον· ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ· τῷ νοητῷ δικτύῳ τῶν λόγων, ψυχὰς ὡσεὶ τρισχιλίας ἐζώγρησε, τοσαύτης ἐν πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις ὁμοῦ τῆς χάριτος ἐνεργούσης ὡς ἐκ τῶν Ἰουδαίων τῶν τὸν Χριστὸν ἐσταυρωκότων ἐκείνων πιστεῦσαι,

impleuit quod promiſit. Quòd ſi teſtimonium quoque habere vultis, audite quod etiam dictum eſt per Ioëlem prophetam: *Et erit poſteà dicit Dominus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*. Quod autem dicit, effundam, abundantem deſignat ſpiritus donationem: nam hîc non ad menſuram Deus dat ſpiritum. Pater enim amat filium, & omnia dedit in manum eius. Dedit illi poteſtatem, etiam donare gratiam Spiritus ſancti, cui Ieſus voluerit. *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ.* Et deinde: *Et ſuper ſeruos meos, & ſuper ſeruas meas, in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt.* Spiritus ſanctus non eſt acceptor perſonarum. Non enim quærit ſtatus amplitudinem, ſed animæ probitatem: neque diuites efferantur, neque pauperes animum deiiciant, tantummodò vnuſquiſque ſeſe paret ad cæleſtis gratiæ ſuſceptionem. Multa quidem vobis hodiè dixi, quibus fortè iam aures fatigatæ ſunt, ſed longè plura prætermiſi, ac opus eſſet reuerà de doctrina Spiritus ſancti & tertia & pluribus catecheſibus. Ignoſcatur autem nobis id vtrunque. Nam cùm & feſtum paſchatis iam inſtet, & ſermo nobis hodiè prolixus erat. Itaque tot teſtimonia, quot eſſent neceſſaria, de nouo Teſtamento in medium producere non licet. Deſunt enim nobis multa ex Actis Apoſtolorum, in quibus Spiritus ſancti gratia in Petro & omnibus ſimul Apoſtolis operabatur. Deſunt multa & ex Catholicis, & Pauli quatuordecim epiſtolis, ex quibus pauca nunc, tanquàm ex magno prato, flores colligere conabimur. In virtute enim Spiritus ſancti, voluntate patris & filij, ſtans Petrus cum vndecim, & eleuans vocem ſuam, (ſecundùm illud: *Exalta cum ſonitu vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem*) reti verborum animas circiter trium millium cepit. Talis & in aliis ſimul Apoſtolis gratia abundabat, vt etiam ex Iudæis ipſis qui Chriſtum crucifixerant tot credi-

Ioel. 2. 28. 29. *Act. 2. 18.* *Ibid. 17.* *Eſa. 40. 9.* *Rete verborum.*

derint, & in nomine Chriſti baptizati ſint, & perſeuerarunt in doctrina Apoſtolorum & orarent. In eadem quoque virtute Petrus & Ioannes, ingredientes templum circa horam nonam orationis, & eum qui fuit in porta ſpecioſa claudum ab vtero matris, ab annis quadraginta ſic exiſtentem, in nomine Chriſti curarunt, vt impleretur quod dictum eſt: *Tunc ſaltabit claudus vti ceruus.* Spiritualis enim doctrinæ ſagena quinque millia credentium ſimul ceperũt. Principes autem populi, & ſacerdotum errantes redarguerunt: non per propriam ſapientiam: ſine literis enim & idiotæ erant, ſed per ſpiritus efficaciam. Scriptum eſt enim: *Tunc Petrus plenus Spiritu ſancto dixit ad ipſos:* Ac tantoperè per duodecim Apoſtolos ſancti Spiritus in credentibus virtus operabatur, vt vnum eſſe illis cor, & anima vna videretur. Communia erant illis omnia, & poſſeſſores pretia poſſeſſionum venditarum, libenter illis adferebant, ita vt egenus inter illos eſſet nemo. Ananias verò & Saphira volentes mentiri Spiritui ſancto, dignam perpeſſi ſunt vindictam. *Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in populo*, ac tanta circunfuſa erat Apoſtolis ſpiritalis gratia, vt quamuis manſueti eſſent, metuendi tamen viderentur. *cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis.* Et fidelium tam virorum, quàm mulierum numerus augebatur, & ægrotorum cum lectis, & grabatis plateæ plenæ erant, vt prætereunte Petro, vel vmbra aliquem ex illis attingeret. Congregabatur & ex vicinis ciuitatibus multitudo in ſanctam hanc ciuitatem Ieruſalem, adferentes ægrotos & infirmos, & à ſpiritibus immundis obſeſſos, qui omnes curabantur in hac Spiritus ſancti virtute. Tum verò duodecim Apoſtoli, propter Chriſti prædicationem, a Principibus ſacerdotum coniecti in cuſtodiam, ab angelo noctu præter opinionem ab ea ſunt educti, & rurſus ex templo ad tribunal coram illis adducti, intrepidè redarguebant illos in his quæ con-

Sagena doctrinæ. *Eſa. 35. 6.* *Act. 4. 8.* *Act. 5. 12.* *Act. 5. 13.*

τούτους, καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ βαπτισθῆναι, καὶ προσκαρτερεῖν τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ ταῖς προσευχαῖς· ἐν τῇ αὐτῇ δὲ πάλιν δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος, Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀναβαίνοντες εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, καὶ τὸν ἐν τῇ ὡραίᾳ πύλῃ χωλὸν ἐκ κοιλίας μητρὸς, ἀπὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα ὑπάρχοντα, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ θεραπεύσαντες· ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός· τῇ πνευματικῇ μετὰ τῆς διδασκαλίας σαγήνῃ πεντακισχιλίους ὁμοῦ πιστεύσαντας, ἐζώγρησαν· τοὺς δὲ πεπλανημένους ἄρχοντας τοῦ λαοῦ καὶ ἀρχιερεῖς διήλεγξαν· καὶ οὐ δι' οἰκείαν σοφίαν· ἀγράμματοι γὰρ καὶ ἰδιῶται ἦσαν· ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν. γέγραπται γὰρ, τότε Πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτούς· καὶ τοσαύτη διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τοῖς πιστεύσασιν ἐνήργησε χάρις, ὡς εἶναι μὲν αὐτῶν τὴν καρδίαν μίαν· ἐπίκοινον δὲ τὴν τῶν ὄντων ἀπόλαυσιν· τῶν μὲν κτητόρων τὰς τιμὰς τῶν κτημάτων προσφερόντων εὐλαβῶς· ἐνδεοῦς δὲ μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτοῖς. Ἀνανίου δὲ καὶ Σαπφείρης τοῦ ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιχειρησάντων τὴν πρέπουσαν δίκην ὑπομεινάντων· διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγένετο σημεῖα καὶ τέρατα πολλὰ ἐν τῷ λαῷ, καὶ τοσαύτη περιεκέχυτο τοῖς ἀποστόλοις ἡ πνευματικὴ χάρις, ὡς φοβεροὺς μὲν αὐτοὺς εἶναι, καὶ ταῦτα πράους ὄντας· τῶν γὰρ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός· προσετίθεντο δὲ πλήθη τῶν τῷ κυρίῳ πιστευόντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· πεπληρῶσθαι δὲ τὰς πλατείας τῶν ἐπὶ τοῖς κλιναρίοις καὶ κραββάτοις ἀσθενῶν, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου, κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν· συνέρχεσθαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην Ἱερουσαλήμ, φερόντων ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ δώδεκα πάλιν ἀπόστολοι, διὰ τὸ κηρύσσειν τὸν Χριστὸν, ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων εἰς φυλακὴν ἐμβληθέντες, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου διὰ νυκτὸς παραδόξως ταύτης ἀπαλλαγέντες, καὶ εἰς δικαστήριον ἐκ τοῦ ἱεροῦ πρὸς αὐτοὺς ἀχθέντες,

ἀδυσωπήτως ἐχρήσαντο τοῖς ἐλέγχοις ἐν τοῖς περὶ Χριστοῦ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένοις· καὶ τοῦτο προσθέντες, ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔδωκεν ὁ θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ· καὶ δαρέντες, ἐπορεύοντο μὲν, χαίροντες· οὐκ ἐπαύοντο δὲ διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν· οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνήργησε χάρις· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς πρωτογόνοις τέκνοις τῆς ποτὲ στείρας ἐκκλησίας ταύτης, τοῖς ἑπτὰ διακόνοις λέγω· καὶ οὗτοι γὰρ ἐξελέχθησαν, ὡς γέγραπται, πλήρεις ἁγίου πνεύματος καὶ σοφίας· ἐξ ὧν ὁ φερώνυμος Στέφανος, τὸ τῶν μαρτύρων ἀκροθίνιον ἀνὴρ πλήρης πίστεως καὶ πνεύματος ἁγίου· ἐποίει μὲν τέρατα καὶ σημεῖα ἐν τῷ λαῷ· κατηγωνίζετο δὲ τοὺς συζητητάς· οὐ γὰρ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει· συκοφαντούμενος δὲ, καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἀγγελικαῖς μὲν, ἀπέλαμπεν αὐγαῖς· ἀτενίσαντες γὰρ εἰς αὐτὸν πάντες οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς πρόσωπον ἀγγέλου· διὰ δὲ τῆς συνετῆς ἀπολογίας αὐτοῦ τοὺς σκληροτραχήλους, καὶ ἀπεριτμήτους τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν Ἰουδαίους ἐλέγξας, τοὺς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτοντας, ἐθεώρει μὲν τοὺς οὐρανοὺς ἠνεῳγμένους· εἶδε δὲ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. εἶδε δὲ, οὐκ ἐξ οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ὡς ἡ θεία γραφή φησιν· ὑπάρχων δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ· ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ Φίλιππος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, ποτὲ μὲν ἐν τῇ πόλει τῆς Σαμαρείας ἀπήλαυνεν τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα βοῶντα φωνῇ μεγάλῃ· παραλελυμένους δὲ καὶ χωλοὺς ἐθεράπευσε· πολλὰ δὲ τῶν πιστευσάντων πλήθη τῷ Χριστῷ προσήγαγεν· οἷς κατελθόντες Πέτρος καὶ Ἰωάννης, μετὰ προσευχῆς καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως μετεδίδοσαν τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος κοινωνίας· ἧς μόνος Σίμων ὁ μάγος ἀλλότριος ἐπεφάνθη δικαίως· ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου κυρίου κληθεὶς καθ' ὁδὸν διὰ τὸν εὐλαβέστατον Αἰθίοπα τὸν εὐνοῦχον, παρ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος φανερῶς ἀκούσας· πρόσελθε καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ, διδάξας τὸν Αἰθίοπα, καὶ

tra Chriſtum dicebant: atque hoc addebant quòd Spiritum ſanctum dedit Deus credentibus ipſi: & propterea vapulati ibant gaudentes: neque ceſſabant docere & euangelizare Chriſtum Ieſum. Neque verò in duodecim tantùm Apoſtolis erat eiuſmodi gratia: verùm etiam in primogenitis filiis huius aliquando ſterilis Eccleſiæ, in illis inquam, ſeptem diaconis. Et ipſi enim redarguebant, vt ſcriptum eſt, pleni Spiritu ſancto & ſapientia. Ex quibus præcipuus Stephanus, martyrum ſummus, vir plenus fide, & Spiritu ſancto, faciebat ſigna & prodigia magna in populo, certabátque cum aduerſariis, neque poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui per eum loquebatur. Calumniis autem oppreſſus, & ad iudicium adductus, reſplenduit vti angelus: vt etiam hi qui ſedebant in concilio, viderent faciem eius tanquàm faciem angeli. Quia verò ſapienter reſponderet, & duræ ceruicis, incircunciſique cordis & aurium Iudæos redargueret, qui ſemper Spiritui ſancto reluctantur, cùm lapidaretur, vidit cælos apertos. Vidit & filium hominis ſtantem ad dexteram patris. Vidit non ſua virtute, ſed vt inquit ſcriptura, diuina. Cùm autem eſſet plenus Spiritu ſancto, ſuſpiciens in cælum vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem ad dexteram Dei. In eadem virtute Spiritus ſancti, & Philippus in nomine Chriſti, in ciuitate Samariæ, eiiciebat ſpiritus immundos, magna voce clamantes: Paralyticos & claudos curauit, multámque credentium in Chriſtum adiunxit multitudinem. Aduenientes deinde Petrus & Ioannes per orationem & manuum impoſitionem, Spiritus ſancti communicationem tradebant, à qua ſolus Simon Magus iuſtè excluſus eſt. Aliàs quoque idem Philippus ab angelo Domini vocatus in itinere, propter illum pientiſſimum Eunuchum Æthiopem & ab ipſo etiam ſpiritu admonitus, acceſſit, & adiunxit ſe currui illius, docuítque Æthiopem, & ba-

Diaconi ſeptem Hieroſolymis.

Pſal.67.32 *Act. 8.39. 40.* ptizauit, atque in Æthiopiam vſque Chriſti præconem miſit ſicut ſcriptum eſt: *Aethiopia præueniet manus eius Deo*. Et: *Raptus à ſpiritu, reliquis ciuitatibus prædicabat*. Eodem Spiritu ſancto repletus erat Paulus, poſteaquàm vocatus eſt à Domino: Et teſtis nobis occurrit horum verborum Ananias ille pius, in Damaſco dicens ad illum: Dominus Ieſus, qui in via, qua veniebas, apparuit tibi, ipſe miſit me, vt viſum recipias, & replearis Spiritu ſancto. Quod etiam ſtatim effecit, ac oculorum quidem Pauli cæcitatem conuertit in viſum: animæ autem ſigillum ſpiritus impreſſit váſque illud electum effecit, quod illius Domini, qui apparuit, ei nomen ferret, & perſecutorem in prædicatorem, ſeruumque bonum mutauit, qui ab Hieroſolymis vſque ad Illyricum diſſeminauit Euangelium: qui Regiam quoque Romam inſtituebat, & in Hiſpaniam vſque promptitudinem prædicationis extendit. Milléque intereà ſuſtinuit labores & incommoda: ſignáque & portenta peregit, de quo hæc ſufficiant. In eadem Spiritus ſancti virtute & Princeps Apoſtolorum, & regni cælorum clauiger Petrus, Lyddæ, quæ nunc Diaſpolis vocatur, in Chriſti nomine paraliticum Æneam curauit. Ioppæ verò Tabitham à mortuis excitauit, vbi etiam in domo cùm eſſet, in extaſi vidit cælum apertum, & inde linteum veluti vas demitti, plenum animantibus diuerſorum generum & ſpecierum: audiuítque vocem dicentem, nihil eſſe homini immundum, ita vt neminem deinceps communem, aut immundum diceret hominem, etiamſi ex Græcis eſſet, id manifeſtè didicit. Et à Cornelio requiſitus, ab eodem rurſus ſpiritu apertè audiuit: Ecce viri quærunt te: ſed conſurgens vade cum illis, nihil diſcernens, quia ego miſi illos: vnde palam eſt, quòd etiam hi qui ſunt ex gentibus credentes, gratiæ Spiritus ſancti fiunt participes. Cum autem Petrus veniſſet Cæſaream, &

Sigillum ſpiritus.

Petrus Princeps Apoſtolorũ, & clauiger cæli.

βαπτίσας,

βαπτίσας, καὶ εἰς τὴν Αἰθιοπίαν Χριστοῦ κήρυκα πέμψας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ κυρίῳ· καὶ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλου, τὰς ἐφεξῆς πόλεις εὐηγγελίζετο. τούτου τοῦ ἁγίου πνεύματος πεπλήρωτο καὶ Παῦλος μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κλῆσιν· καὶ μάρτυς ἡμῖν τῶν λόγων ἡκέτω Ανανίας ὁ εὐλαβὴς, ὁ ἐν Δαμασκῷ, λέγων πρὸς αὐτόν. ὁ κύριος ἀπέσταλκέ με Ἰησοῦς, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς πνεύματος ἁγίου ὅπερ εὐθὺς ἐνεργῆσαν, τὴν μὲν ὀφθαλμῶν Παύλου τὴν τύφλωσιν μετέβαλεν εἰς ἀνάβλεψιν· τῇ ψυχῇ δὲ τὴν σφραγῖδα χαρισάμενον, σκεῦος ἐκλογῆς ἐποίησε, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομα τοῦ φανέντος αὐτῷ κυρίου ἐνώπιον βασιλέων υἱῶν τε Ἰσραήλ· καὶ τὸν ποτὲ διώκτην, κήρυκα καὶ δοῦλον ἀγαθὸν ἀπειργάσατο· ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὲν, καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον. κατηχήσαντα δὲ καὶ τὴν Ῥώμην, καὶ μέχρι Σπανίας τὴν προθυμίαν τοῦ κηρύγματος ἐκτείναντα· μυρίους δὲ ὑπομεμενηκότα τοὺς ἄθλους, σημεῖά τε καὶ τέρατα πεποιηκότα, περὶ οὗ τέως αὐτάρκως. ἐν τῇ δυνάμει δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ ὁ πρωτοστάτης τῶν ἀποστόλων, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος Πέτρος, ἐν Λύδῃ μὲν, τῇ νῦν Διοσπόλει ἐν τῷ ὀνόματι Χριστοῦ, τὸν παραλυτικὸν Αἰνέαν ἐθεράπευσεν· ἐν Ἰόππῃ δὲ τὴν ἀγαθοεργὸν Ταβιθὰν ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν· ἐπὶ δὲ τοῦ δώματος ἐν ἐκστάσει τὸν οὐρανὸν ἰδὼν ἀνεῳγμένον, καὶ διὰ τοῦ καθιεμένου ὡς ὀθόνης σκεύους, τοῦ πολυμόρφων, καὶ πολυτρόπων ζώων πλήρους, τὸ μηδένα κοινὸν, ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον, κἂν ἐξ Ἑλλήνων τυγχάνῃ, σαφῶς ἔμαθε καὶ ὑπὸ τοῦ Κορνηλίου μεταστελεὶς, παρ' αὐτοῦ φανερῶς ἤκουσε τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε· ἀλλὰ ἀναστὰς, κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, ὅτι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς· καὶ ἵνα δειχθῇ τοῦτο φανερῶς, ὅτι καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες, τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος κοινωνοὶ γίνονται, Πέτρου παραγινομένου εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ

τὰ περὶ Χριστοῦ διδάσκοντος, ἡ γραφὴ λέγει περὶ Κορνηλίου, καὶ τῶν συμπαρόντων· ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα· ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, ὡς καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς τοὺς συνελθόντας τῷ Πέτρῳ θαυμάζοντας, καὶ ἐξισταμένους λέγειν, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυται· καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ τῆς Συρίας ἐπισημοτάτῃ πόλει τοῦ περὶ Χριστοῦ κηρύγματος ἐνεργουμένου, συνεργὸς τῶν ἀγαθῶν ἐντεῦθεν ἀπεστάλη Βαρνάβας ἕως Ἀντιοχείας, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου, καὶ πίστεως, ὃς, πολὺν θερισμὸν τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων ἔδωκεν, συναγωνιστὴν ἀπὸ Ταρσοῦ Παῦλον εἰς Ἀντιόχειαν ἤγαγεν· ὄχλων τε ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διδαχθέντων τε καὶ συναχθέντων, ἐγένετο πρῶτον χρηματίσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς· τοῦ ἁγίου πνεύματος οἶμαι τὸ προκαταγγελθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου τοῖς πιστεύουσιν, ὄνομα καινὸν ἐπιτιθέντος. ἐκχεομένης δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πλείονος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς πνευματικῆς χάριτος, προφῆται ἦσαν αὐτόθι καὶ διδάσκαλοι, μεθ' ὧν καὶ Ἄγαβος· λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ Παῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. καὶ χειρῶν αὐτοῖς ἐπιτεθεισῶν ἐξεπέμφθησαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· δῆλον δὲ, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ λέγον καὶ πέμπον, ζῶν ἐστὶ καὶ ὑφεστὸς, καὶ ἐνεργοῦν, ὡς εἰρήκαμεν. τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ συμφωνίᾳ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν καινὴν διαθήκην ἐπὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συστησάμενον, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς τῶν δυσβαστάκτων τοῦ νόμου φορτίων, τῶν περὶ κοινοῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ βρωμάτων λέγω· σαββάτων τε καὶ νουμηνιῶν καὶ τῆς περιτομῆς περιρραντηρίων τε καὶ θυσιῶν, ἃ κατὰ καιρὸν μὲν δοθέντα, σκιὰν εἶχε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ἐλθούσης δὲ τῆς ἀληθείας, συνεστέλλετο δικαίως. διὰ γὰρ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ζήτησιν τῶν λεγόντων δεῖν περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὰ ἔθη Μωϋσέως, Παύλου καὶ Βαρνάβα πεμφθέντων, οἱ ἐνταῦθα ἐν Ἱεροσολύμοις ὄντες ἀπόστολοι, πάντων μὲν τῶν νομικῶν καὶ τυπικῶν πραγμάτων, δι' ἐπιστολῆς ἐγγράφου, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἠλευθέρωσαν· οὐ μὴν αὐτοῖς

de Chriſto prædicaret, ſcriptura dicit de Cornelio, & iis qui cum illo erant: *Adhuc loquente Petro verba* *Act.13.44* *hæc cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes audientes illum ſermonem.* Ita vt hi, qui ex circunciſione cum Petro venerant, mirarentur, & ſtupefacti dicerent, quòd etiam in gentes donum Spiritus ſancti effuſum eſt. Antiochiæ verò Syriæ ciuitate clariſſima prædicationis Chriſti cooperator bonorum Barnabas hinc miſſus, vir bonus & plenus fide & Spiritu ſancto, magnam credentium in Chriſtum meſſem facit. Atque Paulum Tarſo Antiochiam, cooperatorem induxit. Quoniam autem turbæ iam multæ in illa Eccleſia erant ab illis conuerſæ, factum eſt, vt Antiochiæ primùm diſcipuli vocarentur Chriſtiani, vti olim à Domino prædictum credentibus nomen nouum ex Spiritu ſancto imponendo. *Chriſtiani Antiochiæ primum vocati.* Diffuſa poſteà à Domino Antiochiæ maiori gratia ſpirituali, Prophetæ etiam erant illic & doctores, inter quos & Agabus. *Sacrificantibus autem il-* *Act.13.2.* *lis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod elegi eos: & impoſitis manibus miſſi ſunt à Spiritu ſancto.* Certum eſt autem ſpiritum loquentem & mittentem viuere, ſubſiſtere & agere, vt anteà diximus. Idem Spiritus ſanctus in vnitate patris & filij, & nouum Teſtamentum in Eccleſia catholica conſtituens, liberauit nos à graui iugo Legis, de communibus & immundis cibis dico, ſabbatiſque, & nouiluniis, atque circunciſione, de aſperſionibus, & ſacrificiis, quæ ad tempus quidem data, vmbram habebant futurorum bonorum. Adueniente autem veritate, cohibita ſunt meritò. Nam propter eam, quæ fuit Antiochiæ, quæſtionem, qui dicebant, neceſſarium eſſe circuncidi, & legem Moyſis ſeruare, Paulo & Barnaba miſſo Hieroſolymam, Apoſtoli qui hîc erant Hieroſolymis, omnibus legalibus, & typicis rebus per ſcriptam epiſtolam vniuerſum orbem liberarunt. *Apoſtolico decreto à Lege ſumus liberati.* Num data il-

MMM ij

lis erat tantæ rei authoritas? Sed fatentur ſcripto miſſo: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil amplius oneris nobis imponere præter hæc quæ neceſſaria ſunt, vt abſtineatis ab Idolothytis, à ſanguine ſuffocato & fornicatione. Per quod ſcriptum hoc apertè declararunt. Quod tametſi ab hominibus Apoſtolis hoc erat ſcriptum, ſed ex Spiritu ſancto Oecumenica eſt conſtitutio. Quod ij accipientes qui erant cum Barnaba & Paulo, in vniuerſum orbem deuexerunt. Cùm iam eò perducta eſt oratio, dari mihi veniam peto à vobis dilecti: imò magis ab ipſo ſpiritu in Paulo habitante: ſi non omnia eiuſmodi perſequi potero, cùm propter imbecillitatem meam, tum verò laſſitudinem veſtram. Quando enim dignè poſſem enarrare, quæ virtute Spiritus ſancti, in Chriſti nomine, miracula facta ſunt? quæ in Cypro facta ſunt contra Elymam magum, * claudorum & ægrotorum curationes: in Cylicia, Phrygia, Galatia, Myſia, & Macedonia. Tum Philippis prædicando, & Pythonis in Chriſti nomine expulſionem, & nocte poſt terræmotum, cuſtodis & totius domus per baptiſmum ſalutem. Tum Theſſalonicæ & mediis Athenis in Areopago concionem, aut Corinthi, & in tota Achaia doctrinas. Quomodò autem pro dignitate diſſeram, quæ à Spiritu ſancto per Paulum factæ ſunt Epheſi operationes? Quomodò ignorantes quidem iſtic priùs à Paulo edocti cognouerunt, & cum manus illis imponeret, veniebat in eos Spiritus ſanctus, & loquebantur linguis, & prophetabant. Tanta autem erat in illo gratia ſpiritalis, vt non modò quos attigiſſet ſanaret: verùm etiam de corpore eius ſudaria & ſemicinctia morbos curarent, & expellebant dæmonia. Quid eos commemorem, qui curioſa fuerant ſectati, & congeſtos libros coram omnibus combuſſerunt? Prætereo Eutychum, Troade ſomno correptum, & à tertio cœnaculo lapſum, ſublatúmque mortuum, à

Humana cõſtitutio obligat omnes.

* Et quæ Lyſtris in claudi curatione.

Opera ſpiritus.

ἔδωκαν τῇ αὐθεντείᾳ τοῦ τοιούτου πράγματος, ἀλλ' ὁμολογοῦσιν ἐγγράφως ἐπιστέλλοντες· ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ὑμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος πνικτοῦ, καὶ πορνείας· δι' ὧν ἔγραφον τοῦτο δηλοῦντες σαφῶς, ὅτι εἰ καὶ διὰ ἀποστόλων ἀνθρώπων ἦν τὸ γραφέν, ἀλλ' ἐξ ἁγίου πνεύματος οἰκουμενικόν ἐστι τὸ διάταγμα, ὅπερ οἱ περὶ τὸν Βαρνάβαν καὶ Παῦλον λαβόντες, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐχώρησαν· ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, συγγνώμην αἰτῶ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν Παύλῳ πνεύματος, εἰ μὴ δυναίμην τὰ πάντα διηγεῖσθαι ἀσθενείας τε τῆς ἐμῆς ἕνεκεν καὶ τοῦ κόπου τῶν ἀκουόντων ὑμῶν. πότε γὰρ αὐτοῦ κατ' ἀξίαν διηγήσομαι τὰς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ θαυμασίας πράξεις· τὰς ἐν Κύπρῳ ἐπὶ Ἐλύμα τοῦ μάγου, καὶ τὰ ἐν Λύστροις, ἐπὶ τῆς τοῦ χωλοῦ θεραπείας, καὶ ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Φρυγίᾳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ Μυσίᾳ, καὶ Μακεδονίᾳ, ἢ τὰ ἐν Φιλίπποις· τὸ κήρυγμα λέγω, καὶ τὴν τοῦ πύθωνος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ ἀπελασίαν, καὶ τὸν ἐν νυκτὶ μετὰ σεισμὸν τῶν δεσμῶν, τοῦ δεσμοφύλακος διὰ βαπτίσματος πανοικὶ σωτηρίαν· ἢ τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ τὰ ἐν μέσοις Ἀθηναίοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δημηγορίαν; ἢ τὰς ἐν Κορίνθῳ διδασκαλίας, καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ πάσῃ; πῶς δὲ κατ' ἀξίαν διηγήσομαι τὰς ἐν Ἐφέσῳ διὰ Παύλου γενομένας ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείας; ὅπερ ἀγνοοῦντες μὲν οἱ αὐτόθι πρότερον, ἐπέγνωσαν διὰ τῆς Παύλου διδασκαλίας; ἐπιθέντος δὲ αὖθις τὰς χεῖρας τοῦ Παύλου, καὶ ἐλθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ αὐτούς, ἐλάλουν γλώσσαις καὶ ἐπροφήτευον· τοσαύτη τε ἐπ' αὐτῶν ἦν ἡ χάρις πνευματική, ὡς μὴ μόνον αὐτὸν ἁπτόμενον ἰᾶσθαι· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἐπιφερόμενα σουδάρια, καὶ σιμικίνθια θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἀπελαύνειν τὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματα· ἤδη δὲ καὶ τοὺς τὰ περίεργα πραξάντας συνενέγκαντας τὰς βίβλους κατακαίειν ἐπὶ πάντων· παρατρέχω καὶ τὰ ἐν Τρωάδι, καὶ τὸν Εὔτυχον, κατενεχθέντα μὲν ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ πεσόντα ἀπὸ τριστέγου κάτω, καὶ ἀρθέντα νεκρόν, ὑπὸ δὲ

Παύλου διασωθέντα. παρατρέχω καὶ τὰ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους Ἐφέσου, τοὺς ἐν Μιλήτῳ κληθέντας προφήτας, οἷς φανερῶς ἔλεγεν· ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον· διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι κατὰ πόλιν, ἐδήλωσεν ὁ Παῦλος, ὅτι τὰ ἐν ἑκάστῃ πόλει γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ θαυμάσια, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείας ἦν, νεύματι θεοῦ, καὶ ἐν ὀνόματι τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ· ἐκ τῆς δυνάμεως τούτου τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔσπευδε μὲν εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὁ αὐτὸς Παῦλος· καὶ ταῦτα τοῦ Ἀγάβου τὰ συμβησόμενα αὐτῷ προφητεύοντος πνεύματι· ἐδημηγόρει δὲ τὰ περὶ Χριστοῦ διηγούμενος ἐν πεποιθήσει. εἰς δὲ τὴν Καισάρειαν ἀναχθεὶς, καὶ μέσοις δικαστηρίων βήμασι, ποτὲ μὲν, ἐπὶ Φήλικος, ποτὲ δὲ ἐπὶ Φήστου ἡγεμόνος, καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως, τοσαύτην ἐκ πνεύματος ἁγίου νικητικὴν ἐν σοφίᾳ χάριν εἶχεν ὁ Παῦλος, ὡς αὐτὸν ἤδη τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων Ἀγρίππαν εἰπεῖν· ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι· τοῦτο τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ Παύλῳ παρέσχε, καὶ ἐν Μελίτῃ τῇ νήσῳ, δηχθέντι μὲν ὑπὸ τῆς ἐχίδνης, τὸ ἀβλαβὲς ἔχειν, διαφόρους δὲ ἐπὶ τῶν νοσούντων ἐπιτελέσαι τὰς θεραπείας· τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ μέχρι τῆς βασιλίδος Ῥώμης αὐτὸν κήρυκα Χριστοῦ τὸν ποτὲ διώκτην ὡδήγησεν, ὡς πολλοὺς μὲν αὐτόθι τῶν Ἰουδαίων πιστεύειν εἰς Χριστὸν ἔπειθε· τοῖς δὲ ἀντιλέγουσιν, ἔλεγε σαφῶς· καλῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ὅτι γε πνεύματος ἁγίου πλήρης ἦν ὁ Παῦλος, καὶ οἱ τούτῳ παραπλήσιοι πάντες ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς, εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον πιστεύοντες, ἄκουε σαφῶς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ γράφοντος· καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνοις λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως· καὶ πάλιν· ὁ δὲ σφραγισάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο θεὸς, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος· καὶ πάλιν. ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν· καὶ πάλιν, πρὸς Τιμόθεον γράφων· τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφέστηκε,

Paulo verò ſeruatum. Prætereo quod ad ſeniores Epheſi Miletum vocatos apertè locutus eſt, quòd Spiritus ſanctus, per omnes ciuitates teſtimonium perhibebit mihi dicens: Propter hoc enim dictum, quòd per omnes ciuitates manifeſtabat Paulus: quòd ea, quæ in vnaquaque ciuitate ab illo fiebant miracula, Spiritus ſancti energia eſſent, & nutu Dei, & in Chriſti nomine, qui per eum loquebatur. Virtute huius Spiritus ſancti feſtinauit in hanc ſanctam Hieruſalem idem Paulus. Et quæ Agabus euentura illi in ſpiritu prædixerat, pertulit de Chriſto diſſerens: Cæſaream verò adductus, & in mediis iudiciorum ſubſelliis, nunc coram Felice, nunc coram Feſto Præſide & Agrippa rege, tantam ex Spiritu ſancto victricem ſapientiæ gratiam habebat, vt ipſe iam rex Iudæorum Agrippa diceret: Parum abeſt, quin me feceris Chriſtianum. Idem Spiritus ſanctus eam vim Paulo præbuit, vt cùm in Melita ictus eſſet à lacerta, nihil ei noceret, diuersáſque rationes ſanandi ægrotos diſtribuit. Idem Spiritus ſanctus, eum qui fuit perſecutor, præconem Chriſti factum ad regiam vſque Romam perduxit, qui multis illic Iudæis, vt in Chriſtum crederent, perſuaſit. Contradicentibus autem apertè dicebat: *Rectè locutus eſt Spiritus ſanctus per Eſaiam prophetam dicentem ad patres*, &c. Et quòd Spiritu ſancto plenus erat Paulus, & eius ſocij omnes Apoſtoli: & qui per eos in patrem, filium, & Spiritum ſanctum conſubſtantialem crediderunt, audi, quàm apertè dicat in Epiſtolis ſuis ſcribens: *Et ſermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* Et iterum: *Qui nos ſignauit Deus, dans nobis in hoc ipſum arrabonem Spiritus.* Et iterum: *Qui excitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, per inhabitantem ipſius Spiritum in vobis.* Et rurſus ad Timotheum ſcribit: *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Quòd autem ſpiritus viuat,

Act. 28. 25.
1. Cor. 2. 4.
2. Cor. 1. 22
Rom 8. 11
2. Tim. 1. 14

& ſubſiſtat, & loquatur, & prædicit, ſæpè iam vobis in ſuperioribus dictum eſt. Scribit enim apertè ad
1.Tim.4.1. Timotheum Paulus: *Spiritus autem aperte dicit, quòd in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide.* Quæ quidem ſchiſmata non ſolùm in ſuperioribus, verùm etiam noſtris temporibus videmus, vario & multifido hæreticorum errore exiſtente. Et iterum: *Quæ aliis*
Epheſ.3.5. *generationibus non indicauit, ea nunc filiis hominum reuelauit ſanctis Apoſtolis ſuis & prophetis in ſpiritu*, &
Rom.9.1. reliqua. Et iterum: *Teſtimonium autem perhibet nobis Spiritus ſanctus.* Et rurſus iuſtitiæ milites adhortans,
Epheſ.6.17 dicit: *Galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, cum omni oratione & deprecatione.* Et:
Epheſ.5.18 *Non inebriemini vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu, loquentes mutuò, in pſalmis & hymnis, &*
2.Cor.13.13 *canticis ſpiritalibus.* Et: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio Dei, & communicatio Spiritu ſancti ſit cum omnibus vobis.* Per quæ quidem omnia, & quæ prætermiſſa ſunt longè plura, intelligentibus patet, ſubſtantialis, ſanctificans, & operans virtus Spiritus ſancti. Tempus enim me deficeret, ſi, quæ reliqua ſunt de Spiritu ſancto, dicere velim, ex his quatuordecim Pauli epiſtolis, in quibus diuerſimodè, ſufficienter piéque docuit. Munus autem erit ipſius Spiritus ſancti: nobis quidem, ſi in aliqua deficimus propter paucos hoſce prædictos dies, veniam date: vobis verò auditoribus eorum, quæ deſunt, perfectiorem infundere cognitionem, præſertim vobis, qui crebriori diuinarum ſcripturarum ſtudetis lectioni, vt ea facilè diſcatis. Iam verò ex præſentibus hiſce catecheſibus, & ex his, quæ à nobis anteà dicta ſunt fidem habetis firmiorem, in vnum Deum patrem omnipotentem, & in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, & in Spiritum ſanctum conſubſtantialem & paracletum. Dictionis autem huius, & appellationis ſpiritus, in ſacris ſcripturis eſt etiam cum aliis communicatio. Dicitur enim & de

καὶ ζῇ, καὶ λαλεῖ, καὶ περιλέγει, πολλάκις μὲν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἴρηται· γράφει δὲ σαφῶς πρὸς Τιμόθεον ὁ Παῦλος· τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως· ἅπερ, οὐ μόνον ἐν τοῖς πρὸ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῶν σχίσμασιν ὁρῶμεν ποικίλης καὶ πολυτρόπου τῆς τῶν αἱρετικῶν πλάνης οὔσης, καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν, ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν τοῖς τῆς δικαιοσύνης ὁπλίταις προσφωνεῖ, λέγων· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ, καὶ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως· καὶ πάλιν· μὴ μεθύσκεσθε οἶνον, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ πληροῦσθε πνεύματος, λαλοῦντες ἐν ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς· καὶ πάλιν· ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. δι' ὧν ἁπάντων, καὶ τῶν παραλειφθέντων πλειόνων συνίσταται τοῖς νοοῦσιν ἡ ἐνυπόστατος καὶ ἁγιοποιὸς καὶ ἐνεργητικὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις· ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος, εἰ ἐβουλόμην λέγειν τὰ λείποντα περὶ ἁγίου πνεύματος ἐκ τῶν Παύλου τεσσαρεσκαίδεκα ἐπιστολῶν, ἐν αἷς ποικίλως καὶ ἀνεπιλήπτως, καὶ εὐλαβῶς ἐδίδαξεν. ἔργον δ' ἂν εἴη τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡμῖν μὲν, ἐφ' οἷς ἐγκαλείπομεν, διὰ τὸ τῶν ἡμερῶν ὀλίγον δοῦναι συγγνώμην, ὑμῖν δὲ τοῖς ἀκροαταῖς τῶν λειπόντων τελειοτέραν ἐνθεῖναι τὴν γνῶσιν τῶν σπουδαίων ἐν ὑμῖν ἐκ τῆς πυκνοτέρας τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσεως ταῦτα μανθανόντων· ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν παρουσῶν τούτων κατηχήσεων, καὶ ἐκ τῶν πρότερον εἰρημένων ἡμῖν βεβαιοτέραν τὴν πίστιν ἐχόντων, τὴν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ὁμοούσιον καὶ παράκλητον· τῆς λέξεως μέν τε καὶ ὀνομασίας αὐτῆς τῆς τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κειμένης ἐπικοίνως. λέγεται γὰρ περὶ

τοῦ πατρὸς, πνεῦμα ὁ θεὸς, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ, γέγρα-
πται· καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ· πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος,
ὥς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ δὲ
παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς εἴρηται· τῆς δὲ ἐν τῇ πίστει τάξεως
εὐσεβῶς νοουμένης, καὶ τῆς Σαβελλίου πλάνης ἀπελαυνομένης, ἐπανέλθω-
μεν τῷ λόγῳ πρὸς τὸ νῦν κατεπεῖγον, καὶ ὑμῖν συμφέρον· βλέπε
μή ποτε κατὰ τὸν Σίμωνα προσέρχῃ τοῖς βαπτίζουσιν ὑποκρινόμε-
νος, ἡ δὲ καρδία σου οὐ ζητεῖ τὴν ἀλήθειαν· ἡμέτερον τὸ διαμαρτύ-
ρεσθαι· σὸν δὲ τὸ ἀσφαλίζεσθαι· εἰ ἕστηκας ἐν πίστει, μακάριος τυγ-
χάνεις. εἰ πέπτωκας ἐν ἀπιστίᾳ, ῥῖψον τὴν ἀπιστίαν ἀπὸ τοῦ σήμερον,
καὶ πληροφορήθητι· κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ βαπτίσματος ὅταν προσ-
έλθῃς ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων· ἁπανταχοῦ
γὰρ ἡ χάρις, καὶ ἐν κώμαις, καὶ ἐν πόλεσι, καὶ ἐπὶ ἰδιωτῶν, καὶ ἐλλογίμων,
καὶ ἐπὶ δούλων, καὶ ἐλευθέρων· ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἡ χάρις, ἀλλ'
ἐκ θεοῦ δι' ἀνθρώπων ἡ δόσις· σὺ μὲν προσέρχου τῷ βαπτίζοντι.
προσέρχου δὲ, μὴ προσέχων τῷ προσώπῳ τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ
μέμνησο τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τούτου, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος· τοῦτο
γὰρ ἕτοιμον πάρεστι σφραγίσαι σου τὴν ψυχήν· καὶ δίδωσι σφρα-
γῖδα ἣν τρέμουσι δαίμονες, ἐπουράνιόν τινα καὶ θείαν, καθὼς καὶ
γέγραπται, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες, ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι
τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ· ἀλλὰ δοκιμάζει τὴν ψυχήν· οὐ βάλλει
τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. ἐὰν ὑποκρίνῃ, νῦν ἄν-
θρωποι σε βαπτίζουσι, τὸ δὲ πνεῦμά σε οὐ βαπτίσει. ἐὰν δὲ ἐκ πίστεως
προσέλθῃς, ἄνθρωποι μὲν ὑπηρετοῦσιν εἰς τὸ φαινόμενον· πνεῦ-
μα δὲ ἅγιον δίδωσι τὸ μὴ φαινόμενον. εἰς μεγάλην ἐξέτασιν ἔρχῃ,
εἰς μεγάλην στρατολογίαν, κατὰ τὴν μίαν ὥραν ἣν ἐὰν ἀπολέσῃς, ἀκα-
τόρθωτόν σοι τὸ κακόν· ἐὰν δὲ καταξιωθῇς τῆς χάριτος, φωτίζεταί σου
ἡ ψυχὴ λαμβάνεις δύναμιν, ἣν οὐκ εἶχες. λαμβάνεις ὅπλα φρικώδη
τοῖς δαίμοσι· καὶ ἐὰν μὴ ῥίψῃς τὰ ὅπλα, ἔχῃς δὲ τὴν σφραγῖδα ἐπὶ
ψυχῆς· οὐ προσέρχεται δαίμων· πτήσσει γάρ· καὶ δὴ ἐν πνεύματι θεοῦ

patre, *Spiritus eſt Deus*, vt in Euangelio Ioannis ſcriptum eſt. Et de filio: *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus*, vt dicit Ieremias propheta. Et de Spiritu ſancto: *Paracletus autem Spiritus ſanctus*: vt dictum eſt. His itaque quæ in ordine fidei pia ſunt intellectis, & Sabellij reiecto errore, ad ea quæ nunc vrgent, & vobis vtilia ſunt, ſermonem conuertamus. Caue ne fortè ſimulans tanquàm Simon ad baptiſmum accedas, cor autem tuum veritatem non quærat. Noſtrum eſt teſtificari: veſtrum autem confirmari. Si firmiter in fide perſtiteris, beatus euades: ſi incideris in perfidiam, abiice deinceps illam, & ſis certiſſimus. Tempore enim baptiſmatis cùm ad Epiſcopum accedis, aut presbyterum, aut diaconum, vbique enim gratia, & in oppidis, & in ciuitatibus, & apud idiotas, & apud eruditos, & apud ſeruos, & apud liberos: quoniam non ex hominibus eſt ea gratia. Tu quidem accede ad baptiſmum: accede autem, non vultum tantùm iſtum viſibilem baptizantium reſpiciens, ſed memineris iſtius Spiritus ſancti, de quo nunc nobis ſermo eſt. Hic enim paratus adeſt obſignare animam tuam, & dare tibi ſignaculum, quod dæmones tremunt, cæleſte quoddam & diuinum, ſicut ſcriptum eſt: *In quo etiam credentes ſignati eſtis Spiritu ſancto promiſſionis*. Proba ergo animam, ne proiicias margaritas ante porcos. Sin autem ſimulas, nihilominus homines quidem te baptizant: ſpiritus autem te non baptizat. Si verò ex fide accedis, homines quidem id quod videri poteſt miniſtrant, Spiritus autem ſanctus ſimul inuiſibilia magna efficit. Vnica hora in magnam venis diſquiſitionem, in magnúmque certamen: Quòd ſi perdideris, non emendatur malum: ſi verò gratia tibi fuerit donata, illuminabitur anima tua: accipies virtutem, quam non habebas. Accipies arma dæmonibus horrenda: quæ quidem arma ſi non abieceris ſuper anima ſignaculum habebis, ad quod dæmon non accedet. Timet enim propterea, quia in ſpiritu Dei

Ioh.4.24. *Thre.4.20.* *Ioh.14.29.* *Eph.1.13.*

eiiciuntur dæmonia : ſi credideris, non modò re-miſſionem accipies peccatorum : verùm etiam ſupra vires humanas facies. Vtinam verò dignus ſis etiam prophetico chariſmate. Accipies enim tantum gratiæ, quantum capere poterit & non quantum ego dico. Parua namque me dicere conuenit, te verò maiora accipere. Quoniam mercatura lata eſt fides. Cuſtos paracletus eſt de te ſollicitus, tanquam de ſuo milite, de introitu tuo, & exitu, de inſidiatoribus tuis, & dabit tibi omnigena chariſmatum dona,
Eph.4.30. ſi non per peccata illum contriſtaueris. Scriptum eſt enim : *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis, in diem redemptionis.* Quid igitur eſt præclarius, quàm eiuſmodi gratiam conſeruare. Prompti ſitis ad accipiendum donum ſpiritus, accipientes autem, ne deinceps illud abiiciatis. Ipſe autem Deus vniuerſorum, qui locutus eſt in Spiritu ſancto per prophetas: qui miſit illum in ſanctos Apoſtolos in die Pentecoſtes, eundem & nunc ipſe ad vos mittat, & per hunc eundem nos cuſtodiat, communem omnibus nobis exhibens beneficentiam: vt vbique fructus Spiritus ſancti reddamus, dilectionem, gaudium, pacem, longanimitatem, bonitatem, beneficentiam, fidem, manſuetudinem, continentiam, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem, & cum quo gloria Patri cum Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

ἐκβάλλεται τὰ δαιμόνια· ἐὰν πιστεύσῃς, οὐ μόνον λαμβάνεις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ ποιεῖς καὶ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον· γένοιτο δέ σε ἄξιον εἶναι καὶ προφητικοῦ χαρίσματος· λαμβάνεις γὰρ τοσοῦτον τῆς χάριτος ὅσον χωρεῖς, καὶ οὐχ ὅσον ἐγὼ λέγω· εἰ χωρεῖς γὰρ ἐμὲ μὲν μικρὰ λέγειν· σὲ δὲ μείζονα λαμβάνειν, ἐπειδὴ πλατεῖα ἡ πίστις· παραμένει σοι διὰ παντὸς ὁ φρουρὸς ὁ παράκλητος· περὶ σοῦ μεριμνᾷ, ὥσπερ ἰδίου στρατιώτου· περὶ τῶν εἰσόδων σου καὶ περὶ τῶν ἐξόδων σου, καὶ περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων· καὶ δίδωσί σοι παντοίας χαρισμάτων δόσεις, ἐὰν μὴ δι' ἁμαρτίας αὐτὸν λυπήσῃς. γέγραπται γάρ· καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. τί οὖν ἐστιν ἀγαπητοὶ τὸ διατηρῆσαι τὴν χάριν; ἕτοιμοι γίνεσθε εἰς τὸ ὑποδέξασθαι τὴν χάριν, καὶ δεξάμενοι, μὴ ἀποβάλητε ταύτην· αὐτὸς δὲ τῶν ὅλων θεὸς, ὁ λαλήσας ἐν πνεύματι ἁγίῳ διὰ τῶν προφητῶν· ὁ ἐξαποστείλας αὐτὸ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐν ἡμέρᾳ πεντηκοστῆς ἐνταῦθα, τοῦτο καὶ νῦν αὐτὸς ἐφ' ὑμᾶς ἐξαποστείλαι· καὶ διὰ τούτου καὶ ὑμᾶς τηρήσαι, κοινὴν ἅπασιν ἡμῖν παρέχων τὴν εὐεργεσίαν· ἵνα πάντοτε τοὺς καρποὺς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀποδῶμεν, ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, μακροθυμίαν, χρηστότητα, ἀγαθωσύνην, πίστιν, πραότητα, ἐγκράτειαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ σὺν ἁγίῳ πνεύματι δόξα τῷ πατρὶ καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ιη'. ΦΩΤΙΖΟΜΕΝΩΝ,

ἐν Ἱεροσολύμοις, σχεδιασθεῖσα εἰς τὸ, καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου, καὶ ἐξήγαγέ με ἐν μέσῳ τοῦ πεδίου· καὶ τοῦτο ἦν μεστὸν ὀστέων ἀνθρώπων.

ΡΙΖΑ τῆς ἀγαθοεργίας, ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς. ἡ γὰρ προσδοκία τῆς μισθαποδοσίας νευροῖ τὴν ψυχὴν εἰς ἐργασίαν ἀγαθήν· ἕτοιμος μὲν γὰρ ἅπας ἐργάτης εἰς τὸ ὑπομεῖναι τοὺς καμάτους, ἐὰν προβλέπῃ τὸν καμάτων τὸν μισθόν· τοῖς δὲ ἀμισθὶ κάμνουσι, προκαταπίπτει καὶ ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ σώματος. στρατιώτης ἔπαθλα προσδοκῶν, εἰς πολέμους ἕτοιμος· οὐδεὶς δὲ ἀκρίτῳ βασιλεῖ στρατευόμενος τῷ μὴ παρέχοντι βραβεῖα τῶν καμάτων, ἕτοιμος εἰς τὸ ὑπεραποθανεῖν· οὕτω καὶ πᾶσα ψυχὴ πιστεύουσα μὲν εἰς ἀνάστασιν, φείδεται ἑαυτῆς εἰκότως· ἀπιστοῦσα δὲ τῇ ἀναστάσει, γίνεται ἔκδοτος εἰς ἀπώλειαν. ὁ πιστεύων ὅτι μένει τὸ σῶμα εἰς ἀνάστασιν, φείδεται τῆς στολῆς, καὶ οὐ μολύνει ταύτην πορνείαις· ὁ δὲ ἀπιστῶν τῇ ἀναστάσει, δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς πορνείας, ὡς ἀλλοτρίῳ παρακεχρημένος τῷ ἰδίῳ σώματι. μέγα τοίνυν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παράγγελμα καὶ δίδαγμα, πίστις περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως· μέγα καὶ ἀναγκαιότατον, ὑπὸ πολλῶν μὲν ἀντιλεγόμενον, ὑπὸ δὲ τῆς ἀληθείας πιστοποιούμενον. ἀντιλέγουσιν Ἕλληνες, ἀπιστοῦσι Σαμαρεῖται, διασύρουσιν αἱρετικοί. πολυειδὴς ἡ ἀντίρρησις, ἀλλὰ μονοειδὴς ἡ ἀλήθεια. καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς ταῦτα Ἕλληνες ὁμοῦ καὶ Σαμαρεῖται, πέπτωκεν ὁ ἄνθρωπος ὁ τελευτήσας, καὶ σέσηπε, καὶ εἰς σκώληκας ὅλως ἀνελύθη, καὶ οἱ σκώληκες τεθνήκασι. σηπεδόνα τοιαύτην καὶ ἀπώλειαν ἐδέξατο τὸ σῶμα, πῶς οὖν ἐγείρεται; τοὺς ναυαγήσαντας

CATECHESIS DECIMAOCTAVA illuminatorum Hieroſolymis extemporanea, de eo: In vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam, & in carnis reſurrectionem, & in vitam æternam. Et lectio ex Ezechiele: Et facta eſt ſuper me manus Domini, & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oßibus hominum. & reliqua.

λέγῃ, καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου· πίονται οἶνον, πίονται εὐφροσύνην, χρίσονται μύρον. καὶ ἵνα ἀσφαλίσονταί σε, ἄκουε αὐτοῦ περὶ τούτου τοῦ μύρου ὡς μυστικοῦ φησί· παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν· ἡ γὰρ βουλὴ τοῦ κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. τούτῳ οὖν χρισθέντες τῷ ἁγίῳ μύρῳ τηρήσατε αὐτὸ ἄσπιλον ἄμωμον ἐν ὑμῖν δι' ἔργων ἀγαθῶν προκόπτοντες καὶ εὐάρεστοι γινόμενοι τῷ ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας ὑμῶν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΚΗ δ'.

περὶ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς· ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, καὶ παρέδωκα ὑμῖν.

ΚΑΙ αὐτὴ τοῦ μακαρίου Παύλου ἡ διδασκαλία ἱκανὴ καθέστηκε πληροφορῆσαι ὑμᾶς περὶ τῶν θείων μυστηρίων· ὧν καταξιωθέντες, σύσσωμοι καὶ σύναιμοι τοῦ Χριστοῦ γεγόνατε· αὐτὸς γὰρ ἀρτίως ἐβόα, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο ὁ κύριος ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, λαβὼν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, λέγων, λάβετε φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, λάβετε πίετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα. αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν; καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τίς ἐνδοιάσει ποτὲ, λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ αἷμα. τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν, ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, οἰκείῳ νεύματι· καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; εἰς γάμον σωματικὸν κληθεὶς, ταύτην ἐθαυματούργησε τὴν παραδοξοποιίαν, καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος· οὐ πολλῷ μᾶλλον τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος

αὐτὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος δωρησάμενος ὁμολογηθήσεται; ὥστε μετὰ
πάσης πληροφορίας, ὡς σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνωμεν
Χριστοῦ· ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου, δίδοταί σοι τὸ σῶμα· καὶ ἐν τύπῳ
οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵ-
ματος Χριστοῦ, σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. οὕτω γὰρ καὶ Χριστο-
φόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα
ἀναδιδομένου μέλη· οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον, θείας κοι-
νωνοὶ φύσεως γινόμεθα. ποτὲ Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενος,
ἔλεγεν, ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα, οὐκ
ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἐκεῖνοι μὴ ἀκηκοότες πνευματικῶς τῶν λε-
γομένων, σκανδαλισθέντες, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, νομίζοντες ὅτι
ἐπὶ σαρκοφαγίαν αὐτοὺς προτρέπεται. ἦσαν καὶ ἐν παλαιᾷ διαθή-
κῃ ἄρτοι προθέσεως, ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι παλαιᾶς ὄντες διαθήκης, τέλος
εἰλήφασιν· ἐν δὲ τῇ καινῇ διαθήκῃ, ἄρτος οὐράνιος, καὶ ποτήριον
σωτηρίου, ψυχὴν καὶ σῶμα ἁγιάζοντα. ὥσπερ ὁ ἄρτος σώματι κα-
τάλληλος· οὕτω καὶ ὁ λόγος τῇ ψυχῇ ἁρμόδιος. μὴ πρόσεχε οὖν ὡς
ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν
δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν· εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑπο-
βάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω· μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶ-
γμα, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνενδοιάστως, σώματος καὶ αἵ-
ματος Χριστοῦ καταξιωθείς. καὶ ὑπαγορεύσει σοι Δαβὶδ ὁ μακάριος
τὴν δύναμιν λέγων, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν
θλιβόντων με. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, πρὸ τῆς σῆς παρουσίας, τράπε-
ζαν οἱ δαίμονες τοῖς ἀνθρώποις ἡτοίμασαν, ἠλυγισμένην καὶ με-
μιασμένην, καὶ διαβολικῆς πεπληρωμένην δυνάμεως, ἀλλὰ μετὰ
τὴν σὴν παρουσίαν, ὦ δέσποτα, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν· ὅταν
ὁ ἄνθρωπος λέγῃ θεῷ, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, τί ἄλλο
σημαίνει ἢ τὴν μυστικὴν καὶ νοητὴν τράπεζαν, ἣν ὁ θεὸς ἡμῖν ἡτοίμα-
σεν ἐξεναντίας, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ ἀντικειμένως τοῖς δαίμο-
σιν; καὶ μάλα εἰκότως· ἐκείνη μὲν γὰρ κοινωνίαν εἶχε δαιμόνων· αὕτη

& ſanguinem ſuum filiis ſponſi dediſſe illum confitebimur? Quare omni cum certitudine corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus. Nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus: & ſub ſpecie vini datur ſanguis, vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti, efficiaris ei comparticeps corporis & ſanguinis. Sic (Χριστοφόροι γινόμεθα.) Chriſtophori erimus, hoc eſt, Chriſtum ferentes, cùm eius corpus & ſanguinem in membra noſtra receperimus: atque ita, vt beatus Petrus dicit, diuinæ naturæ conſortes efficiemur. Olim Chriſtus cum Iudæis diſſerens dicebat: *Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.* Illi verò non audientes ea ſecundùm Spiritum, ſcandalizati, abierunt retrò: eò quòd exiſtimarent ſeſe ad humanarum carnium eſum incitari. Erant & in veteri Teſtamento panes propoſitionis: ſed illi ad legem veterem pertinentes finem adepti ſunt. At in lege noua panis cæleſtis, poculúmque ſalutis animam & corpus ſanctificant: ſicut enim panis corpori, ſic & verbum animæ conuenit. Ne ergo conſideres tanquàm panem nudum & vinum nudum: corpus enim eſt & ſanguis Chriſti, ſecundum ipſius Domini verba. Quamuis enim ſenſus hoc tibi ſuggerit, tamen fides te confirmet, ne ex guſtu rem iudices, quin potiùs habeas ex fide pro certiſſimo, ita vt nulla ſubeat dubitatio, eſſe tibi donata corpus & ſanguinem. Explicat hanc vim Dauid his verbis: *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* Quod hic dicit tale quiddam eſt. Ante tuum Domine aduentum dæmones hominibus menſam pollutam, & diabolica contaminatam facultate parabant: ſed poſteaquàm tu adueniſti, paraſti in conſpectu meo menſam. cùm homo dicit Deo, paraſti in conſpectu meo menſam: quid aliud ſignificat niſi myſticam illam & ſpiritualem menſam quam Deus nobis propoſuit, aduerſariam illi, quæ nobis anteà parabatur à dæmonibus: & merito ſanè illa enim cum dæmonibus communionem habebat, hæc cum

Io.6.54.

Pſal.22.5.

Deo habet. *Impinguaſti in oleo caput meum.* Impinguauit tuum caput in fronte per ſignaculum Dei, quod habes vt exprimatur in te ſigillum ſanctificationis Dei. *Et calix tuus inebrians me, quàm præclarus eſt.* Vides hîc dici de calice, quem Ieſus accipiens, gratias egit & dixit: *Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Idcircò & Solomon, cùm in Eccleſiaſte hanc eandem gratiam in ænigmate ſignificaret:
Eccleſ.7. *Age*, inquit, *manduca in lætitia panem tuum*, videlicet panem ſpiritalem: *& bibe vinum in corde bono*: ſpiritale, ſcilicet, vinum. *Et oleum ſuper caput tuum effundatur.* Vides quomodò ille etiam myſticum chriſma in ænigmate denotat? & ſemper ſint alba veſtimenta tua: quoniam facta tua Domino placuerunt. Ita ſanè exutis veſtibus antiquis, & iis, quæ ſunt ſecundùm ſpiritum alba, indutis, perpetuò iam in albis incedere oportet. Non hoc ideō dicimus, quaſi alba te ſemper veſtimenta habere ſit neceſſe, ſed quòd his, quæ verè alba, ſplendida & ſpi-
Eſa.61.10. ritalia ſunt, veſtiri te oporteat, vt cum Eſaia poſſis dicere: *Exultet anima mea in Domino: Induit me veſte ſalutis, & tunicam lætitiæ circundedit mihi.* Hoc ſciens & pro certiſſimo habens panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti. Et vinum quod à nobis conſpicitur, tametſi ſenſui guſtus vinum eſſe videatur: non tamen vinum, ſed ſanguinem eſſe Chriſti. Et quia de hoc dixerat olim Dauid in Pſalmo: Panis cor hominis confirmat, vt exhilaret faciem in oleo. Confirma cor tuum, paaticipans de hoc pane, vt ſpiritali: Exhilara faciem tuam, quam vtinam reuelatam habeas, vt poſſis in pura conſcientia gloriam Domini ſpeculari, transformatus à gloria in gloriam, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui honor & gloria, & potentia, in ſæcula ſæculorum, Amen.

διὰ κοινωνίαν θεοῦ. ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. ἐλαίῳ ἐλίπανέ σου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ μετώπου, διὰ τὴν σφραγῖδα ἣν ἔχεις τοῦ θεοῦ, ἵνα γένῃ ἐκτύπωμα σφραγῖδος, ἁγίασμα θεοῦ. καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, ὡσεὶ κράτιστον. ὁρᾷς ἐνταῦθα ποτήριον λεγόμενον, ὃ λαβὼν Ἰησοῦς μετὰ χεῖρας, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σολομὼν ταύτην αἰνιττόμενος τὴν χάριν, ἐν τῷ ἐκκλησιαστῇ λέγει, δεῦρο, φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου, τὸν πνευματικὸν ἄρτον· δεῦρο, καλεῖ τὴν σωτήριον καὶ μακαριοποιὸν κλῆσιν. καὶ πίε τὸν οἶνόν σου ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ, τὸν πνευματικὸν οἶνον. καὶ ἔλαιον ὑπὲρ κεφαλῆς σου ἐκχείσθω. ὁρᾷς αὐτὸν, καὶ τὸ μυστικὸν αἰνιττόμενον χρῖσμα. καὶ διὰ παντὸς ἔστω σου τὰ ἱμάτια λευκά, ὅτι εὐδόκησε κύριος τὰ ποιήματά σου· πρὶν γὰρ προσέλθῃς τῇ χάριτι, ματαιότης ματαιοτήτων ἦν τὰ ποιήματά σου· ἀποδυσάμενος δὲ τὰ παλαιὰ ἱμάτια, καὶ ἐνδυσάμενος τὰ πνευματικὰ λευκά, χρὴ λευχειμονεῖν διαπαντός. οὐ πάντως τοῦτο λέγομεν, ὅτι σε δεῖ λευκὰ ἱμάτια περιβεβλῆσθαι ἀεί, ἀλλὰ τὰ ὄντως λευκὰ καὶ λαμπρὰ καὶ πνευματικὰ ἀναγκαῖόν ἐστι περιβεβλῆσθαι, ἵνα λέγῃς κατὰ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν, ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέθηκέ μοι. ταῦτα μαθὼν καὶ πληροφορηθεὶς, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστίν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος, οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ. καὶ ὅτι περὶ τούτου ἔλεγε πάλαι ὁ Δαβὶδ ψάλλων, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ· στήριζε τὴν καρδίαν μεταλαμβάνων αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ· καὶ ἱλάρυνον τὸ τῆς ψυχῆς σου πρόσωπον. ὃ γένοιτο σε ἀνακεκαλυμμένον ἔχοντα ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τεθεᾶσθαι αὐτοῦ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζομένην, ἐργάζεσθαι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ τιμὴ καὶ κράτος καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΚΗ ε'.

ἐκ τῆς Πέτρου καθολικῆς ἐπιστολῆς· διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ πάντα δόλον, καὶ καταλαλιάν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΤΗ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐν ταῖς προλαβούσαις συνάξεσιν ἀρκούντως ἀκηκόατε περὶ τοῦ βαπτίσματος καὶ χρίσματος καὶ μεταλήψεως σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ· νῦν δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβαίνειν ἀναγκαῖον, σήμερον τὸν στέφανον ἐπιθήσοντας τῇ πνευματικῇ ὑμῶν τῆς ὠφελείας οἰκοδομῇ. ἑωράκατε τοίνυν τὸν διάκονον τὸν νίψασθαι διδόντα τῷ ἱερεῖ καὶ τοῖς κυκλοῦσι τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ πρεσβυτέροις. οὐ πάντως δὲ ἐδίδου διὰ τὸν σωματικὸν ῥύπον. οὐκ ἔστι τοῦτο. οὔτε γὰρ ῥύπον σώματος ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, εἰσήειμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ἀλλὰ σύμβολόν ἐστι τοῦ δεῖν ὑμᾶς καθαρεύειν πάντων ἁμαρτημάτων καὶ ἀνομημάτων, τὸ νίψασθαι· ἐπεὶ γὰρ αἱ χεῖρες σύμβολον πράξεως, νίψασθαι ταύτας, τὸ καθαρὸν δηλονότι καὶ ἄμωμον τῶν πράξεων αἰνιττόμεθα. οὐκ ἤκουσας τοῦ μακαρίου Δαβὶδ αὐτὸ τοῦτο μυσταγωγοῦντος, καὶ λέγοντος, νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου κύριε; οὐκοῦν τὸ νίψασθαι τὰς χεῖρας, τοῦ ἀνυπευθύνους εἶναι ἁμαρτήμασι, σύμβολόν ἐστιν. Εἶτα βοᾷ ὁ διάκονος, ἀλλήλους ἀπολάβετε, καὶ ἀλλήλους ἀσπαζώμεθα. μὴ ὑπολάβῃς τὸ φίλημα ἐκεῖνο συνήθες εἶναι τοῖς ἐπ' ἀγορᾶς γινομένοις ὑπὸ τῶν κοινῶν φίλων. οὐκ ἔστι τοίνυν τοιοῦτον τὸ φίλημα· ἀνακίρνησι τὰς ψυχὰς ἀλλήλαις, καὶ πᾶσαν ἀμνησικακίαν αὐταῖς μνηστεύεται. σημεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ φίλημα τοῦ ἀνακραθῆναι τὰς ψυχὰς, καὶ πᾶσαν ἐξορίζειν μνησικακίαν. διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ θυσιαστήριον, καὶ ἐκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου

CATECHESIS MYSTAGOGICA Quinta, ex epiſtola Petri Catholica: Itaque abiicientes omnem immunditiam, & omnem dolum ac detractionem: & quæ ſequuntur. 1. Pet. 2.

SATIS iam Deo fauente, & de baptiſmo & de chriſmate, & de ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti, in ſuperioribus ſacris inſtructionibus audiſtis: nunc verò ad reliqua transeundum eſt: atque hodie ſpiritali veſtræ vtilitatis ædificationi coronis imponenda. Vidiſtis igitur diaconum aquam lauandis manibus porrigentem ſacerdoti, & illis qui circum altare Dei ſtabant presbyteris. Num ideò prorſus dabat, vt ſordes corporis abluerentur? Nequaquam. Nec enim adeò ſordibus corporis fœdati in Eccleſiam ingredi ſolemus. Sed illa manuum ablutio, ſymbolum eſt, oportere vos à peccatis omnibus, & iniquitatibus mundari. Cùm enim per manus deſignentur actiones, lauare certè eaſdem munditiem & puritatem operum ſignificat. Nónne audiſti Dauid myſteria tractantem iſta, & dicentem: *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine?* Pſal. 25. 6 Itaque manus abluere, eſt ſymbolum non obnoxium eſſe peccatis. Deinde clamat diaconus: *Complectimini & oſculemini vos inuicem*; atque tunc mutuo nos oſculo ſalutamus. Non hoc ita accipias, quaſi oſculum illud ſit eiuſcemodi, quale in foro inter communes amicos eſſe conſueuit: neque enim tale eſt. Hoc igitur oſculum animas mutuò conciliat, & omnem malorum obliuionem illis ſpondet. Signum igitur eſt hoc oſculum reconciliationis animorum, vniuerſæque iniuriarum memoriæ deletæ. Propterea & Chriſtus Dei filius dicebat: *Cùm offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quòd frater tuus ha-* Matt. 5. 23.

bet aliquid aduerſus te, relinque munus tuum ad altare, & vade priùs, & reconciliare fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum. Igitur oſculum hoc reconciliatio eſt, atque idcircò ſanctum. De quo & Paulus dicit: *Salutate vos inuicem in oſculo ſancto.* Et Petrus inquit, *In oſculo dilectionis.* Poſteà clamat ſacerdos: *Surſum corda.* Verè enim circa illam maximè tremendam horam ſurſum ad Deum corda leuare neceſſe eſt, & non deorſum ad terram, terrenáque negotia deprimere. In hanc igitur ſententiam omnibus præcipit ſacerdos, curas ſcilicet vitæ huius omnes, & domeſticas ſolicitudines, illa hora relinquere, & cor in cœlo habere apud Deum generis humani amatorem. Vos deinde reſpondetis: *Habemus ad Dominum*, aſſentientes ei profitendo; Nullus autem ſic conſiſtat, vt ore quidem dicat, Habemus ad Dominum: mente verò circa vitæ huius curas vagetur. Ac ſemper quidem Dei meminiſſe debemus: ſed ſi id propter infirmitatem humanam fieri non poſſit, illa tamen maximè hora ſtudioſè iſtud enitendum eſt. Dicit deinde Sacerdos: *Gratias agamus Domino.* Certè gratias agere debemus, quòd nos adeò indignos, ad tantam gratiam vocauit: quòd inimicos ſibi reconciliauit, quòd ſpiritum adoptionis nobis donauit. Ad hæc vos ſubiicitis: *Dignum & iuſtum eſt.* Cùm enim nos Deo gratias agimus, dignum profectò & iuſtum opus facimus. Ille autem non iuſtum, ſed ſupra iuſtum agens, tanto vos affecit beneficio, tantáque vobis bona donauit. Facimus deinde mentionem cæli, & terræ, & maris, ſolis & lunæ, & ſyderum, ac vniuerſæ creaturæ, tam ratione præditæ, quàm irrationalis: tam iſtius quæ videtur, quàm illius, quæ ſub aſpectum noſtrum non cadit: angelorum, Archangelorum, virtutum, dominationum, principatuum, poteſtatum, thronorum, & Cherubim faciem operientium, quaſi diceremus illud Dauidis: *Magnificate Dominum mecum.* Commemoramus etiam illa Cherubim, quæ in Spiritu ſancto cernebat

1. Pet. 5.

Pſal. 33. 4.

Ezech

ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὕπαγε πρῶτον, καὶ διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου· καὶ τότε προσελθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. οὐκοῦν τὸ φίλημα, διαλλαγή ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἅγιον, ὥς πού ὁ μακάριος Παῦλος ἐβόα λέγων, ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ· καὶ Πέτρος, ἐν φιλήματι ἀγάπης. μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεὺς, ἄνω τὰς καρδίας· ἀληθῶς γὰρ κατ' ἐκείνην τὴν φρικωδεστάτην ὥραν, δεῖ ἄνω ἔχειν τὴν καρδίαν πρὸς τὸν θεόν, καὶ μὴ κάτω περὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ γήινα πράγματα. δυνάμει τοίνυν ὁ ἱερεὺς προστάττει κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, πάντας ἀφιέναι φροντίδας βιωτικάς, μερίμνας τὰς κατ' οἶκον, καὶ ἔχειν ἐν οὐρανῷ τὴν καρδίαν πρὸς τὸν φιλάνθρωπον. εἶτα ἀποκρίνεσθε, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον, τούτῳ συγκατατιθέμενοι δι' ὧν ὁμολογεῖτε· μηδεὶς δὲ τοιοῦτος παρέστω, ὡς στόματι μὲν λέγειν, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον, τῇ δὲ διανοίᾳ περὶ τὰς βιωτικὰς ἔχειν τὸν νοῦν φροντίδας. πάντοτε μὲν οὖν θεοῦ μνημονευτέον. εἰ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἀνθρωπίνην ἀδύνατον, κατ' ἐκείνην μάλιστα τὴν ὥραν τοῦτο φιλοτιμητέον. εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει, εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ. ὄντως γὰρ εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν, ὅτι ἀναξίους ὄντας ἡμᾶς ἐκάλεσεν εἰς τὴν τηλικαύτην χάριν, ὅτι ἐχθροὺς ὄντας ἡμᾶς κατήλλαξεν· ὅτι πνεύματος υἱοθεσίας κατηξίωσεν· εἶτα λέγετε, ἄξιον καὶ δίκαιον· εὐχαριστοῦντες γὰρ ἡμεῖς, ἄξιον ποιοῦμεν πρᾶγμα καὶ δίκαιον, αὐτὸς δέ, οὐ δίκαιον, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ δίκαιον ποιῶν, ἡμᾶς εὐηργέτησε, καὶ τηλικούτων ἠξίωσεν ἀγαθῶν. μετὰ ταῦτα μνημονεύομεν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης. ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως λογικῆς τε καὶ ἀλόγου, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, δυνάμεων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, θρόνων, τῶν Χερουβὶμ τῶν τὸ πρόσωπον δυνάμει καλυπτόντων, λέγοντες τὸ τοῦ Δαβίδ, μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί. μνημονεύομεν καὶ τῶν Χερουβίμ, ἃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐθεάσατο.

Ἡσαΐας περιεστηκότα κύκλῳ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατακαλύπτοντα τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· διὰ τοῦτο γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἐκ τῶν Σεραφὶμ θεολογίαν ταύτην λέγομεν, ὅπως κοινωνοὶ τῆς ὑμνῳδίας ταῖς ὑπερκοσμίοις γινώμεθα στρατιαῖς, ἵνα ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευματικῶν τούτων ὕμνων παρακαλῶμεν τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ, τὸν μὲν ἄρτον, σῶμα Χριστοῦ· τὸν δὲ οἶνον, αἷμα Χριστοῦ· πάντως γὰρ οὗ ἐὰν ἐφάψαιτο τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦτο ἡγίασται καὶ μεταβέβληται. εἶτα μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ, παρακαλοῦμεν τὸν θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ στρατιωτῶν, καὶ συμμάχων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων· δεόμεθά σου πάντες ἡμεῖς, καὶ ταύτην προσφέρομέν σοι τὴν θυσίαν, ἵνα μνημονεύωμεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὅπως ὁ θεὸς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν. εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων, μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας. καὶ βούλομαι ὑμᾶς ἀπὸ ὑποδείγματος πεῖσαι· οἶδα γὰρ πολλοὺς τοῦτο λέγοντας, τί ὠφελεῖται ψυχὴ, μετὰ ἁμαρτημάτων ἀπαλλασσομένη τοῦδε τοῦ κόσμου· ἢ οὐ μεθ' ἁμαρτημάτων, ἐὰν ἐπὶ τῆς προσευχῆς μνημονεύηται; ἆρα γὰρ εἴ τις βασιλεὺς προσκεκρουκότας αὐτῷ, ἐξορίστους ποιήσειεν· εἶτα οἱ τούτοις διαφέροντες,

Eſaias, circumſtantia Thronum Dei: ac alis quidem duabus faciem velantia, & duabus item pedes, reliquis vero duabus volantia, atque dicentia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Eſa. 6. 1. Propterea enim traditam nobis hanc Seraphicam theologiam recitamus, vt in illa cœleſti hymnodia, cum ſupramundana militia communicemus: atque ſic per eiuſmodi hymnos nos ipſos ſanctificantes, Deum benigniſſimum oramus, vt ſuper illa propoſita, ſanctum Spiritum emittat, vt panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum verò ſanguinem Chriſti. Omninò enim quod attigerit Spiritus ſanctus, hoc ſanctificatur & tranſmutatur. Deinde verò poſtquàm confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum; pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro ſociis, pro ægrotis & afflictis, & in ſumma pro iis omnibus qui egent auxilio. Rogamus te, inquam, nos omnes, & hoc ſacrificium tibi offerimus vt meminerimus etiam eorum, qui ante nos obdormierunt: primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras. Deinde pro defunctis ſanctis patribus & Epiſcopis. denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur precatio, ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij. Quod exemplo vobis demonſtrare volumus. Scio enim multos dicere. Quid iuuat animam ſiue cum peccatis ſiue abſque peccatis ex hoc mundo decedentem, etiamſi in hoc ſacrificio mentio illius fiat? An enim ſi Rex aliquis eos, à quibus offenſus eſt, in exilium pepulerit, poſteà verò illorum pro-

pinqui, coronam aliquam conficientes, pro his, qui ſunt in ſupplicio, exulibus, eidem offerent, nónne condonationem aliquam ſuppliciorum ipſis dederit? Ad eundem modum & nos pro defunctis precationes adhibentes; quamuis ſint peccatores, non quidem coronam plectimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis, & illis, eum qui eſt benigniſſimus, propitium reddamus. Poſteà dicitis illam orationem, quam Saluator ſuis diſcipulis tradidit, cum pura conſcientia patrem nuncupantes Deum, atque dicentes: *Pater noſter qui es in cælis*. O maximam Dei benignitatem, his qui defecerant ab illo, & in extrema inciderant mala, tantam præſtitit malorum obliuionem, & gratiæ participationem, vt patrem
Mat. 4. 9. ſeſe appellari voluerit, *Pater noſter qui es in cælis*. Cæli ſunt, qui cæleſtis Adam fuerunt imago, in quibus Deus habitat & inambulat. *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctum eſt natura nomen Dei, ſiue id nos dicamus, ſiue non dicamus. Quia verò in iis qui peccant aliquando profanatur, ſicut ſcriptum eſt: *Propter vos nomen meum blaſphematur inter gentes*, idcircò peti-
Rom. 2. 24. mus in nobis ſanctificari nomen Dei: non vt ex eo quod non fuiſſe tale, eſſe incipiat, ſed vt in nobis ſanctificatis, & quæ ſanctificatione digna ſunt facientibus, ſanctum fiat. *Adueniat regnum tuum.* Mundæ eſt animæ, dicere confidenter: Adueniat regnum tuum. Audiſti enim Paulum dicentem: *Non igitur regnet peccatum in corpore veſtro mortali*, ſed qui ſe mundauerit, & operatione, & cogitatione, & ſermone, dicet Deo:
Rom. 6. 12. *Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Diuini beatique angeli Dei, voluntatem illius ſemper faciunt, ſicut inquit Dauid: Benedicite Dominum omnes angeli eius potentes virtute, facientes voluntates eius. Perinde igitur hoc eſt, quaſi precando dicas: Sicut in angelis fit voluntas tua, ſic & in terra in me fiat Domine. *Panem noſtrum* ἐπιούσιον, id eſt, *ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Panis hic communis,

στέφανον πλέξαντες ὑπὲρ τῶν ἐν τιμωρίαις, αὐτῷ τοῦτον προσενεγκεῖεν, οὐκ ἂν αὐτοῖς ἄνεσιν δῴη τῶν κολάσεων; τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσιν, οὐ στέφανον πλέκομεν, ἀλλὰ Χριστὸν ἐσφαγιασμένον ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον. εἶτα μετὰ ταῦτα τὴν εὐχὴν λέγομεν ἐκείνην, ἣν ὁ σωτὴρ παρέδωκε τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ μαθηταῖς, μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως πατέρα ἐπιγραφόμενοι τὸν θεὸν, καὶ λέγοντες· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὢ τῆς μεγίστης τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, τοῖς ἀποπηδήσασιν αὐτοῦ καὶ ἐν ἐσχάτοις γενομένοις κακοῖς τοσαύτην δεδώρηται κακῶν ἀμνηστείαν, καὶ χάριτος μετουσίαν, ὡς καὶ πατέρα ἐπικαλεῖσθαι, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐρανοὶ γὰρ εἶεν ἂν καὶ οἱ τὴν τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες εἰκόνα, ἐν οἷς ἐστι θεὸς ἐνοικῶν, καὶ ἐμπεριπατῶν. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἅγιόν ἐστι φύσει τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, κἂν λέγωμεν, κἂν μὴ λέγωμεν· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἔσθ' ὅτε βεβηλοῦται, κατὰ τὸ, δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου διὰ παντὸς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐχόμεθα ἐν ἡμῖν ἁγιασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἐπὶ τὸ εἶναι ἔρχεται, ἀλλ' ὅτι ἐν ἡμῖν ἅγιον γίνεται ἁγιαζομένοις, καὶ ἄξια τοῦ ἁγιασμοῦ ποιοῦσιν. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. καθαρᾶς ψυχῆς ἐστι τὸ σὺν παρρησίᾳ φάναι, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· ὁ γὰρ ἀκούσας Παύλου λέγοντος, μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι· ἀλλὰ καθάρας ἑαυτὸν πράξει καὶ ἐννοίᾳ, καὶ λόγῳ, ἐρεῖ τῷ θεῷ, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ θεῖοι καὶ μακάριοι τοῦ θεοῦ ἄγγελοι, τὸ θεοῦ θέλημα ποιοῦσι, καθὼς Δαβὶδ ψάλλων ἔλεγεν, εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. δυνάμει τοίνυν εὐχόμενος τοῦτο λέγεις, ὡς ἐν ἀγγέλοις γίνεταί σου τὸ θέλημα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἐμοὶ γένοιτο δέσποτα. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· ὁ ἄρτος οὗτος ὁ κοινὸς οὐκ

ἐστιν ἐπιούσιος· ἄρτος δὲ οὗτος ὁ ἅγιος, ἐπιούσιός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς καταστησόμενος. οὗτος ὁ ἄρτος, οὐκ εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, ἀλλ' εἰς πᾶσάν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται εἰς ὠφέλειαν σώματος καὶ ψυχῆς. τὸ δὲ σήμερον, ἀντὶ τοῦ καθ' ἡμέραν λέγει, ὡς καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. πολλὰ γὰρ ἔχομεν ἁμαρτήματα· πταίομεν γὰρ καὶ ἐν λόγῳ, καὶ ἐν διανοίᾳ, καὶ πλεῖστα καταγνώσεως ἄξια ποιοῦμεν· καὶ ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ψευδόμεθα, ὡς λέγει Ἰωάννης. καὶ πρὸς τὸν θεὸν τιθέμεθα συνθήκας, συγχωρῆσαι ἡμῖν παρακαλοῦντες τὰ ἁμαρτήματα, ὡς καὶ ἡμεῖς τοῖς πέλας τὰ ὀφειλήματα. ἐννοοῦντες τοίνυν ἀνθ' ὧν οἷα λαμβάνομεν, μηδὲ ὑπερτιθώμεθα συγχωρεῖν ἀλλήλοις· τὰ πταίσματα τὰ γινόμενα εἰς ἡμᾶς, μικρά ἐστι καὶ εὐτελῆ, καὶ εὐδιάλυτα· τὰ δὲ εἰς θεὸν ὑφ' ἡμῶν γινόμενα, μεγάλα ἐστὶ, τῆς αὐτοῦ μόνης δεόμενα φιλανθρωπίας. πρόσεχε οὖν μὴ διὰ τὰ μικρὰ καὶ εὐτελῆ εἰς σὲ ἁμαρτήματα, ἀποκλείσῃς σεαυτῷ, τὴν βαρυτάτων ἁμαρτημάτων τὴν παρὰ θεοῦ συγχώρησιν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν κύριε.. ἆρα τοῦτο διδάσκει εὔχεσθαι ἡμᾶς μηδόλως πειρασθῆναι ὁ κύριος; καὶ πῶς εἴρηται ἀλλαχοῦ, ἀνὴρ ἀπείραστος, ἀδόκιμος· καὶ πάλιν, πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις. ἀλλὰ μή ποτε τὸ εἰσελθεῖν ἐστὶν εἰς πειρασμὸν, τὸ καταβαπτισθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ; ἔοικε γὰρ ὁ πειρασμὸς ὥσπερ χειμάρρῳ τινὶ δυσχόλῳ πρὸς διάβασιν. οἱ μὲν οὖν ἐν πειρασμοῖς μὴ καταβαπτιζόμενοι, διαβαίνουσιν, ἄριστοι τινὲς κολυμβηταὶ γινόμενοι, καὶ μηδόλως ὑπ' αὐτῶν κατασυρόμενοι· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, εἰσιόντες καταβαπτίζονται, οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, Ἰούδας εἰσελθὼν εἰς τὸν τῆς φιλοχρηματίας πειρασμὸν, οὐ διενήξατο, ἀλλὰ καταβαπτισθεὶς καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς ἀπεπνίγη.

non eſt ἐπιούσιος, id eſt, ſuperſubſtantialis. Panis verò iſte ſanctus, ſuperſubſtantialis dicitur, eò quòd ſubſtantiam animæ confirmet. Panis hic non in ventrem deſcendit, & in ſeceſſum emittitur, ſed per te totum, ad corporis & animæ vtilitatem diſtribuitur. Hodie autem dicit, pro quotidiè; ſicut & Paulus: *Donec*, inquit, *hodiè cognominabitur*. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Multa enim habemus peccata, & offendimus tum ſermone, tum cogitatione, plurimáque damnationis opera facimus. *Et ſi dicamus, quia peccatum non habemus, mentimur*, vt dicit Ioannes. Cum Deo igitur pacta inimus, quando petimus remitti nobis peccata, ſicut & nos proximis debita remittimus. Cogitantes ergo pro quantulis quanta accipiamus, ne cunctemur & mutuas inter nos offenſiones ignoſcere; non tergiuerſemur. Exigua, leuia & facilia ad remittendum ſunt noſtra in proximos peccata: quæ verò fiunt à nobis contra Deum, ea ſunt maxima, hac ſola indigentia benignitate. Aduerte igitur, ne ob aliqua paruã & leuia aduerſum te peccata, proximo non condonata, tibi ipſi præcludas apud Deum grauiſſimorum peccatorum condonationem. Et, *Ne nos inducas in tentationem Domine*. Nunquid hîc docet nos Dominus orare, vt ne omninò tentemur? Quomodò ergo alibi dictum eſt: *Vir non tentatus, non eſt probatus*? Et iterum: *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in varias incideritis tentationes*. Sed iſtud fortè eſt ingredi in tentationem, cùm aliquis tentatione obruitur. Videtur enim eſſe tentatio, veluti torrens aliquis tranſitu difficilis. Qui ergo in huiuſcemodi torrente non ſubmerguntur, optimi natatores facti, traiiciunt, neque deinceps vnquam ab illo detrahuntur. Qui verò ſecùs affecti ſunt, quum primùm in aliquam tentationem fuerint ingreſſi, ſtatim ſubmerguntur. Verbi gratia: Iudas in auaritiæ tentationem ingreſſus, non eam ſuperauit, verùm ſubmerſus, & corpus & animã ſuffocauit.

Heb.3.13.
1.Ion.1.8.
Iacob.1.12.
Ibid. 2.

Πέτρος εἰσῆλθεν εἰς τὸν τῆς ἀρνήσεως πειρασμὸν, ἀλλὰ εἰσελθὼν οὐκ ἐβαπτίσθη, ἀλλὰ γενναίως διανηξάμενος ἐρρύσθη ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ. ἄκουε πάλιν ἀλλαχοῦ ὁλοκλήρων ἁγίων χοροῦ εὐχαριστοῦντος ἐπὶ τῷ ἐξαιρεθῆναι τοῦ πειρασμοῦ. ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα· ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν· ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ὁρᾷς αὐτοὺς παρρησιαζομένους ἐπὶ τὸ διελθεῖν, καὶ μὴ ἐμπαρῆναι. καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς, φησὶν, εἰς ἀναψυχήν. τὸ εἰς ἀναψυχὴν ἐλθεῖν αὐτοὺς, ἐστὶ τὸ ἀπὸ πειρασμοῦ ῥυσθῆναι. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. εἰ ἦν τὸ, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, τὸ τοῦ μηδόλως πειρασθῆναι παραστατικὸν, οὐκ ἂν ἔλεγεν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. πονηρὸς δὲ, ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι εὐχόμεθα. εἶτα μετὰ πλήρωσιν τῆς εὐχῆς λέγεις, ἀμήν, ἐπισφραγίζων διὰ τοῦ ἀμὴν, ὃ σημαίνει, γένοιτο, τὰ ἐν τῇ θεοδιδάκτῳ εὐχῇ. μετὰ ταῦτα λέγει ὁ ἱερεὺς, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοίτησιν δεξάμενα ἁγίου πνεύματος· ἅγιοι καὶ ὑμεῖς, πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντες. τὰ ἅγια οὖν τοῖς ἁγίοις κατάλληλα. εἶτα ὑμεῖς λέγετε, εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός. ἀληθῶς γὰρ εἷς ἅγιος, φύσει ἅγιος· ἡμεῖς δὲ καὶ ἅγιοι, ἀλλ' οὐ φύσει, ἀλλὰ μετοχῇ, καὶ ἀσκήσει, καὶ εὐχῇ. μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος, γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. μὴ τῷ λάρυγγι τῷ σωματικῷ ἐπιτρέπετε τὸ κριτικὸν· οὐχὶ, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει· γευόμενοι γὰρ οὐκ ἄρτου καὶ οἴνου κελεύονται γεύσασθαι, ἀλλὰ ἀντιτύπου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. προσιὼν οὖν, μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ,

ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, ἀμήν. μετ᾽ ἀσφαλείας οὖν ἁγιάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἐπαφῇ τοῦ ἁγίου σώματος, μεταλάμβανε, προσέχων μὴ παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου αὐτοῦ. ὅπερ γὰρ ἐὰν ἀπολέσῃς, τούτῳ ὡς ἀπὸ οἰκείου δηλονότι ἐζημιώθης μέλους· εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις σοι ἔδωκε ψήγματα χρυσίου, οὐκ ἂν μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐκράτεις, φυλαττόμενος μή τι αὐτῶν παραπολέσῃς, καὶ ζημίαν ὑποστῇς; οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον ἀσφαλέστερον, τοῦ χρυσίου καὶ λίθων τιμίων τιμιωτέρου διασκοπήσεις, ὑπὲρ τοῦ μὴ ψίχα σοι ἐκπεσεῖν· εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαί σε τοῦ σώματος Χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ ἀμήν, ἁγιάζου καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων Χριστοῦ. ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια. εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν, εὐχαρίστει τῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων. κατέχετε ταύτας τὰς παραδόσεις ἀσπίλους, καὶ ἀπροσκόπους ἑαυτοὺς διαφυλάξατε· τῆς κοινωνίας ἑαυτοὺς μὴ ἀπορρήξητε. μὴ διὰ μολυσμὸν ἁμαρτιῶν, τῶν ἱερῶν τούτων καὶ πνευματικῶν ἑαυτοὺς ἀποστερήσητε μυστηρίων. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμῶν τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ πνεῦμα ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

quæ tantum Regem ſuſceptura eſt: & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens: Amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis, tam ſancti corporis contactu, communica. Caue autem, ne quid inde excidat tibi: quod enim amittas, hoc tanquàm ex proprio membro amiſeris. Nam ſi quis tibi ramenta aurea daret, nónne magna cum diligentia illa teneres, cauens, ne quid ex illis periret, damnúmque ſuſtineres? Et nõ multò magis & diligentiùs de hoc, quod auro gemmíſque pretioſius eſt, ne mica aliqua ex illo cadat, prouidebis. Tum verò poſt communionem corporis Chriſti, accede & ad calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum, & venerationis, dicens: Amen. Sanctificeris eo ſanguine Chriſti, quem aſſumis: & cùm adhuc eſt humiditas in labiis tuis, manibus attingens, & oculos, & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecra. Póſtremò expectata oratione, Deo gratias age, qui te tantis myſteriis dignum reddidit. Retinete has traditiones, & ſine vllius offendiculo voſmet ſeruate: atque à communione vos non præcidatis: neque propter inquinamentum peccati, ſacris hiſce, ſpiritalibúſque myſteriis vos ipſos priuetis. Deus autem pacis perfectè vos ſanctificet, vt integrum corpus veſtrum, & anima in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur. Cui gloria, honor & potentia, Patri & Filio, & Spiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMORVM EPISTOLA AD CONSTANTIVM Imperatorem pientiſsimum,

De ſigno Crucis in cælo ex lumine Hieroſolymis apparente.

Imperatori Deo dilectiſſimo & pientiſſimo CONSTANTIO AVGVSTO,

Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus in Domino ſalutem.

PRIMAS haſce ex Hieroſolymis ad te, Deodilecte Imperator, mitto literarum primitias, quas & te deceat accipere, & me dare: non verborum adulationibus refertas, ſed cœleſtium diuina declarantes prodigia: neque ſermonum oratorio ſplendore perſuaſiones aliquas continentes, ſed ſanctorum euangeliorum prædictiones, per rerum euentum teſtantes veritatem. Ac alij quidem, vnde habent honorem, aureas coronas gemmis ſplendidiſſimis exornatas adferentes, caput tuum perſæpè coronant: nos autem non rebus hiſce terrenis: quæ enim de terra ſunt, finem habent terram: ſed cæleſtium rerum diuinam virtutem, tempore Deodilecti regni tui, Hieroſolymis apparentem, pietati tuæ in notitiam ſtudioſè deducimus: Non vt nunc

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ, ΕΠΙΣΤΟΛΗ

πρὸς Κωνστάντιον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα,

Περὶ τοῦ ἐν οὐρανοῖς φανέντος σημείου τοῦ σταυροῦ.

Βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΩι ΑΥΓΟΥΣΤΩι.

Κύριλλος ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡΩΤΑΣ ταύτας ἐξ Ἱεροσολύμων πρὸς τὴν θεοφιλῆ σου βασιλείαν ἀποστέλλω γραμμάτων ἀπαρχάς, σοί τε πρεπούσας ἀποδέξασθαι, κἀμοὶ παρασχεῖν, οὐ λόγων κολακείας πεπληρωμένας, ἀλλ' ἐπουρανίων μηνυτικὰς θεοπτίας, οὐδὲ συνθέτοις λόγων ῥητορικῶν πιθανότητας περιεχούσας, ἀλλ' ἁγίων σοι εὐαγγελίων προρρήσεις, διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως μαρτυρούσας τὴν ἀλήθειαν· ἕτεροι μὲν γὰρ ἀφ' ὧν ἔχουσι τὴν ἱερὰν σου πολλάκις στεφανοῦσι κεφαλὴν, χρυσοκολλήτοις στεφάνοις, λίθοις διαυγεστάτοις πεποικιλμένοις προσκομίζοντες. ἡμεῖς δὲ οὐ τοῖς ἀπὸ γῆς σε στεφανοῦμεν· τὰ γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς δωρούμενα τέλος ἔχει τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπουρανίων πραγμάτων θεϊκὴν ἐνέργειαν, ἐν τοῖς τῆς θεοφιλοῦς βασιλείας καιροῖς, ἐν Ἱεροσολύμοις τελεσθεῖσαν, τῇ σῇ εὐσεβείᾳ μετὰ σπουδῆς ἄγομεν εἰς γνῶσιν· οὐχ ἵνα νῦν

πρότερον ἐξ ἀγνοίας ἔλθῃς εἰς θεογνωσίαν· φθάνεις γὰρ καὶ ἑτέρους διδάσκων δι' ὧν εὐσεβεῖς· ἀλλ' ἵνα ἅπερ λαλεῖς, ταῦτα καὶ βεβαιωθῇς. καὶ τὸν τῆς βασιλείας προγονικὸν ὑποδεξάμενος κλῆρον, μείζοσι θεόθεν στεφάνοις ἐπουρανίοις τετιμῆσθαι μαθὼν, μᾶλλον μὲν τῷ παμβασιλεῖ, καὶ νῦν τὴν πρέπουσαν ἀποδῷς εὐχαριστίαν· μείζονος δὲ τοῦ κατ' ἐχθρῶν θάρσους πληρωθῇς, ἔργῳ τὴν σὴν βασιλείαν ἀγαπᾶσθαι παρὰ θεοῦ, δι' ὧν ἐπὶ σοῦ θαυματουργεῖ καταλαβών. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ πατρὸς, τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐν Ἱεροσολύμοις εὕρηται, τῆς θείας χάριτος τῷ καλῶς ζητοῦντι τὴν εὐσέβειαν τῶν ἀποκεκρυμμένων ἁγίων τόπων παρασχούσης τὴν εὕρεσιν. ἐπὶ δὲ σοῦ, δέσποτα, πανευσεβέστατε βασιλεῦ, προγονικὴν εὐσέβειαν, μείζονι τῇ πρὸς τὸν θεὸν εὐλαβείᾳ νικῶντος, οὐκ ἀπὸ γῆς λοιπὸν, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν τὰ θαυματουργήματα· καὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὸ κατὰ τῆς τοῦ θανάτου νίκης τρόπαιον, ὁ μακάριος λέγω σταυρὸς φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀπαστράπτων ἐν Ἱεροσολύμοις ὤφθη· ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς νόνναις μαΐαις, περὶ τρίτην ὥραν, παμμεγέθης ὁ σταυρὸς, ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἐν οὐρανῷ, ὑπεράνω τοῦ ἁγίου γολγοθᾶ, καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ἐκτεταμένος ἐφαίνετο· οὐχ ἑνὶ καὶ δευτέρῳ μόνον φανεὶς, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῆς πόλεως πλήθει φανερώτατα δειχθείς. οὐχ ὡς ἄν τις νοήσειεν, ὀξέως κατὰ φαντασίαν παραδραμὼν, ἀλλ' ἐπὶ πλείοσιν ὥραις ὑπὲρ γῆν ὀφθαλμοφανῶς θεωρούμενος, καὶ ταῖς ἀπαστραπτούσαις μαρμαρυγαῖς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας νικήσας· ἦ γὰρ ἂν ὑπ' αὐτῶν νικώμενος ἐκαλύπτετο, εἰ μὴ δυνατωτέρας ἡλίου τοῖς ὁρῶσι παρεῖχε τὰς λαμπηδόνας, ὡς ἅπαν μὲν ἀθρόως ἐξ αὐτῆς εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐπιδραμεῖν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος, τῷ τῆς θεοπτίας φόβῳ μετ' εὐφροσύνης καταχεθὲν, νέων ἅμα καὶ πρεσβυτέρων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν,

primùm ex ignorantia peruenias in Dei cognitionem: (potes enim ipſe iam alios docere, adeò pius es) ſed vt iſta perſpiciens confirmeris, & regni à parentibus accepta hereditate, amplioribus te diuinitùs coronis cæleſtibus honoratum non ignorans: Deo vniuerſorum regi, & nunc eas, quas decet, gratias agas: & deinceps maiorem animum aduerſus hoſtes geras. Reuerà enim imperium tuum amatur à Deo: quandoquidem hoc tempore tuo tanta prodigia monſtrare non dubitat. Ac tempore quidem Deo dilectiſſimi & beatæ memoriæ Conſtantini patris tui, ſalutare Crucis lignum Hieroſolymis repertum eſt: diuina gratia concedente ei, qui rectè quærebat pietatem, etiam abſtruſam locorum ſanctorum inuentionem. Tempore verò tuo, Domine omnium pientiſſime Imperator, qui tua erga Deum pietate maiori, parentes tuos ſuperaſti, non iam ampliùs de terra, ſed de cælis ſunt prodigia: quoniam Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vnigeniti filij Dei, mortis deuictæ trophæum, beata inquam Crux, ſplendoribus luminis coruſcans Hieroſolymis apparuit. Sanctis enim hiſce diebus ſanctæ Pentecoſtes, Non. Maiis circiter horam tertiam, omnium maxima Crux, ex lumine conſtituta in cælo, ſuper ſanctiſſimum montem Golgotham, & vſque ad ſanctum montem oliuarum extenſa, apparuit: non vni aut alteri tantum viſa: ſed vniuerſæ ciuitatis multitudini maniſeſtiſſimè oſtenſa: neque vt aliquis fortè putauerit celeriter ſecundùm phantaſiam percurrens: ſed compluribus horis ſupra terram apertè conſpecta, coruſcis ſplendoribus radios ſuperans ſolares: nam ſi ab illis ſuperaretur, certè obfuſcaretur, & lateret. Adeò excellentiores quàm ſol emittebat fulgores, vt illicò vniuerſa ciuitatis multitudo ad ſanctam Eccleſiam concurreret, metu illius diuini prodigij, non ſine lætitia concitata, iuuenum ſimul & ſenum, virorum & mulierum, &

Hūc locum citat Glycas parte 4. ann. f. 351.

omnis ætatis, ad ipſas vſque in thalamis per domos recumbentes puellas, vicinorum hoſpitum Chriſtianorum, & aliunde aduenientium ethnicorum ingens erat ſpectaculum, qui tum concordi, & vno ore omnes, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, filium Dei vnigenitum, eiuſmodi mirabilium effectorem laudabant: reipſa & experientia diſcentes, quod Chriſtianorum pientiſſimum dogma, non eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, non ab hominibus tantùm annuntiatum, ſed de cælis diuinitùs teſtificatum. Cùm igitur nos incolæ Hieroſolymitani, necopinatum hoc prodigium hiſce oculis percepiſſemus, Deo quidem omnium regi, & filio Dei vnigenito, ita vt æquum eſt, gratias cum adoratione egimus, & agemus, & preces pro tua Deo dilecta potentia, in his locis ſanctis effudimus, & effundemus. Operæpretium autem putaui, cæleſtes haſce & diuinas oſtenſiones ſilentio non præterire: quin potiùs bonum nuncium tibi, diuinámque ex his benignitatem, per has literas ſtudui ad ferre: vt in bono fundamento, anteà partæ fidei, ex his quæ ſubitò diuinitúſque demonſtrata ſunt, ampliorem extruens notitiam, firmiorem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſpem aſſumas: atque confidens, & omni fortitudine tibi familiari repletus, tanquàm is, qui deſuper Deum habet ſocium, Crucis trophæum gloriationem gloriationum efferas ſumma cum alacritate ſignum producens, quod in cælo oſtenſum eſt: cuius effigiem cùm oſtenderet hominibus cælum, multùm gloriabatur, & lætabatur. Atque hoc quidem prodigium Imperator Deo dilectiſſime, prophetarum teſtimoniis, ac verbis Chriſti, quæ ſunt in Euangeliis, prædictum: & nunc iam conuenienter peractum eſt, & deinceps ampliùs perficietur. Nam in Euangelio ſecundum Matthæum, cùm Saluator rerum futurarum cognitionem beatis Apoſtolis ſuis traderet, & per illos aliis, qui cum

πάσης

καὶ πάσης ἡλικίας καὶ μέχρις αὐτῶν ἤδη τῶν κατ' οἴκους θαλαμευομένων κορῶν, ἐντοπίων τε Χριστιανῶν καὶ ξένων τε ἅμα, καὶ τῶν ἀλλαχόθεν ἐπιδημούντων ἐθνικῶν· ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντων ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ τὸν θαυματοποιὸν ὑμνούντων ἔργῳ τε καὶ πείρᾳ, παραλαβόντων, ὅτι Χριστιανῶν τὸ δόγμα τὸ πανευσεβὲς, οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἐστὶ λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον καταγγελλόμενον, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν θεόθεν μαρτυρούμενον. ἐπεὶ τοίνυν ἡμεῖς, οἱ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκήτορες, τὸ τοῦ θαύματος παράδοξον αὐταῖς ὄψεσι παραλαβόντες, θεῷ μὲν τῷ παμβασιλεῖ, καὶ υἱῷ τῷ μονογενεῖ τοῦ θεοῦ, τὴν πρέπουσαν μετ' εὐχαριστίας προσκύνησιν, ἀπεδώκαμέν τε καὶ ἀποδώσομεν· εὐχὰς ἐκτενεῖς καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοφιλοῦς σου κράτους ἐν τοῖς ἁγίοις τόποις πεποιημένοι τε καὶ ποιησόμενοι. ἔδει δὲ τὰς ἐπουρανίους ταύτας θεοπτίας μὴ παραδοῦναι σιωπῇ, ἀλλ' εὐαγγελίσασθαί σου τὴν ἔνθεον εὐσέβειαν ἐξ αὐτῆς διὰ τούτων ἐσπουδάσαμεν τῶν γραμμάτων, ἵνα ἀγαθῷ θεμελίῳ τῆς παρὰ σοῦ προϋπαρχούσης πίστεως τὴν ἐκ τῶν προσφάτως θεόθεν ἐπιδραθέντων γνῶσιν ἐποικοδομήσας, βεβαιότερον μὲν τὸ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναλάβοις θάρσος· ὁμοῦ δὲ καὶ πάσης ἀνδρείας συνήθως πεπληρωμένος, ὡς ἂν αὐτὸν ἔχων θεὸν σύμμαχον, τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ἑτοιμότατα προσφέρῃς καύχημα καυχημάτων, τὸ δειχθὲν ἐν οὐρανῷ σημεῖον ἐπαγόμενος. οὗ καὶ τὸ σχῆμα δείξας ἀνθρώποις ὁ οὐρανὸς, μειζόνως ἐκαυχήσατο· τὸ μέν τοι θαυματούργημα τοῦτο βασιλεῦ θεοφιλέστατε, προφητῶν μαρτυρίαις, καὶ Χριστοῦ φωναῖς ἁγίαις εὐαγγελίοις ἐγκεχειρισμέναις ἀκολούθως ἐτελέσθη τε νῦν, καὶ πάλιν μειζόνως τελεσθήσεται· ἐν γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ μελλόντων πραγμάτων γνῶσιν ὁ σωτὴρ τοῖς μακαρίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ δωρούμενος, καὶ δι' ἐκείνων τοῖς μετ' αὐτοὺς ὁμιλῶν λευκό-

ταῦτα προαναφωνῶν, ἔλεγε. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· ἣν τινα τῶν εὐαγγελίων θείαν βίβλον συνήθως εἰς χεῖρας ἀναλαβὼν, τὰς περὶ τούτου κειμένας προαγγελτικὰς μαρτυρίας ἐγγράφοις εὑρήσεις· ὧν μάλιστα σε δέσποτα πυκνοτέρα τῇ μελέτῃ προσέχειν παρακαλῶ, διά τε τὰ λοιπὰ τὴν κατὰ τὴν αὐτόθι γεγραμμένην ἀκολουθίαν, τῶν πραγμάτων ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προαναφωνηθέντων, πολλῆς μετ' εὐλαβείας δεομένων τῆς παρατηρήσεως, πρὸς τὸ μηδεμίαν ἐκ τῆς ἀντικειμένης ἐνεργείας, ὑπομεῖναι τὴν βλάβην· ταύτας σοι τῶν ἡμετέρων λόγων βασιλεῦ θεοφιλέστατε προσφέρω τὰς ἀπαρχάς· ταύτας ἐξ Ἱεροσολύμων προσφόρως ἀποφθέγγομαι τὰς φωνὰς σοὶ τῷ γνησιωτάτῳ καὶ πανευσεβεῖ μεθ' ἡμῶν Χριστοῦ προσκυνητῇ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τοῦ τὴν οἰκουμενικὴν κατὰ τὰς θείας γραφὰς ἐν Ἱεροσολύμοις τελέσαντος σωτηρίαν, τοῦ πατήσαντος μὲν ἐν ταῦθα τὸν θάνατον· οἰκείοις δὲ τιμίοις αἵμασι τὰς ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἐξαλείψαντος, ζωήν τε καὶ ἀφθαρσίαν πνευματικὴν, ἐπουράνιον χάριν τοῖς πιστεύουσιν ἅπασι παρασχόντος. ὅ τε τῇ δυνάμει καὶ τῇ χάριτί σε φρουρούμενον λαμπροτέροις τε καὶ μείζοσιν εὐσεβείας ἐμπρέποντα κατορθώμασιν, υἱῶν τε γνησίων βασιλικοῖς ἐναβρυνόμενον βλαστήμασιν, αὐτὸς ὁ παμβασιλεὺς θεὸς ὁ πάσης ἀγαθωσύνης πρόοχος πολλαῖς ἐτῶν εἰρηνικαῖς περιόδοις, καύχημα Χριστιανοῖς, καὶ κόσμῳ σύμπαντι φυλάξῃ πανάριστον, ἐρρωμένον σε καὶ πάσῃ κεκοσμημένον ἀρετῇ, καὶ τὴν συνήθη τῶν τε ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενον, καὶ μείζοσιν εὐσεβείας βραβείοις λαμπρυνόμενον, πολλαῖς εἰρηνικαῖς ἐτῶν περιόδοις ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἡμῖν χαρίσηται πανάριστον, αὔγουστε βασιλεῦ θεοφιλέστατε δοξάζοντα ἀεὶ τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

eo verſabantur, apertiſſimè prædixit: *Et tunc*, inquit, *apparebit ſignum filij hominis in cælo*. Quem ſacrum Euangeliorum librum, de more in manum accipiens, quę de iſto ſigno ibi ſunt, prædictiones & teſtimonia ſcripta reperies: quibus Euangeliis v. maius adhibeas ſtudium, te Domine admoneo: propter earum, quæ reliqua iſtic deſcripta ſunt, ſeriem rerum à Saluatore prædictarum, & magna indigentium obſeruatione non ſine pietate, ne aliquod ab aduerſaria virtute detrimentum patiamur. Has tibi Imperator Deo dilectiſſime, ſermonum meorum offero primitias: has ab Hieroſolymis primas annuntio voces, tibi maximè germano, & omnis pietatis ſtudioſo, Chriſti vnigeniti filij Dei, & Saluatoris noſtri, vnà nobiſcum adoratori: qui ſecundùm diuinas ſcripturas Hieroſolymis mundi operatus eſt ſalutem, qui mortem quidem hîc calcauit, propióque ac pretioſo ſanguine ſuo, hominum peccata deleuit: vitam verò & incorruptibilitatem ſpiritalem, cæleſtémque gratiam credentibus omnibus præbuit. Cuius potentia te cuſtoditum & lætantem, ſplendidioribúſque ac maioribus in officiis pietatis verſantem, atque filium proprium regiis inſignentem ornamentis: ipſe Rex omnium Deus, totiusque beneficentiæ exhibitor, multis annorum periodis pacificis, ad honorem & gloriam Chriſtianis, mundóque vniuerſo ſeruet perpetuò: potentiorémque te efficiat, & omni ornatum virtute, vt pro morem ſanctarum eccleſiarum, Imperiíque Romani, humanitatem demonſtres, & amplioribus pietatis coronis, in multos annorum circulos quietos reſplendeas. Deus vniuerſorum id nobis concedat, Auguſte Imperator Deo dilectiſſime, laudantibus ſemper ſanctam & ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantialem Trinitatem verum Deum noſtrum, quem decet omnis gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

IN B. CYRILLI HIEROSOLYM.
CATECHESEΩN EDITIONEM
διγλωττον auctiorem.

Fed. Morelli Prof. Reg. ἑξάστιχον.

TE Solymorum Antiſtes, maxime Pavle ſalutat
Cyrillvs, per te qui rediuiuus erit:
Contulit vt Romæ chartas Praevotivs amplas
Cyrilli, oſtrigeri Perronii auſpicio:
Inde Typis linguâ regalibus edita vtrâque
Morelli ſtudio ſcripta ſacrata Patris.

INDEX RERVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR accuratiſſimus.

A

AARON cur Chriſtus appellatus 207
Aaron peccauit, nec eius crimen ſacerdotium impediuit 39
Abrahæ fides 108
Abrahæ filij ſumus per fidem ib.
Abſtinentia à vino & carnibus ieiunij tempore 92
abyſſus pro morte 347
Adam & ex eo geniti vſque ad Chriſti paſſionem concluſi 79
adoptio diuina nonniſi volenti datur 168
aduentus Chriſti duplex 359
aduentus ſecundus cum igne 360
aduentus Domini terribilis futurus 380
aduentûs Chriſti poſterioris ſigna 263.264.363.364.367.368
aduentûs Chriſti locus 264
aduētûs Chriſti ſupputatum tempus 263
ænigma in ſacra ſcriptura apud Zachariam 307
agnus Moyſis, & agnus Dei 283
agni Paſchalis caput & pedes quid ſignificent 244
amen, quid ſignificet 544
amictus denotat perſonam 388
amuleta aut inſcriptiones in foliis, auguria, &c. ſunt cultus idolorum 512
angeli quomodo Deũ vident 124
angeli pro menſura ordinis Deum vident 168
angeli Chriſti generationem haud nouerunt 228
angeli plures ſunt quàm homines ſiue mortui, ſiue præſentes 384
angeli indigent Spiritu ſancto 84
angeli caſtitatis operatores 279
angeli viſionē homines ferre non poſſunt 256
angelis indulget Deus, & eis etiã condonat 40
angelorum intuitus incutit timorem 180
anima per fidem, corpus per aquã baptiſmi regeneratur 55
anima peccatrix comparata per pœnitentiam ligno arido quod irrigatum flores emittit 407
animæ forma & lineamenta ſi exprimi non poſſunt, multò minùs Deus 124

animæ ſtatus 87
animalia venenata ad ſalutem proſunt 192
animalium arma varia ibid.
Animus liberi eſt arbitrij 84
Anna propheciſſa continens, & monialis 216
Anthemis herba 380
Antichriſtus Romanum imperiũ vſurpabit, & tunc deficiet illud imperium 371
Antichriſtus quando veturus, ib.
Antichriſtus ſeducet primùm Iudæos &c. ibid.
Antichriſtus decem reges Romanorum opprimet, & vndecimus ille reliquis imperabit 371
Antichriſtus ſimulator ibid.
eius impietas & malitia ibid.
Antichriſtus tribus annis & ſex menſibus durabit ibid.& 376
Antichriſtus Satanæ organũ 372
Antichriſtus in templo Salomonis & non Petri ſedebit 372.375
